# LIBER TERTIUS.

## TITULUS I.
## DE VITA, ET HONESTATE CLERICORUM.

### CAPUT I.

*Ex concilio Africano (a).*

De vita, & hon. cleric. cap. 1. UT laici ſecus altare, quando ſancta (b) myſteria celebrantur, inter clericos, tam ad vigilias, quam ad miſſas ſtare penitus, vel ſedere [c] non præſumant; ſed pars illa, quæ cancellis ab altari (d) dividitur, tantum pſallentibus pateat clericis (e), ad orandum vero (f), & communicandum laicis, & fœminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum.

### CAPUT II.

*Ex concilio Pictavienſi (g), pars c. Decernit (h).*

c. 2. eod. t. CLerici arma portantes, & uſurarii excommunicentur.

### CAPUT III.

*Gregorius (i).*

c. 4. eod. SI quis ex clericis comam relaxaverit (k), anathema ſit.

### CAPUT IV.

*Ex concilio Cartaginenſi (l).*

c. 5. eod. CLericus nec comam nutriat, nec barbam (m).

### CAPUT V.

*Ex concilio Triburienſi (n).*

UT laicalibus veſtimentis clerici non utantur, niſi mantello (o) vel cotta, ſive cappa, nec pretioſis, & ineptis calciamentis, & aliis novitatum vanitatibus, ſed religioſo, & decenti habitu induti incedant. Non ponitur.

### CAPUT VI.

*Ex eodem (p).*

CLericus ſi tonſura dimiſſa uxorem acceperit, qui quidem [q] ſit ſine gradu, nec ad monaſterium (r) a parentibus traditus, uxorem habere (s) permittatur, & iterum (t) tondeatur, nec in vita ſua uxorem dimittere (u) audeat. cap. 6. eod.

### CAPUT VII.

*Ex concilio Nannetenſi [x].*

UT quiſquis presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui ſecum cantet epiſtolam (y), & lectionem legat, & qui ſcholas poſſit tenere (z), & admonere (aa) ſuos parochianos, ut filios ſuos ad fidem diſcendam mittant ad eccleſiam, quos ipſe cum omni caſtitate (bb) erudiat. c. 3. eod. t.



*a Magotienſi*, Barcin. *Magot.* vetus Tarrac. *Agontino*, alter *Maguntino*, Raimund. & Contius. *Maguntino*, cap. 13. Burchard. lib. 3. cap. 102. & Ivo parte 2. cap. 137. decreti, ſed in concil. eſt: *ex concilio Turonenſi II. cap. IV.* Eſt autem hoc caput in libro Barcinon. non *primum* ſed *quinctum*.

*b Quando ſacra*, Raim. & Cont. *quo ſancta*, concil. & Burch. & Ivo; forte *quum ſancta*, ſcribi poſſet.

*c Miſſam* pro *miſſas*, Barcin. & Ivo: *ſtare, vel ſedere penitus*, Burch. & Ivo: cetera, ut edita ſunt: *Vel ſedere*, in concil. deſideratur; cetera, ut edidimus: *ſtare, vel ſedere inter clericos*, Raim. ceteris omiſſis (*tam ad vigilias quam ad miſſas*) addidit Cont. *d* Sic etiam Burch. Ivo, Raimund. & Cont. *quæ a cancellis verſus altare*, concil. *e* Sic etiam Burch. & ceteri; *choris tantum pſallentium pateat clericorum*, concil.

*f* Sic in concil. in ult. editione, & in Gregorianis, & in Burch. edito: vox *vero* in duabus editionibus concil. deſideratur: ſed aptius in veteri Burch. eſt, *ad adorandum vero*, & apud Ivonem: *etiam* pro *vero* vetus Tarracon. *g* Sic etiam Raim. & Cont. *Magotienſi*, Barcin. eſt autem hoc caput primum in eo libro: in veteri Tarrac. omiſſum eſt. *h* Hæc omiſit Raim. & Cont. & Barcin. Integra clauſula quærenda, ut ipſum Pictavienſ. concilium; vide cap. 1. de filiis presbyterorum, cujus initium olim fuit *Decrevit*.

*i* Sic etiam veteres Raim. libri: & Grat. *Greg. 9.* Cont. & alii, non recte. *Item Gregor.* unus Tarrac. ſcribendum *Gregorius in ſynodo Romana*, ut apparet ex regiſtro B. Gregorii lib. 12. in fine. Hoc eſt cap. 2. in Barcin. Sunt, qui putent eam ſynodum fuiſſe Gregorii poſterioris, ſive ſecundi.

*k Laxaverit coronam*, regiſtr. *relaxaverit comam*, Grat. 23. diſt. cap. 23. in quibuſdam tamen veteribus libris Gratiani eſt, *laxaverit comam*; *comam nutrierit*, unus Tarrac. *l* Sic etiam Raim. & Cont. adde *quarto* ex conciliis, cap. 44. *ex concil. Carthagin. cap.* 44. Burch. lib. 2. cap. 174. & Ivo parte 6. cap. 265. decreti. Hoc eſt caput 3. in Barcin. & in vet. Tarrac. *m* Sic concil. & Burch. *neque* pro *nec*, Raim. & Cont. *Clericus nec comam, nec barbam nutriat*, Ivo non male: *nec barbam tondeat*, ſive *nec barbam radat*, quidam in marg. concil. non recte; *nec barbam radat*, antiqua editio concil. Vidend. Clemens lib. 1. cap. 4. Apoſtolicarum conſtitut. Ante hæc verba eſt in veteri Tarrac. *Pars cap.* DECERNIT: quod ex cap. 2. videtur ſumptum.

*n* Hoc in libris conciliorum non invenio: eſt hoc cap. 4. in Barcin. & in vet. Tarr.

*o Ideſt* pro *niſi*, duo Tarrac. *p Ex concilio Triburienſi*, veteres Gregor. *Triburicen.* Cont. & alii: & in margine *Maguntienſi*. Cont. in libris conciliorum non inveni: *ex concil. Triburi. præſente Arnolpho Rege cap.* 16. Burch. lib. 8. cap. 97. & Ivo parte 7. cap. 115. decreti: *ex concilio Triburienſi*, cap. 1. de apoſtatis, in hac collectione. *q* Vox *quidem* in uno Tarrac. non eſt. *r Aliquod*, additur in Barcin. & in duobus Tarrac. *nec monaſterio*, Raim. & Cont. vox *aliquod*, eſt apud Burch. & Ivonem & d. cap. 1. de apoſt.

*s* Sic etiam Raim. & d. cap. 1. *ſi uxorem habere permittitur*, *iterum tonderi cogatur*, Burch. & Ivo.

*t* Hæc in veteri Tarrac. ſcripta, & mox deleta ſunt. *u Uxorem ſuam dimittere*, veteres Gregor. *tonſuram ſuam dimittere*, Barcin. ut editum eſt, Cont. & alii: *tonſuram dimittere*, Cont. in marg. ait eſſe in veteri libro: ſic etiam eſt d. cap. 1. de apoſt. *tonſuram negligere*, Burch. & Ivo. Poſt verba hujus capitis addidit Burch. *Quem autem progenitores ad monaſterium tradiderunt, & in eccleſia cœpit cantare, & legere: nec uxorem ducere, nec monaſterium deſerere poterit; ſed ſi diſceſſerit, reducatur. Si tonſuram dimiſerit, rurſum tondeatur; uxorem ſi uſurpaverit, dimittere compellatur. Cœperit* pro *cœpit*, Ivo, cetera totidem verbis. *x Maticen.* Raim. *Nanneten.* Cont. in Marg. cap. 9. *Nanneton.* ait Burch. lib. 2. cap. 56. & cap. 8. Ivo parte 6. cap. 152. decreti: ſed in libris concil. verba hujus capitis non reperi. *Pictavien.* eſt in uno ex veter. Gregor. *Manetenſi*, in vet. Tarrac.

*y Cantet & epiſtolam*, Burch. & Ivo, & Raim. & duo Tarrac. *z Scholam* pro *ſcholas*, Burch. & Ivo: *poſſit ſcholas tenere*, veteres Gregor. *poſſit tenere ſcholas*, Cont. & alii.

*aa Et admoneat*, Burch. & Ivo: ut editum eſt, Raim. & Cont. *bb Charitate*, unus ex veter. Gregor. ſolus.

UNED

### CAPUT VIII.

*Alexander III. in conc. Lateranen.* [*a*] *pars c. Clerici in ſacris* [*b*].

c. 8. eod. t. MOnaſteria ſanctimonialium (*c*), ſi quiſquam clericus, ſine manifeſta, & rationabili cauſa (*d*), frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit [*e*] ab officio (*f*) eccleſiaſtico reddatur immunis; ſi laici (*g*) excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium fiant penitus alieni.

### CAPUT IX.

*Gregorius VIII. univerſis Epiſcopis.*

Non ponitur. STatuimus, ut clerici clauſa deferant indumenta (*h*), cappis, ſive mantellis rubeis, aut viridibus non utantur, nec zendatum *, vel aliud ſericum pannum (*i*) eis apponant: anulos non portent [*k*] in manibus, niſi Epiſcopus fuerit, qui habeat hoc ex officio (*l*). Coronam, & tonſuram habeant congruentem, ludos alearum, & taxillorum (*m*) prorſus, & venatoriam occupationem evitent, & ſe in officiis eccleſiaſticis, & aliis hominis [1] ſtudiis (*n*) exerceant competenter. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, per Epiſcopum ſuum (*o*) remoto ap. obſtaculo corrigatur, & immunitatis (*p*) illius interim (*q*) fiat extorris, quæ pro tutela clericorum, & coercenda violentia laicorum noſcitur inſtituta. Viri quoque inciſas veſtes ab inferiori non habeant parte, & mulieres (*r*) veſtibus ſumptuoſis, & proprii corporis longitudinem excedentibus amodo non utantur, ſed in habitu honeſto (*s*), & moderato incedant, qui nec laſciviam notet, nec jactantiam vanitatis oſtendat. Quiſquis vero vir, ſive mulier talia fecerit amodo indumenta, & a communione [*t*] Dominici corporis, donec ſe corrigat, reddatur extraneus, & eccleſiaſticis non ſinatur officiis intereſſe: graviorem quoque pœnam per ſacerdotis officium ſubiturus, ſi nec ſic levitatem ſuam curaverit emendare.

* alias, *nec cendale*, Cuj.

### CAPUT X.

*Idem* (*u*).

QUoniam, ut ait ſcriptura, *Proni ſunt* (*x*) *ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua* (*y*): ſicut ex ſenſualitate caro vergit (*z*) in culpam, ita vigore ſpiritus procedente (*aa*), & ſubſequente divina gratia animus niti debet (*bb*) ad veniam, & remedia ſemper inquirere, quibus irruentes occaſiones mortis valeat declinare. Inde ſiquidem [*cc*] eſt, quod intelligentes multa ex defectu proprio, multa ex aliena malitia in veſtris eccleſiis perveniſſe (*dd*), quæ aut delictum in ſe, aut occaſionem habeant (*ee*) delinquendi, per auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, cui ex diſpoſitione (*ff*) domini deſervimus, prout datur ab eo, decernimus obviandum (*gg*), & auctoritatem in vobis Epiſcopalis officii ad reſecanda nociva in ſubditis veſtris, & inſerenda utilia ſcriptis Apoſtolicis muniendam, recolentes, quod in veteri lege præcepit Dominus dicens: *Ignis in altari ſemper ardebit* (*hh*), *quem nutriet ſacerdos, ſubiiciens mane ligna per ſingulos dies* (*ii*): ſta- cap. 9. eod.

(1) *Humanis*, forte.

*a* Adde *cap. XI.* ex concil. *b* Hæc omiſit Raim. *pars cap.* CLERICI: Cont. Integra clauſula exſtat t. 2. cap. ult. hujus libri, & in concil. *pars cap.* CUM UNUS: Tarracon. non recte.

*c* Sic etiam Raim. & Cont. *Monaſteria præterea ſanctimonialium*, concil. & Barcin. & duo Tarrac. *alias incipit* PRÆTEREA, Cont. in marg. *d* Sic etiam Raim. & Cont. *& neceſſaria cauſa*, concil.

*e* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *non deſierit*, Cont. & alii: *non deſiſterit*, alter vetus Gregor.

*f* Sic Raim. & Cont. *a beneficio*, concil. & Barcin. *g* Hæc in concil. hoc loco deſiderantur: ſunt tamen ante hujus capitis verba. In Gregorianis bis poſita ſunt, tam ſub hoc tit. quam ſub tit. de exceſſibus prælator.

*h* *Deſuper* addit Innocent. 3. in concil. gener. cap. 16. qui multa ſumpſit ab hac conſtitutione: vide in 4. collect. cap. 4. hujus tituli: *veſtimenta* pro *indumenta*, unus Tarrac. *i* *Pallium* pro *pannum*, duo Tarrac. & Barcin. quod nondum probavi. *k* *Nec* pro *non*, Barcin. *ſed nec anulos*, Innoc. 3.

*l* *Habet* malo, quam *habeat*; *aut* ante vocem *qui*, & addo. *Niſi quibus competit ex officio dignitatis*, Innoc.

*m* *Et talorum*, Barcinon. *ad aleas, & taxillos non ludant*, Innoc. *n* Scribe, *bonis ſtudiis*, ut eſt in duobus Tarrac. & in Barcin. & apud Innoc. *o* Vox *ſuum* in vet. Tarracon. olim deſiderabatur.

*p* *Ut* pro *&*, Barcin. quod non æque placet: vide præter Innoc. conſtitutionem, non diſſimilem Clem. V. in concil. Viennenſ. *q* *Tantum*, olim vetus Tarrac. *r* *Et* in uno Tarrac. non eſt.

*s* *Modeſto*, vetus Tarrac. *t* *Et*, in vet. Tarrac. expunctum eſt. *u* *Gregorius VIII.* veteres Raim. libri *ſeptimus*, Cont. & alii: ſed in marg. *alias* OCTAVUS UNIVERSIS EPISCOPIS.

*x* Recte Cont. addidit multa, quæ Raim. omiſit. Videntur autem eſſe ſumpta ex concil. Toletano 4. cap. 23. apud Gratian. 12. q. 1. cap. 1. & Anſelm. Lucenſ. lib. 7. cap. 8.

*y* Sic etiam Cont. *Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*, Geneſ. cap. 8. ϗ μὴ προσθήσω ἐπ καταρᾶσθαι τὴν γῆν, δὶα τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκνεότητος αὐτοῦ. LXX. *non addam ultra maledicere terræ propter opera hominum; quia incumbit cogitatio hominis diligenter ad mala ex adoleſcentia ſua*, Complutenſ. *peccata* pro voce *opera* habet. Chaldæorum interpretatio: *quoniam ſenſus cordis humani malus eſt ab infantia ſua.* *z* Sic duo Tarrac. *vergat*, Barcin. *urgit*, Tarrac. unus *urget* forte, vel *urguet*, ſcribi poteſt; *vergit caro*, Cont. *aa* *Præcedente*, Cont. & unus Tarracon. apertius: quæ vox referenda eſt ad gratiam, non ad vigorem ſpiritus: ſemper enim præcedit gratia qualeſcumque motus animi bonos.

*bb* *Uti debet*, vetus Tarrac. *debet niti*, alter. *cc* Hæc in uno Tarrac. non ſunt.

*dd* Sic etiam Cont. malo *proveniſſe*. *ee* *Habuerant*, vetus Tarr. *ff* Vox *ex* in Barcin. omittitur: eam Cont. habet. *gg* *Decrevimus* pro *decernimus*, Cont. & duo Tarrac. *hh* Sic etiam Cont. *Ignis autem* &c. Levit. cap. 6. ϗ πῦρ ἐπὶ θυσιαστήριον καυθήσεται. LXX. *& ignis in altari accendetur ſuper eo, non extinguetur*, Complut. *Ignis autem erit incenſus in eodem altari, numquam extinguetur*, Chald.

*ii* Sic etiam Cont. *enutriet* pro *nutriet*, Barcin. *ligna mane*, Levit. cetera, ut edita ſunt. καὶ καύσει ἐπ' αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ξύλα τῷ πρωῒ πρωΐ. LXX. *& comburet ſuper eo ſacerdos ligna mane mane*, Complut. *& incendet in eo ſacerdos ligna mane mane*, Chald.

ſtatuimus, ut (*a*) facultatibus eccleſiarum veſtrarum atque proventibus (*b*), & expenſis etiam diligenter (*c*) inſpectis, certum in eis valeatis imponere numerum (*d*) clericorum, & ſtatuere, ut bona eorum veniant in communione (*e*), & in una (*f*) domo veſcantur, atque ſub uno tecto dormiant, & quieſcant. Si vero (*g*) contradictores extiterint, licitum vobis ſit per ſuſpenſionem officii, & beneficii, aut graviori etiam pœna, ſi opus fuerit, ad hanc obſervantiam eos appellatione compellere non obſtante. Indulgemus etiam, ut ſi quiſquam eorum, qui ſimul vivunt, pro manus injectione [*h*] in ſocium, a communione meruerit fieri, alienus, reconciliandi eum [*i*], & pœnitentiam imponendi poteſtatem plenariam habeatis, niſi forte atrocitas facti pœnam graviorem expectet. Quod etiam de mulieribus [*k*], & iis, qui præ ſenectute (*l*), vel infirmitate præſentiam noſtram adire non poſſunt, volumus obſervari, nullum præjudicium conſtitutioni eccleſiaſticæ, aut ſucceſſoribus noſtris (*m*) aſſerentes, quo minus ſuper his, qui [1] rectius (*n*) viderint, valeant ordinare.

## TITULUS II.

## DE COHABITATIONE CLERICORUM, ET MULIERUM, ET CLERICIS CONCUBINARIIS (*o*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Nannetenſi* [*p*].

De cohab. cler. cap. 1.

INhibendum eſt (*q*), & modis omnibus interminandum eſt (*r*), ut nullus ſacerdos eas perſonas fœminarum (*s*), ſicut in canone inſertum continetur (*t*), de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, in domo ſua (*u*) retineat (*x*), ſed neque illas, quas canones concedunt, matrem, amitam, ſororem (*y*), quia inſtigante diabolo etiam in illis (*z*) ſcelus frequenter (*aa*) perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequas illarum (*bb*). Sed ſi qua [*cc*] de his habuerit talem neceſſitatem patientem (*dd*), cui ſit neceſſitas ſuſtentationis (*ee*) presbyteri, habeat (*ff*) in vico, aut in villa (*gg*) domum longe a presbyteri converſatione [*hh*], & ibi ei ſubminiſtret [*ii*], quæ neceſſaria ſunt. Sed ſecundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum eſt (*kk*), ut nulla fœmina ad altare accedere præſumat, aut presbytero miniſtrare, aut in cancello (*ll*) ſtare, aut ſedere (*mm*).

### CAPUT II.

*Idem* † *in concilio Pictavien.* (*nn*) *pars c. Decrevit* (*oo*).

Non ponitur.

UT nullus (*pp*) presbyter, diaconus, ſubdiaconus concubinam habeat [*qq*], ſed nec aliam fœminam, unde mala ſuſpicio habeatur, in una domo ſecum teneat [*rr*]: & quicumque ſacerdotum, ſive [*ſſ*] per pecuniam or-

(1) *Quo*, forte.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. *ſtatuimus ergo, ut*, Barcin. & duo Tarrac. *b* Vox *atque* omiſſa eſt a Raim. & Cont. *c* Ab eiſdem eſt vox *etiam* omiſſa: & pro *etiam* vetus Tarr. olim, mox ea quoque vox deleta eſt. *d* *Ponere numerum*, Raim. & Cont. *e* *In commune*, Barcin. & duo Tarrac. & Raim. non male. *f* Vox & in Barcin. & in Gregorianis omittitur. *g* *Si qui vero*, Barcin. & Raimund. & duo Tarracon. *h* Sic etiam Raim. & Cont. *per manus injectionem*, unus ex veter. Gregor. & Barcinon. non optime: *propter* forte pro *per* ſcribendum. *i* Vox *eum* a Raim. & Cont. eſt omiſſa. *k* Hæc uſque ad finem omittunt Raimund. & Contius. *l* *Pro* eſt, non *præ* in Barcin. & in duobus Tarrac. quod non placet. *m* Vox *noſtris*, in uno Tarrac. olim non erat. *n* *Quæ rectius*, Barcin. *quod rectius*, duo Tarrac. *o* Tria ultima verba non ſunt in Barcin. neque in Gregorianis: *fœminarum* pro *mulierum*, vetus Tarrac. *p* Adde *cap.* 3. ex concil. *cap.* 10. Burchard. lib. 2. cap. 116. & Ivo part. 6. cap. 192. decreti. *Ex concilio Maguntino*, Raim. & Cont. qui in marg. ſcripſit *Nannoten. Natanenſi*, vetus Tarrac. *Macicenſi*, alter Tarrac. *q* Sic etiam Raim. & Cont. *Prohibendum*, concil. *Inhibendum*, Burch. & Ivo: voce *eſt* omiſſa, ut in concil. & in uno Tarrac. *r* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. & apud Burch. & Ivonem: vox *eſt* omittitur in vet. Tarrac. *s* Sic etiam concil. Burch. & Ivo: *fœminas*, Raim. & Cont. *t* Hæc omittunt Raim. & Cont. *ſicut & in canone* &c. concil. Burch. & Ivo: canonem interpretari poſſumus Nicæni concilii cap. 3. relatum a Grat. diſt. 32. cap. 16. & a Burch. lib. 2. cap. 109. & Ivone lib. 3. tit. 8. cap. 29. Panorm. & parte 6. cap. 186. decreti, & Anſelm. lib. 7. cap. 133. & a Martino Brachar. cap. 32. & a Juſtiniano Nov. 123. in princ. *Habetur* pro *continetur*, eſt in vet. Tarracon. *u* Hæc omittunt Raimund. & Contius: habent ceteri. *x* Sic etiam Raim. & Cont. *habeat*, concil. & Burch. & Ivo: *detineat*, unus ex veter. Gregor. *y* Sic etiam Burch. & Ivo: *& ſororem*, Raim. & Cont. ſed in conciliis edita collocantur poſt vocem *illarum*. θεῖα in concil. Nicæno, tam amitam, quam materteram ſignificat. *z* Sic in concil. & in veteri Gregor. & apud Burch. & Ivon. & pro *etiam* Cont. & alii. *aa* Hæc vox a Raim. & Contio eſt omiſſa, habent ceteri. *bb* Sic etiam Burch. editus: *in pediſſequis illarum* vetus Burch. & Ivo, & concil. *in pediſſequis earundem*, Raim. & Cont. Poſt vocem *illarum*, eſt in concil. *ſcilicet matrem, amitam, ſororem*, non recte: *in pediſſecis illarum*, unus Tarrac. *cc* *Sed ſi quis*, concil. Burch. & Ivo: ut editum eſt, Raimund. & Cont. *Sed ſi qui*, unus ex veter. Gregor. vox *Sed* aliquando in vet. Tarrac. non erat. *dd* Sic etiam conc. & Burch. & Ivo; *patienter* pro *patientem*, Barcin. *neceſſitatem habuerit*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis: *fuerit talem neceſſitatem patiens*, unus Tarrac. *ee* *Suſtentatio*, Burch. & Ivo; *cui ſit neceſſaria ſuſtentatio*, concil. omnia in Gregorianis omiſſa ſunt. *ff* Sic etiam concil. Burch. & Ivo; *presbyter habeat*, vetus Gregor. *presbyteri habeant*, Raim. & Cont. & vetus Tarrac. olim. *gg* *Sua* additur in ſolo veteri Gregor. *vel* pro *aut*, unus Tarrac. *hh* Sic etiam concil. & Burch. & Ivo; *cohabitatione*, Barcin. *a ſua converſatione*, Raim. & Cont. *ii* *Eis* pro *ei* concil. & Burch. & Ivo, & vetus Tarrac. *unde eis, quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtret*, vetus Gregor. *& ibi eis, quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrent*, Cont. & alii: *quæ ſunt*, omittuntur in uno Tarrac. *kk* *Sed & hoc ſecundum* &c. *probibendum*, concil. *Sed hoc ſecundum* &c. *prohibendum*, Burch. & Ivo. *Prohibendum quoque eſt*, Raim. & Cont. aliis omiſſis; vox *eſt* in duobus Tarrac. non fuerat, in altero addita eſt. *ll* *Infra cancellos*, concil. & veteres Gregor. & Burch. & Ivo; *intra* pro *infra* Cont. & alii rectius: vide cap. 1. tit. 1. hujus libri tertii. *mm* Sic etiam concil. & Burch. & Ivo; *ſive ſedere*, Raim. & Cont. *nn* Scribo *Item* pro *Idem*. *oo* Sic ſub tit. de filiis presb. cap. 1. & tit. de præbend. cap. 1. Integra clauſula quærenda eſt. *pp* Vox *Ut* in uno Tarrac. deſideratur. *qq* *Habeant*, unus Tarrac. *rr* *Habeat*, Barcin. *ſſ* *Quicumque hujuſmodi ſacerdotis, ſive*, Barcin. *quicumque ſacerdotis*, unus Tarrac voce *ſive* omiſſa.

ordinatorum [a] miſſam ſcienter audierint, excommunicationi ſubjacere debent.

CAPUT III.

*Ex decreto Eugenii Papæ* [b].

c. 2. eod. t. SI quiſpiam (c) ſacerdotum, ideſt presbyter [d], diaconus, ſubdiaconus (e) de quacumque fœmina crimine fornicationis ſuſpicatus (f) poſt primam, & ſecundam, & tertiam [g] admonitionem inveniatur fabulari cum ea, & aliquo (h) modo converſari, excommunicetur (i), fœmina vero (k) canonice judicetur.

CAPUT IV.

*Alexander III. Salernitano Archiepiſcopo, pars cap. Cunctos ſicut* [l].

c. 3. eod. t. CLericos autem [m] in ſacris ordinibus conſtitutos, qui in domibus propriis (n) publice detinent [o] concubinas, ad eas abjurandas (p) nolumus (q) a tua fraternitate compelli, ne in eadem fornicatione (r) inſtinctu fraudis diabolicæ redeant (s), & inſuper (t) reatum perjurii incurrant. Verum ipſos (u) per ſuſpenſionis (x), & interdicti ſententiam debes artius cogere, ut mulieres ipſas a ſe ita removeant, ut de ipſis (y) ſiniſtra ſuſpicio non poſſit haberi (z): & ſi qui eorum (aa) ad ipſas redire [bb], vel alteras accipere (cc) forte præſumpſerint, in aliquos illorum (dd) debes perpetuo ſententiam (ee) excommunicationis (ff) vindicare (gg), ut alii eorum exemplo (hh) a ſimilibus arceantur.

CAPUT V.

*Alexander III. Cant. Archiepiſcopo, & ejus Suffraganeis.*

SIcut ad extirpanda vitia (ii), quæ periculum pariunt animarum ſummopere, nos decet [kk] intendere, ita etiam nos convenit germina (ll) propagare virtutum, ex quibus fidelibus (mm) ſalutis augmentum, & ſacris eccleſiis decor proveniat honeſtatis. Unde cum in Anglia prava, & deteſtabili conſuetudine, & longo tempore ſit obtentum (nn), ut clerici fornicarias in ſuis domibus habeant [oo], nos volentes (pp) tam grave ſcandalum de populo [qq] removere, & prædictos clericos ad honeſtatem eccleſiaſticam inducere [rr], f. t. per A. s. m. qua. (ſſ) clericos veſtræ juriſdictionis (tt), qui in ſubdiaconatu, & ſupra in domibus ſuis [uu] fornicarias habuerint (xx), ſtudioſe monere (yy) curetis, ut a ſe fornicarias di. & ap. ces. (zz) removeant, eas ulterius (aaa) non admiſſuri [bbb]. Si vero infra xl. dies (ccc) poſt commonitionem veſtram, vobis in his forte cap. 4. eod.

*a Ordinandorum*, unus Tarrac. *b* Sic etiam Grat. ſive Palea diſt. 81. cap. 22. *ex decretis* &c. Anſelm. Lucenſ. lib. 8. cap. 9. ut editum eſt, Raim. & Cont. ego addo *ſecundi*, ex libro Veronenſi: *ex concilio Eug. Papæ*, unus ex veter. Gregor. *dicto* pro *decreto*, unus Tarrac. mendoſe.

*c* Sic etiam Anſelm. Gratian. & Veron. *Si quiſquam*, Raim. & Cont. *d* Sic etiam Raimund. & Cont. & Gratian. & Anſelm. *Epiſcoporum*, *preſbyterorum*, *diaconorum*, *ſubdiaconorum*, Veron.

*e* Vox *ſubdiaconus*, in Barcin. deſideratur: *vel diaconus*, *vel ſubdiaconus*, Anſelm. & Gratian. ut editum eſt, Raimund. & Contius: *vel ſubdiaconus*, in quibuſdam veteribus libris Grat. non eſt.

*f* Sic etiam Anſelm. & Veron. *ſuſpectus*, Barcin. & Gratian. & Raim. & Cont. aptius: in multis tamen veteribus Grat. libris eſt *ſuſpicatus*: *ſuſpectus fuerit*, unus ex veter. Gregor. *ſuſpicatus* olim mox *ſuſpectus*, vetus Tarrac. *g Secundam, & tertiam*, Grat. & Raim. *& ſecundam, ac etiam tertiam*, Veron. *ſecundamque & tertiam*, Anſelm. ut editum eſt, in quibuſdam Grat. veteribus libris. Poſt vocem *admonitionem* eſt in Veron. *Metropolitani, vel ejus Epiſcopi, cui ſubjacere videtur. Monitionem* pro *admonitionem*, unus ex veter. Gregor. & vetus Tarrac. *commonitionem*, alter Tarrac. *h* Sic etiam Gratian. & Raim. *vel aliquo*, Anſelm. & Veron.

*i* Sic Anſelm. & Grat. *excommunicationi ſubdatur*, Raim. & Cont. hæc in Veron. non ſunt.

*k* Sic etiam Gratian. & Raim. vox *vero* ab Anſelm. eſt omiſſa, & a quibuſdam veteribus Grat. libris: utraque vox a Veron. Poſt hujus capitis verba hæc in Veron. ſunt: *Quapropter unuſquiſque Epiſcopus in tali re ſtudioſe, ac diligenter curam habere * de rebus *; ne eccleſia Chriſti a propriis poſſit ſordidari miniſtris, quia cui propria uxor non conceditur, maxime ab omni fœmina eſt abſtinendum. Debet* pro *de rebus*, ſcribendum cenſeo.

*l Cum tu ſicut aſſeris*, unus Tarrac. *Cum tu ſicut*, Barcin. & vetus Tarrac. *Pars cap.* CUM TU. Cont. hæc omittunt Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat cap. 5. de uſuris. *Cum tu, ſicut aſſeris, manifeſtos* &c. in hac collectione. *m* Sic etiam in concil. parte 18. cap. 1. tit. de clericis matrimonio copulatis, vel aliis fornicarias habentibus: vox *autem* a Raimund. & Contio eſt omiſſa. *n In domibus ſuis propriis*, concil. omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *o* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *tenent*, Cont. & alii.

*p Abiiciendas*, vetus Tarracon. *q* Sic etiam Raim. *volumus*, concil. mendoſe.

*r In eandem fornicationem*, duo Tarrac. concil. Raim. & Cont. aptius: ſed in priori editione concil. ut editum eſt; & in uno ex veter. Gregor. *s* Sic etiam in concil. *redeuntes*, Raim. & Cont.

*t* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *&*, eſt in uno ex veter. Gregor.

*u* Sic etiam Raimund. & Contius: *unde ipſos*, concil. *x Per ſuſpenſionem*, unus Tarrac.

*y* Sic etiam in concil. *quod de illis*, Raim. & Cont. parum apte. *z* Sic etiam Raim. & Cont. *non habeatur*, concil. *aa* Quæ ſequuntur in concil. non ſunt. *bb Ad eas*, unus ex veter. Gregor. omiſſo verbo *redire*.

*cc Vel alias accipere*, Raim. & Cont. aptius: *vel ad alias accedere*, unus ex veter. Gregor.

*dd Aliquos eorum*, Barc. & Raim. *ee Perpetuam ſententiam*, Raim. & Cont. *perpetuo ſententia*, unus Tarrac.

*ff Excommunionis*, unus Tarracon. *gg Proferre*, Raimund. & Contius apertius.

*hh* Sic etiam veteres Gregor. *perterriti*, addit Cont. & alii. *ii* Recte Contius addidit a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. d. parte 18. cap. 2. *kk* Sic etiam in concil. vox *nos* a Cont. eſt omiſſa: *decet nos*, unus Tarracon. *ll* Sic etiam in concil. *gramina*, Contius, quod non æque placet.

*mm* Sic etiam Cont. *Dei fidelibus*, concil. neutra vox eſt in Barcin. *nn Fuit* pro *ſit*, in concil. *ſit*, Cont.

*oo* Sic etiam Cont. *haberent*, concil. *pp* Vox *nos*, in concil. deſideratur: habet Cont. *neque volentes*, in priori edit. concil. ſcribo, *noſque* pro *neque*. *qq A populo*, concil. *de*, Cont. *rr Ducere*, unus Tarr. *reducere*, concil. & Cont. aptius. *ſſ Fraternitati veſtræ* &c. *quatenus*, concil. *Frat. v. mand. quat.* Raim. & Cont. *pr. m. qua.* vet. Tarrac. *tt Dioc.* unus Tarrac. *uu* Sic etiam in concil. hæc omittunt Raim. & Cont.

*xx* Sic etiam Raim. & Cont. *habent*, concil. *yy Admonere*, unus ex veteribus Gregor.

*zz Illas occaſione, & appellatione ceſſante*, concil. *illas*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *fornicarias* pro *illas* erat in priori concil. edit. *eas removeant illas*, unus ex veter. Gregor. *aaa* Vox *eas* in uno Tarrac. non eſt.

*bbb* Sic etiam in concil. *minime* pro *non* Raim. ſine ullo lucro. *ccc* Hæc uſque ad verbum *acquieſcere*, omittunt Raim. & Cont. offendit forte longum temporis ſpatium.

forte acquieſcere contempſerint (*a*), eos ſub. ap. re. [*b*] ab eccleſiaſticis beneficiis, uſque ad dignam ſatisfactionem [*c*] ſuſpendatis, & ſi eas ſuſpenſi præſumpſerint detinere, ipſos ab eiſdem beneficiis perpetuo removere curetis.

## CAPUT VI.

*Idem in eadem (d).*

Non ponit. Poſt comm. Lat. part. 18. cap. 7.

DE ſacerdotibus publice fornicarias habentibus di. tuæ [*e*] nihilominus pr. m. (*f*), ut eos diligentius convenias, & attentius commoneas, quatenus [*g*] fornicarias ſuas dimittant, & a ſe prorſus expellant. Quod ſi forte admonitionem (*h*) tuam contempſerint (*i*), & in (*k*) ſua immunditia duxerint perſiſtendum, tu eos abſque ap. re. [*l*] ab omni officio, & beneficio [*m*] eccleſiaſtico non differas ſpoliare [*n*].

## CAPUT VII.

*Idem Lundon. Epiſcopo (o), pars c. Ad aures (p).*

cap. 6. eod.

SI autem clerici tuæ juriſdictionis (*q*) ſive in ſacris [*r*] ordinibus, ſive in inferioribus conſtituti fornicarias detinent (*s*), niſi eas ad ſecundam, vel tertiam commonitionem (*t*) a ſe dimiſerint, eas contempturi de cetero (*u*), liceat tibi eos eccleſiis, vel eorum (*x*) portionibus, ſi quas habent (*y*), ap. poſt. ſpoliare, & ipſis officia interdicere (*z*).

## CAPUT VIII.

*Idem Bidiceno Epiſcopo [aa].*

cap. 5. eod.

SUper eo vero [*bb*], quod aſſeris A. presbyterum (*cc*) detinere fornicariam (*dd*), & eam ad * crebram [*ee*) admonitionem tuam dimittere nolentem, ab officio ſuſpenſum, pru. t. taliter reſpondemus [*ff*], quod ſi ſuper hoc ad præſentiam noſtram appellatum ſit [*gg*], ſi contigerit (*hh*) ipſum ad nos accedere, prout expedire viderimus (*ii*), pertinaciam [*kk*] ejus, & audaciam (*ll*) corrigemus. Si vero non venerit ad præſentiam noſtram, ſuſpenſionis ſententiam in eum propter hoc latam, tamdiu volumus obſervari, donec fornicariam ſuam a ſe prorſus (*mm*) abiiciat, & vivat, ſicut decet presbyterum continenter (*nn*). Porro ſi litteras a nobis obtinuerit, quæ facti ſeriem non contineant, nolumus litteras ipſas (*oo*) ſibi prodeſſe.

* *ad tertiam* Cujac.

## CAPUT IX.

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo.*

CUM in Cantuarienſi provincia, ubi legationis officio fungeris, quod tibi commiſimus, multi clerici ſint [*pp*), qui in domibus (*qq*) fornicarias habere dicantur (*rr*), mirabile ſatis gerimus (*ſſ*), quod eos in ſpurcitia vitiorum manere (*tt*) permittis (*uu*), qui ad reſecanda vitia, & præparandas virtutes diligens omnimodo [*xx*], & ſollicitus eſſe deberes. Unde f. t. per A. pr. m. qua. [*yy*] ſi qui clerici provinciæ tuæ concubinas, vel fornicarias habent (*zz*), eos conſtanter admoneas, & ſi opus fuerit, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut fornicarias, & concubinas a ſe dilatione, & ap. poſt. prorſus amoveant, & eas, vel (*aaa*) alias nequaquam ulterius admiſſuri: ſi qui autem eorum ita fuerunt pertinaces, quod noluerint in hac parte tuis mandatis parere, ipſos ab eccleſiis (*bbb*), quas habent, ap. re. non differas ſpoliare.

Non ponitur id part. 18. cap. 10.

CA-

*a Noluerint*, duo Tarrac. ſed in altero deleta ea vox eſt.

*b Eos auctoritate Ap.* Barcin. *eas auctoritate Apoſtolica appellatione remota*, concil. non recte: *eos*, Raimund. & Contius aliis omiſſis: *eos auct. Apoſtolica freti ap. re.* unus Tarracon.

*c Ad congruam ſatisfact.* Barcin. concil. & Raim. *ad ſatisfactionem congruam*, unus Tarrac. Poſt finem hujus capitis, ſequitur in conciliis: *Si qui autem clericorum* &c. ut cap. 1. de clericis conjugatis, quod hujus capitis pars eſſe dicitur in hac collectione. *d E.* ideſt *eidem* additur in Tarrac. duobus *Idem eidem in eadem epiſtola* in concil. *Idem. Pars cap.* INTER CETERA, Barcin. non male: ſcribo *Idem Wigornien. Epiſcopo*, ut parte 18. cap. 6. & infra tit. prox. cap. 4. in quibus integra clauſula eſt initii hujus capitis. Recte in conciliis hæc erant conjuncta. *e Diſcretioni tuæ*, concil. *dis. t.* duo Tarrac. *f Præcipiendo mandamus*, concil.

*g Ut*, concil. *h* Sic etiam in concil. *ad admonitionem*, Barcin. forte *ad monitionem* ſcribendum.

*i Emendari*, additur in Barcinon. *facere contempſerint*, concil. *k Sed in*, concil.

*l Appellatione remota*, concil. vox *abſque*, in uno Tarrac. non eſt. *m* Hæc in duobus Tarrac. non ſunt.

*n Amovere*, unus Tarrac. *o* Sic etiam in veteri Gregor. *London. Epiſcopo*, in concil. d. parte 18. cap. 8. *Lugdunen. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Lundenſi Epiſcopo* eſt in priori concil. editione. *Lundenen.* in altero veteri Gregor. *Lud.* in uno Tarrac. *p* Sic etiam Cont. hæc in concil. non ſunt, neque in Gregorianis. Integra clauſula quærenda: forte invenies eam in 2. collect. ſub tit. de appellat. vel ſub tit. de ſimonia.

*q Diœceſis*, unus ex veter. Gregor. *r* Sic etiam Raimund. & Cont. *ſive ſiat in ſacris*, concil.

*s Detineant*, unus ex veter. Gregor. *t Et* pro *vel*, in concil. *vel*, Raim. *monitionem*, unus ex veter. Gregor. *tuam*, additur in concil. *u* Sic etiam in concil. *eaſdem de cetero non tempturi*, vetus Gregor. parum diſerte: *contempturi*, Cont. & alii: cetera, ut vetus. *x Vel earum*, concil. & Raim. non male: *vel eorum*, unus ex veteribus Gregor. *y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*z Divina officia*, concil. *officio ipſis nihilominus interdicto*, Raim. & Cont. *omnia officia*, unus Tarracon.

*aa Ebroic. Epiſcopo*, Barcin. *Eboracenſ. Archiepiſcopo*, concil. d. parte 18. cap. 9. & Raim. & Cont. *Broliceno*, vetus Tarrac. *Briocenſi*, alter. *bb* Sic etiam Raim. & Cont. vox *vero* in concil. non eſt. Ex his verbis apparet partem eſſe non initium reſcripti. *cc A.* in vet. Tarrac. deſideratur. *dd Fornicariam detinere*, conc. *fornicariam detinentem*, Raim. & Cont. *ee Eum* pro *eam*, concil. *propter hoc ab officio ſuo ſuſpenſum*, Raim. & Cont. *ff* Recte Cont. hæc addidit a Raim. prætermiſſa: vox *taliter* in concil. non eſt: *pru. tue*, vetus Tarracon. *gg Fuerit* pro *ſit*, concil. & Cont. *hh* Sic etiam in concil. *ſi contingat*, Cont.

*ii* Sic in concil. *videbimus*, Cont. *videremus*, vetus Tarracon. *kk* Sic etiam Cont. *petitionem*, concil. non optime. *ll Avaritiam*, unus Tarracon. *mm* Hæc vox in concil. non eſt: habet eam Cont.

*nn* Sic etiam in concil. *continentem*, Cont. non male. *oo Ipſas*, concil. *illas*, Raim. altera voce utrubique omiſſa; *ipſas litteras*, unus Tarracon. *pp* Sic etiam in concil. *ſunt* pro *ſint*, Tarrac. tres libri.

*qq Suis*, additur, in concil. *propriis* in uno Tarrac. *rr Dicuntur* pro *dicantur*, concil.

*ſſ Satis grave eſt*, concil. *tt Vitiorum eorum eos permanere*, concil. *uu Permittas*, concil. *permittitis*, unus Tarracon. *xx Omnino*, concil. & unus Tarrac. *yy Fraternitati tuæ* &c. *quatenus*, concil.

*zz Habeant*, vetus Tarrac. *aaa* Vox *&*, tollenda eſt ex auctoritate concil. & duor. Tarracon. & Barcinon. libri unius. *bbb Ab officio eccleſiaſtico, vel ab eccleſiis*, unus Tarrac.

CAPUT X.

*Idem.*

Non ponitur. d. p. 18. c. 11.

DE cetero, quia [a] Stephanus clericus de Vallenton. (*b*) in Archidiaconatum (*c*) prædicti Archidiaconi (*d*) adulteram, & commatrem [*e*] in domo ſua dicitur detinere: ſi hoc publicum eſt, & manifeſtum, tantum, & tam gravem (*f*) exceſſum, animadverſione debita, nullius contradictionis, vel ap. ob. (*g*) corrigas.

CAPUT XI.

*Idem Wigor.* (*h*) *Epiſcopo.*

Non ponitur. d. p. 18. c. 15.

* *de Waleden.* Cujac.

EX parte prioris, & fratrum * de Van. (*i*) nobis innotuit, quod C. (*k*) presbyter, qui habet vicariam in eccleſia ipſorum de Eſtona (*l*) publice concubinam tenet, ac ſicut laicus quilibet tabernas frequentare non erubeſcit, ſed quia indecens, & rationi contrarium eſt, ut ii, qui altario (*m*) ſerviunt, fœminarum complexibus maculentur, aut per tabernas diſcurrant [*n*], cum eos ſobrios, & caſtos eſſe oporteat: f. t. per A. s. pr. m. qua. [*o*] rei veritate diligenter inquiſita, & cognita, ſi eum talem inveneris, qualis deſcribitur (*p*), ipſum ab eadem eccleſia, di. & ap. ces. (*q*) amoveas.

CAPUT XII.

*Idem in concilio Lateranen.* [*r*]

De exceſſ. prael. c. 4.

CLerici in ſacris (*s*) ordinibus conſtituti, qui mulierculas (*t*) in domibus ſuis ſub incontinentiæ nota tenuerint, aut abiiciant eas [*u*], & continenter vivant, aut ab officio, & beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. Quicumque autem (*x*) illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & v. civitates igne conſumpſit (*y*), deprehenſi fuerint laborare (*z*): ſi clerici fuerint (*aa*), deiiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſteriis retrudantur (*bb*).

## TITULUS III.

## DE CLERICIS CONJUGATIS.

CAPUT I.

*Idem* [*cc*], *pars c. Sicut ad extir.* [*dd*]

De clericis conjug. c. 1.

SI qui autem (*ee*) clericorum ipſorum (*ff*) infra ſubdiaconatum acceperint (*gg*) uxores, ipſos ad relinquenda beneficia eccleſiaſtica, ſi qua habent (*hh*), & retinendas uxores ſuas [*ii*], eccleſiaſtica diſtrictione (*kk*) compellatis. Sed ſi forte (*ll*) in ſubdiaconatu, & aliis ſuperioribus ordinibus uxores accepiſſe noſcuntur, eos uxores [*mm*] dimittere, & pœnitentiam agere [*nn*] de commiſſo, auctoritate noſtra (*oo*) per ſuſpenſionis, & excommunicationis (*pp*) ſententiam, appellatione poſtpoſita, compellatis (*qq*).

CAPUT II.

*Idem Lundon. Epiſcopo* (*rr*).

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 18. c. 3.

UNiverſalis eccleſiæ ſollicitudo, quam providente domino gerimus, pro eccleſiarum ſtatu nos compellit propenſiori cura ſatagere, & ut ſecundum Deum, & juſtitiam diſponamus, vigilem curam, & ſtudium (*ſſ*) adhibere. Accepimus autem, quod plerique in tuo Epiſcopatu degentes, cum eſſent in acolythi (*tt*) officio, & infra conſtituti, uxores duxerunt (*uu*), & nihilominus eccleſias, quas prius habebant, detinere præſumunt [*xx*]. Unde quoniam uxorati,

*a De cetero noveris, quia*, unus Tarrac.
*b Devellentin.* concil. *de Vallentin.* in marg. *de Vualeton.* vet. Tarrac. *de Walter.* unus Tarrac.
*c In Archipresbyteratum*, Barcin. *in Archidiaconatu*, concil. aptius, & duo Tarrac.
*d Archiepiſcopi*, concil. quod non placet. *Archid.* duo Tarracon. *e Et matrem*, vetus Tarracon.
*f Ob tantum*, concil. aliis omiſſis. *g Contradictione, & appellatione obſtante*, concil. ego lego, *contradictionis, vel appellationis obſtaculo: contradictione*, duo Tarrac. in altero tamen olim *contrad.* *h Vuigorn.* concil.
*i De Vanh.* Barcin. *de Vuellebec*, concil. *de Vante*, vet. Tarrac. *de Wan.* alter. *k Quod E.* unus Tarrac.
*l De Hoſtona*, Barcinon. *de Hortun.* concil. *de Eſtoria*, unus Tarracon. *m* Sic etiam in concil. *qui altari*, Barcin. aptius. *n Fœminarum amatores ſint*, concil. aliis omiſſis.
*o Fraternitati tuæ* &c. *quatenus*, concil. *f. v.* duo Tarrac. *p Qualis eſſe deſcribitur*, concil.
*q Occaſione, & appellatione ceſſante*, concil. *r* Sic etiam Raim. & Cont. adde *cap. XI.* ex concil.
*s Clerici, & infra*, Raimund. & Cont. omittunt vero hæc uſque ad illa, *Quicumque autem*: ſunt in concil.
*t* Adde *ſuas*, ex concil. *u Eas abiiciant*, unus Tarracon. *x* Vox *autem* neque in concil. eſt, neque in Gregorianis. *y* Sic etiam in concil. *igne dominus conſumpſit*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.
*z* Hæc vox in veteri Gregor. non eſt; eſt in concil. & apud Cont. & alios.
*aa* Hæc etiam in cod. vet. deſiderantur. *bb Detrudantur*, concil. & Raim. & Cont. & unus Tarrac. Poſt verba hujus capitis eſt in concil. & in uno Tarrac. & in Gregorianis: *Si laici, excommunicationi ſubdantur, & a cœtu fidelium fiant prorſus alieni*: quæ verba poſita ſunt in hac collect. cap. 8. de vita & honeſtate clericorum poſt eam partem ejuſdem capitis undecimi Lateranenſis concilii, qua de iis agitur, qui monaſteria ſacrarum virginum frequentant. Raimundus eadem verba bis poſuit, tam ſub tit. de vita & honeſt. clericor. quam ſub tit. de exceſſibus prælatorum. Poſt verba ſupra ſcripta eſt in conciliis: *Monaſteria præterea ſanctimonialium* &c. ut dicto cap. 8. *cc Alex. III.* Raim. & Cont. *Idem Cant. Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis*, in concil. d. parte 18. cap. 2. *dd Pars cap.* SICUT, Cont. & unus Tarrac. hæc Raim. omiſit. Integra clauſula exſtat in concil. & cap. 5. de cohabitatione clericor. & mulier. in hac collectione: *Sicut ad extirpanda vitia* &c.
*ee* Sic etiam in concil. vox *autem* omittitur a Raim. & Contio. *ff* Vox *ipſorum* ab eiſdem omittitur, eſt in concil. *gg* Sic etiam Raim. & Cont. *accipiant*, concil. *hh Si quæ habent*, concil. hæc omittunt Raim. & Cont. *ii* Vox *ſuas* Raimund. & Cont. omittunt, eſt in concil. *kk Eccleſiæ*, eſt in quibuſd. Gregor.
*ll* Sic etiam in concil. vox *forte*, in Gregor. non eſt. *mm* Sic etiam Raim. & Cont. *eorum* pro *eos*, eſt in concil. *nn Septem annorum*, additur in vet. Tarrac. alia manu: ſcholium id eſſe ſuſpicor.
*oo* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *pp Excommunionis*, unus Tarracon.
*qq* Sic etiam in concil. *compellere procuretis*, Raimund. & Contius aliis omiſſis.
*rr* Sic etiam in poſteriori concil. editione, *Lunden.* eſt in priori, quod non placet. *Ludun.* in uno Tarrac.
*ſſ Vigilem diligentiam*, concil. *& vigilem, & ſtudioſum animum debemus*, unus Tarrac. *vigilem, & ſtudioſum animum*, alter antiquior. *tt In acolytatus* Barcinon. & concil. & unus Tarracon.
*uu* Sic etiam in priori edit. concil. *uxores duxerint*, eſt in poſter. *xx Præſumant*, concil. & unus Tarr. olim.

UNED

rati, cum diviſi ſint [a], & eos (b) cogitare oporteat (c), quo modo uxoribus placere valeant, & ſervire obſequiis non ſolummodo poſſunt intendere divinis (d): ſ. t. per A. s. pr. m. qua. (e) prædictos viros eccleſias libere, & abſolute dimittere, ap. ces. compellas, & eas aliis perſonis idoneis in ſacris ordinibus conſtitutis concedas. Verum ſi qui eorum aliquod [f] in eiſdem eccleſiis ſimplex prius beneficium habuerunt [g], ipſum eis, excepto magiſterio [h] eccleſiarum, ſub diſſimulatione dimittere poteris.

## CAPUT III.

*Idem Herforden. Epiſcopo* [i].

c. 2. eod. t. SAne de clericis [k] inferiorum ordinum, qui in conjugio conſtituti diu eccleſiaſtica beneficia ex conceſſione prædeceſſorum tuorum habuerunt (l), a quibus ſine magno diſcrimine, ac effuſione ſanguinis non poſſunt privari: ſ. t. id duximus reſpondendum, ut quia (m) ibi natio, & gens barbara (n), & multitudo in cauſa eſt, eos ſub diſſimulatione ſuſtineas eccleſiaſtica beneficia tam diu habita poſſidere: proviſurus attentius, ne deinceps clericis conjugatis [o] eccleſiaſtica beneficia conferantur, ſed illorum aliqui [p] ad ſacros ordines, vel eccleſiarum adminiſtrationes non admittantur (q), niſi caſtitatem forte voverent (r), & perpetuo ſervarent (s), qui unicam (t) & virginem habuerint (u) uxorem.

## CAPUT IV.

*Idem Wigor. Epiſcopo* (x).

Non ponitur. d.p.18. c. 6. INter cetera ſollicitudini tuæ convenit ſtudioſe, ac diligenter attendere, ut tales in eccleſiis (y) tuæ gubernationi commiſſis miniſtros ordines, & præponas (z), qui & domum domini (aa) ſciant decenter diſponere, & populo Dei præeſſe poſſint (bb), & prodeſſe. Pervenit autem ad audientiam noſtram, quod quidam in tua diœceſi commorentur [cc], qui ſe eccleſiaſticæ profeſſionis eſſe fingentes (dd), cum tamen eccleſiaſtica beneficia habeant, matrimonia contrahant (ee), & adepta beneficia nihilominus obtinere contendunt. Alii autem, licet filii ſacerdotum (ff) exiſtant, patribus ſuis, quaſi hereditario jure ſuccedunt, & in his poſtmodum inſtituti, ad ſacros ordines, etiam minus (gg) licite promoventur. Quod quia indignum eſt, & ſacrorum canonum [hh] inſtitutionibus noſcitur penitus obviare: ſ. t. per A. s. m. qua. [ii] illos, qui infra ſubdiaconatum matrimonia contraxerunt (kk), ſuis ab uxoribus (ll) nulla ratione permittas divertere, niſi de communi conſenſu illi ad religionem tranſire voluerint, & ibi in Dei ſervitio jugiter commorari. Si autem cum uxoribus vixerint, eccleſiaſtica beneficia, quæ ad illos tantum, qui aſſidue in ſervitio Dei perſiſtunt (mm), ſpectare noſcuntur, non debent ullatenus obtinere. Illi vero, qui in ſubdiaconatu, vel ſupra ad matrimonia convolaverint (nn), mulieres poſſunt, & debent invitas, & renitentes relinquere, nec hujuſmodi conjunctio, matrimonium (oo), ſed conturbernium eſt potius nuncupandum.

## CAPUT V.

*Idem Verulano Epiſcopo* (pp).

QUod te cum inimicis tuis &c. (qq) De cetero, quia fraternitatis tuæ quærit induſtria, utrum clerici (rr) infra ſubdiacona- c. 3. eod. t.



tus

*a Et uxorati diviſi ſunt*, concil. verba Pauli ſunt ep. 1. cap. 7. ad Corinthios: *Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quo modo placeat uxori, & diviſus eſt. Et mulier innupta, & virgo, cogitat, quæ domini ſunt.* In Græcis libris puncta alia ratione collocantur: Ο δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. μεμέρισται ὁ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου. *Diviſa ſunt*, inquit, *hæc uxor, & virgo.* *b* Vox & in concil. non eſt. *c Oportet*, unus Tarrac.

*d Obſequiis ſolummodo divinis non poſſunt intendere*, concil. minus dure. *e Fraternitati tuæ* &c. *quatenus*, concil. *f Si qui illorum aliquando*, concil. *g Habuerint*, concil. *meruerunt*, vetus Tarracon.

*h Magiſtro*, concil. non recte, & vetus Tarracon. *i* Sic etiam vetus Gregor. *Herfor.* Cont. & alii. *Herefordem. Epiſcopo*, concil. d. parte 18. cap. 5. & vetus Tarrac. *Berforden.* alter Tarrac.

*k* Ante hæc verba eſt in concil. *Pars cap.* SUPER EO, QUOD QUÆSITUM EST. Integra clauſula exſtat ſub tit. de regularibus cap. 9. in hac collectione, & in concil. parte 21. cap. 2. Recte Cont. addidit, quæ omiſſa ſunt a Raim. ſunt autem etiam in concil. d. cap. 5. *l Noſtrorum habuerunt*, Cont. *noſtrorum habuere*, concil.

*m* Vox *ut* in uno Tarrac. non eſt. *n Barbarica gens*, concil. hæc uſque ad illa *proviſurus attentius*, Cont. omiſit, *provideas attentius*, Raim. & Cont. *o Clericus conjugatus ad eccleſiaſtica beneficia, vel ſacros ordines*, Raim. & Cont. ut editum eſt, in concil. *vel ad ſacros*, unus ex veteribus Gregor.

*p Sed nec (eorum) aliqui*, concil. *ſed &* pro *ſed* unus Tarrac. *q Vel ad eccleſiarum* &c. Barcinon. & unus Tarracon. *vel eccleſiarum adminiſtrationes admittantur*, concil. *aut adminiſtrationes eccleſiaſticas admittatur*, Raim. & Cont. *r Voverint*, concil. & unus Tarracon. *niſi forte caſtitatem voveret perpetuam*, Raim. & Cont.

*s Servent*, concil. omnia omittunt Raim. & Cont. *t Et qui unicam*, concil. & Raim. & unus Tarrac. licet vox *&* aliquando omiſſa fuiſſet. *u* Sic etiam in concil. *habuiſſet*, Raimund. & Cont. *habuerunt in uxorem*, unus Tarrac. *x Idem Vuigorn. Epiſcopo*, in concil. *y Tales eccleſiis*, Barcin. & concil. & unus Tarr.

*z Proponas*, concil. *aa Qui domui, domini*, concil. *Dei* pro *domini*, unus Tarrac.

*bb Domini ſciant præeſſe*, concil. vox *poſſint* olim in veteri Tarracon. non erat. *cc Commorantur*, concil.

*dd Fingunt*, vetus Tarr. olim. *ee Matrimonium contrahunt*, concil. *ff* Hæc erant ponenda cap. 3. de filiis presbyterorum hoc tit. eſt enim id hujus pars, ut notat Alanus: *etiam* pro *autem* eſt in uno Tarrac.

*gg Conſtituti minus*, concil. aliis omiſſis: vox *etiam* in uno Tarracon. non eſt.

*hh Sanctorum* pro *ſacrorum*, conc. *ii Fraternitati tuæ* &c. *quatenus* concil. *pr. m. qua.* vet. Tarrac.

*kk Matrimonium contraxerunt*, conc. *ll A ſuis uxoribus*, conc. *mm Qui in ſervitio Dei ſunt, & aſſidue perſiſtunt*, unus Tarrac. *nn Et ſupra ad matrimonium convolaverunt*, concil. *aut ſupra*, vetus Tarrac.

*oo Eſt matrimonium*, Barcin. ut editum eſt, in concil. eſt autem præclara ſententia, nuſquam apertius ante Alex. III. edita. *pp Vercellen. Epiſcopo*, unus ex vet. Gregor. *Werulan.* unus Tarrac.

*qq* Ante hæc verba eſt in concil. parte 50. cap. 7. *in eodem libro primo.* Oſtenditur eſſe hoc caput ſumptum ex lib. 1. regiſtri Alex. III. *Quod a te, & infra*, Raim. & Cont. Integra clauſula quærenda.

*rr* Sic etiam in concil. *Quod fraternitatis tuæ quærit induſtria, utrum clerici*, Cont. aliis omiſſis, quæ antea retuli-

tus [*a*] ordinem conſtituti, qui cum continere [*b*] carnis vitio devicti non valent (*c*), uxores accipiunt, eccleſiaſtico beneficio canonice debeant ſpoliari [*d*]. Id tuam volumus experientiam indubitata veritate tenere (*e*), quod cum ſimul (*f*) voluptatibus, & carnalibus deſideriis [*g*], ac divinis, & eccleſiaſticis obſequiis vacare (*h*) non valeant, ob immunditiam ſuam eccleſiaſticis ſacramentis indigni contractandis (*i*), & eccleſiaſticis proculdubio beneficiis ſint privandi (*k*). Sane ſi eccleſiis [*l*], quibus attitulati [*m*] fuerant, de poſſeſſionibus, aut aliis bonis ſuis (*n*), aliqua contuliſſe noſcuntur, cum ab earundem eccleſiarum miniſterio fuerint, & beneficio [*o*] ſequeſtrati, ad ipſos recta via dominium, ac proprietas (*p*) libere debet, & abſque ulla contradictione redire.

## CAPUT VI.

*Gregorius VIII. Abbati, & Archipresbytero Nonnatulan.* (*q*)

Non ponitur.

MEminimus vobis olim pro Pagano (*r*) clerico veſtro litteris Apoſtolicis (*s*) mandaviſſe, ut præbendam, quam ei ſubtraxeratis, ex occaſione matrimonii, quod cum quadam muliere contraxiſſe dicebatur, reſtituere deberetis, vos pro litteris noſtris illud facere non curaſtis, aſſerentes inde ſcandalum inter alios generari. Attendentes itaque, ne prædictus clericus beneficii eccleſiaſtici auxilio deſtitutus ad turpia, & ſæcularia lucra ſectanda redire cogatur; cum multi concubinarii, & adulteri de bonis eccleſiæ ſuſtententur, & in talibus ſit ordinibus conſtitutus, in quibus legitime conjugatum a beneficio eccleſiaſtico ſacri canones (*t*) non repellunt, diſcretionem veſtram rogamus attentius, ac per Ap. s. m. qua, ei beneficium percipiendum, unde ſuſtentari valeat (*u*), extra fratrum conſortia (*x*) conferatis.

## CAPUT VII.

*Item Clemens III.* (*y*)

Non ponitur.

QUerelam Gand. (*z*) acolythi nos accepiſſe noſcatis, ſicut prædeceſſor noſter Gregorius, qui ad vos propter eum bis ſcripſiſſe (*aa*) noſcitur, qui cum a * G. muliere peteretur in virum, inde ſumpta occaſione ipſum beneficio, quod a nobis habebat [*bb*], poſt appellationem ad Sedem Apoſtolicam factam (*cc*) minus rationabiliter ſpoliaſtis. Unde, quia omnibus injuſte gravatis patrocinium tenemur Apoſtolicum impertiri: d. v. ro. attentius, & per A. s. pr. m. qua, ſi rem ſic ſe habere conſtiterit, memorato clerico beneficium illud taliter ſubtractum abſque dilatione reddentes, ap. re. pacifice dimittatis, ita quod querelam ad nos non debeat iterare (*dd*), memorati Abbatis ſententia non obſtante, ſuper matrimonio lata, quominus beneficium debeat obtinere, niſi curam habeat animarum annexam (*ee*).

* *Gila*, Cui.

# TITULUS IV.

# DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS IN ECCLESIA PRÆBENDATA (*ff*).

## CAPUT I.

*Ex concilio Sardicenſi* (*gg*).

De cler. non reſid. c. 1.

NON liceat Epiſcopo (*hh*) de ſua civitate ad

voluimus: *utrum clerici*, Raim. *De eo, quod frat.* unus Tarracon. *a* Sic etiam Raim. & Cont. *qui*, additur in concil. *qui infra ſubd. in* pro *infra*, vetus Tarrac. non recte, niſi *ordine* pro *ordinem* ſcribas.

*b Quia continere*, concil. *qui continere*, Raim. *c Valeant*, Barcin. & vetus Tarracon. *uritia coacti non valeant*, concil. *devicti vitio non valentes*, Raim. & Cont. *d* Sic etiam Raim. & Cont. *ſpoliari poſſint beneficio canonice*, concil. *e Tenere indubitata veritate*, concil. *Id volumus te tenere*, Raim. brevius.

*f* Sic etiam Raim. & Cont. *cum ſint*, concil. non recte. *g* Sic etiam Raim. *dediti*, additur in concil.

*h* Hæc uſque ad vocem *ſacramentis*, in concil. deſiderantur: ſunt in Gregorianis.

*i Indigni tractandis*, Raim. & Cont. *contrectandis indigni*, concil. *indigne tractandis*, unus Tarrac.

*k Eccleſiaſticis ſunt proculdubio beneficiis privandi*, concil. *ſunt privandi*, Raim. cetera ut in concil.

*l* Sic etiam concil. & Raim. *ſi in eccleſiis*, Barcin. *m Intitulati*, Barcin. *attitulati*, concil. & Raim. neutrum Cicero dixit. *n* Sic etiam concil. *bonis antea*, Barcin. non male: *bonis*, vetus Gregor. altera voce omiſſa: ut editum eſt, Cont. & alii. *o Beneficioque*, vetus Gregor. ut editum eſt, concil. Cont. & alii.

*p Debent abſque contradictione redire*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *dominium, & proprietas illico debet abſque ulla contradictione redire*, concil. *eorumque dominium, ac proprietatem libere debent abſque ulla contradictione redire*, Barcin. non ſine mendo: *omne dominium, ac proprietatem libere debent, & abſque ulla contradictione redire*, vetus Tarracon. *eorum dominium* &c. ut edidimus, alter Tarrac. *q Notulanum*, vetus Tarrac. mendoſe. *Rovaculan.* alter. *r Pro Gand.* Barcin. ut cap. 7. *Pagand.* olim vetus Tarrac. mox *A.* ſed *G.* ſive *Gand.* cap. 7. eſt autem ejuſdem nomen, ut teſtatur vetus interpres notans Bernardum Papienſ. huic conſilium, & auxilium præſtitiſſe, ut has diſpenſationes obtineret. *s Litteras Apoſtolicas*, unus Tarrac. *t Sancti*, unus Tarr.

*u Debeat*, Tarrac. unus. *x Conſortium*, Barcin. & duo Tarracon. *y* Addi poſſet, *eiſdem Abbati, & Archipresbytero*, ſi de eadem perſona agatur. *z* C. duo Tarr. *aa* „ Unum habemus tantum reſcriptum ſupra „ cap. prox. “ Taner. *bb Habuerat*, duo Tarr. *quod a vobis habuerat*, Barcin. *co Imped.* addit unus Tarrac. non recte. *dd Querela* &c. *iterari*, unus Tarrac. *ee Animarum ante annexam*, Barcin.

*ff Præbendaria*, Barc. & duo Tarracon. *gg* Adde *cap.* 1. ex concil. & Burch. lib. 1. cap. 79. & Ivone parte 5. cap. 185. decreti. *hh* Ante hæc verba alia ſunt de eadem re conſcripta: *Oſius Epiſcopus dixit: Non minus mala conſuetudo, quam pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt*: ſic in concil. tam Dionyſio Exiguo, quam altero incerto interprete, & Burch. & Iv. Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως κορδούβης εἶπεν. οὐ τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων διαφθορὰ ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα. Tilius. *Oſius Epiſcopus dixit: Tam mala conſuetudo, quam ipſa rerum pernicioſa corruptela, * quæ * funditus eradicanda eſt.* Romanus liber; vox *quæ* tollenda eſt. *Oſius Epiſcopus dixit: Quanto magis mala conſuetudo nocentiſſima eſt rerum corruptione, ab ipſis fundamentis eradicanda eſt.* Veronen. liber; *Mala autem conſuetudo non minus, quam pernicioſa corruptela abjicienda, & vitanda eſt: quæ niſi citius radicitus evellatur, in privilegiorum jus ab impiis aſſumitur.* Nicol. Papa ad Igmarum Rhemenſ. apud Ivon. parte 4. cap. 203. decreti, & lib. 2. tit. 12. cap. 28. Panormiæ, & Grat. diſt. 8. cap. 3. In Græcis verbis dicitur Hoſium Cordubenſis urbis Epiſcopum dixiſſe. Notat Joann. Zonaras: Epiſcopos in ſynodo de aliquibus rebus dixiſſe ſententias ſuas, & ſi aliis placuiſſent, eas obtinuiſſe vim canonum, & decretorum. Primus igitur Hoſius Cordubæ Antiſtes de iis Epiſcopis, qui in alias

ex

ad aliam tranſire [*a*], manifeſta eſt enim cauſa, pro qua re hoc facere temptat (*b*), cum nullus in hac re inventus eſt Epiſcopus, qui de majori civitate ad minorem tranſiret (*c*).

T 2 CA-

ex aliis urbes migrarent, dixit: nam quamvis id eſſet Apoſtolicis regulis, & aliarum ſynodorum contrarium, adhuc fiebat: „ Proemium hujus ſententiæ, *inquit*, fuit “. Ὅτι πᾶσαν δεῖ φαύλην συνήθειαν ἀνατρέπειν. εἰ δὲ καὶ εἰς πραγμάτων εἴη διαφθοράν, ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελιῶν χρὴ αὐτὴν ἐκριζοῦν. διὰ τῆς ἐκριζώσεως καὶ τῶν θεμελιῶν τὴν παντελῆ καθαίρεσιν καὶ ἀνατροπὴν ἐνδεικνυμένου τοῦ λόγου. *Omnem*, inquit, *oportet pravam conſuetudinem immutare: quod ſi in rerum ipſarum corruptionem vertatur; ex ipſis fundamentis eradicanda eſt:* „ quibus verbis oſtenditur omnino eſſe tollendam “. Theodorus Balſamon adfert de eadem re Apoſt. can. 14. & Antiochen. 21. & 22. apud Burch. ſunt lib. 1. cap. 71. & 72. & Ivon. parte 5. cap. 178. & 179. decreti, apud Grat. 7. q. 1. cap. 25. & 9. q. 2. cap. 7. apud Martin. Brach. cap. 6. Mox addit Theodorus, Cordubenſem Epiſcopum ob miram ejus virtutem *Hoſium*, hoc eſt *Sanctum*, appellatum ita dicere cœpiſſe: Ὀφείλειν πᾶσαν φαύλην συνήθειαν ἐκριζοῦσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὴν ἀφορῶσαν εἰς πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν διαφοράν. ſcribendum διαφθοράν: *Oportere*, inquit, *omnem pravam conſuetudinem radicitus evelli, multo autem magis eam, quæ adferat eccleſiaſticis negotiis corruptionem.*

*a De civitate ſua tranſire ad aliam*, Raim. & Cont. *de civitate ſua ad aliam tranſire civitatem*, Roman. vox *ſua* aliquando in vet. Tarrac. non erat: *de civitate ſua*, alter Tarrac. Ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι, Tilius. *Ne cui liceat Epiſcopo de ſua civitate ad aliam tranſire civitatem*, concil. Burch. & Ivo. *Ut nulli Epiſcopo liceat de civitate ad aliam civitatem transferri*, Veronen. Græca verba a latinis diſcrepant. *Ut nemini Epiſcoporum liceat a parva urbe ad aliam transferri.* Ὁ παρὼν κανὼν τὰς μεταθέσεις τῶν ἐπισκόπων ὅλως οὐ συγχωρεῖ γίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ εἰ γένονται, αὐστηρῶς τοὺς μετατιθεμένους κολάζει, Alexius Ariſtenus: *Hic*, inquit, *canon mutationes Epiſcoporum nullo modo fieri permittit: ſed ſi fiant, aſpere migrantes coercet.* Ὁ δὲ κανὼν διορίζεται. μηδένα ἐπίσκοπον καταλιμπάνειν τὴν πόλιν ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη, καὶ μεταβαίνειν εἰς ἑτέραν. Zonaras: *Hic*, inquit, *canon decernit, nullum Epiſcopum derelinquere debere urbem, in qua conſecratus eſt, & in aliam venire.* ἐπήγαγε μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον οἱονδήτινα ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθίστασθαι. Balſam. *addidit*, inquit, *non licere quemquam Epiſcopum ex urbe in urbem transferri.* Ex ſupraſcriptis vox μικρᾶς in Tilii editione ſuſpecta redditur: ſed ex aliis Balſamonis verbis retinenda eſt. *b* Sic etiam Burch. & Ivo: vox *re* in Barcin. non eſt: *pro qua facere hoc attemptat*, Raim. & Cont. *qua hoc facere quis temptet*, Rom. *qua hoc facere temptant*, concil. *temptant*, vetus Tarrac. *facere hoc*, alter Tarrac. ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερὰ δι' ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται. Tilius: *Hujus enim cauſæ occaſio manifeſta eſt, per quam tales temptantur.* Veron. Φανερὰν γὰρ εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς μεταστάσεως, ἣν πλεονεξίαν ὀνομάζει καὶ ἀλαζονείαν. Zonar. *eſſe enim apertam*, inquit, *mutationis cauſam quam avaritiam, & ambitionem appellat. Et ſiquis diceret*, ait Balſamon, *ignoſcendum eſſe, cum aliquis id agat bona de cauſa, ut doceat, & inſtituat plebem ampliorem*; addidit, *Epiſcopos id auſos non juſta de cauſſa, ſed ob avaritiam, ſive ob ambitionem, & ut majori poteſtate utantur, atque plura lucrentur.*

*c* Sic etiam Ivo: *ſit* pro *eſt*, concil. & Burch. & Roman. vox *Epiſcopus* in Barcin. deſideratur; cetera, ut edita ſunt. *Epiſcopus inventus eſt*, unus Tarrac. οὐδεὶς γὰρ πώποτε εὑρεθῆναι ἐπισκόπων δεδύνηται, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν ἐσπούδασεν μεταστῆναι. Tilius: *Cum nullus ſit inventus Epiſcopus, qui ad minorem de majori civitate tranſiret*, Raim. & Cont. *Numquam enim poteſt Epiſcopus reperiri, qui de majore civitate ad minorem transferri ſtudeat.* Veron. Ἀνερεύνητόν ἐστιν, ἐπίσκοπον ἐκ μείζονος πόλεως εἰς μείονα πόλιν μετελθεῖν. Ariſten. in epitome: *Inventum*, inquit, *non eſt, Epiſcopum ex majore urbe in minorem transferri.* Καταλαβόντες γὰρ οἱ πατέρες ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὡς οὐδεὶς τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ πόλεως μείζονος εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν σπουδάζει μετατεθῆναι. Ariſten. in interpret. *Patres enim ex ipſa re cognoſcunt, cum Epiſcopus nullus ſit, qui ex majore urbe in minorem transferri ſtudeat.* Οὐ γάρ τις φησὶν εὑρέθη ποτὲ, ἐκ μείζονος πόλεως εἰς μικροτέραν μεταχωρήσας. Zonaras: *non enim*, inquit, *aliquis inventus eſt, qui ex majore urbe in minorem migraverit.* οὐδεὶς γάρ φησιν ἐπίσκοπος εὑρεθῇ ἀπὸ πόλεως μείζονος μεταβὰς εἰς ἐλαχιστοτέραν. Balſamon. *Nullus enim*, inquit, *Epiſcopus inventus eſt, a majore in minorem tranſire.* Poſt verba hujus capitis alia in concil. ſunt: *Unde apparet avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni ſervire, & ut dominationem agant*: ſic prior editio: *exerceant* pro *agant*, poſterior, & Rom. *& ut dominationes agant*, Burch. & Ivo: *ut dominationem agant*, Surius, & omiſſo in priori editione: *illos* pro *eos*, Rom. Ὅθεν συνέστηκεν διὰ πύρω πλεονεξίας τρόπω ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκεῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. Tilius: *Unde apparet appetitionis fragrante modo peruri hujuſmodi, & ſuperbiæ potius ſervire, ut videantur majorem poſſidere poteſtatem.* Veronen. Ὁ τοίνυν ἐκ ταπεινῆς ἐφ' ὑψηλοτέραν μεταπηδῶν, ὡς ἀλαζὼν καὶ πλεονέκτης ὑποβλεπόμενος, διὰ βίου παντὸς ἀκοινώνητος. Ariſten. in epitome: *migrans itaque ex humiliori*, inquit, *ad altiorem, ut ambitioſus, & cupidus ſuſpectus eſt, ideoque ſine communione ſemper vivat.* Ἀλλὰ ἀπὸ μικρᾶς πόλεως ἐπὶ ὑψηλοτέραν πόλιν ἐθέλει μεταπηδᾶν, δι' ἀλαζονείαν καὶ πλεονεξίαν, ὥρισαν τὸν τοιοῦτον &c. Ariſten. in interpret. *ſed ex parva urbe in altiorem migrare vult ob ambitionem, & avaritiam, decreverunt hunc* &c. Ἀλλ' ἐκ μικρᾶς καὶ ἀφανεστέρας εἰς μείζω καὶ ἐπιφανεστέραν, ὅπερ κατηγορεῖ τῶν τοῦτο ποιούντων ἀλαζονείαν καὶ πλεονεξίαν θελόντων μείζονος δράξασθαι ἐξουσίας. Zonar. *Sed ex parva*, inquit, *& ignobili ad majorem & nobiliorem urbem, quod accuſat id agentium ambitionem, & avaritiam, cum velint majori poteſtate fungi.* Hoc ipſum paullo ante idem Zonaras latius explicaverat: avaritiam eſſe, quod plus habere appeterent, ambitionem, quod elationem, & gloriam cuperent ob majorem urbem. Ὥστε ἐκ τούτου περιαιρεθῆναι τὴν ὑποψίαν τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς φιλοδοξίας. Balſam. *ut ex hoc*, inquit, *ſuſpicio creetur avaritiæ, atque ambitionis. Si omnibus placet, hujuſmodi pernicies ſævius, & auſterius vindicetur; ut nec laicam communionem habeat, qui talis eſt*, concil. priori editione, & Burch. pro *habeat*, in veteri Burch. eſt, *accipiat*, alias *habeat. Si ergo omnibus placet hujuſmodi pernicies auſterius vindicetur, nec laicam communionem habeat qui talis eſt*, Dionys. ſeverius, & auſterius judicetur. Ivo: cetera, ut prior. *Si omnibus hoc placet, ut hujuſmodi pernicies ſæviſſime, & auſterius vindicetur, ita ut nec laicam* &c. ut prior. Rom. Εἰ πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι. ἡγοῦμαι γὰρ μὴ δὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς χρῆναι

κοι-

UNED

## CAPUT II.

† *Ex geſtis Romanor. Pontificum.*

c. 2. eod. t. LEO III. natione Romanus (*a*) conſilio Lotharii, & Lodoyci (*b*) Imperatorum ſanctam, & venerandam lxvii. Epiſcoporum in eccleſia beati Petri ſynodum congregavit. In hac ſynodo (*c*) Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli beati Marcelli (*d*) ab omnibus canonice eſt depoſitus, eo quod parochiam ſuam per annos quinque contra canonum inſtituta (*e*) deſeruit, & in alienis uſque hodie demoratur.

## CAPUT III.

*Ex concilio Lateran.* [*f*].

c. 3. eod. t. QUia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, & diverſas dignitates (*g*) eccleſiaſticas, & plures (*h*) eccleſias parochiales contra ſacrorum (*i*) canonum inſtituta accipere nituntur (*k*), ut cum unum [*l*] officium vix implere [*m*] ſufficiant, ſtipendia ſibi vindicent plurimorum, ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus. Cum igitur, vel eccleſia (*n*), vel eccleſiaſticum miniſterium [*o*] committi debuerit (*p*), talis ad hoc quæratur perſona, quæ reſidere in loco, & curam ejus per ſe ipſam (*q*) valeat exercere: quod ſi aliter actum fuerit [*r*], & qui receperit (*s*), quod contra ſacros canones acceperit (*t*), amittat, & qui dederit, largiendi poteſtate punietur.

## CAPUT IV.

*Alexander III. Eboracen. Archiepiſcopo* [*u*], *pars c. In emi.* (*x*).

RElatum eſt nobis ex parte tua (*y*), quod cum in Lateranen. [*z*] concilio ſit conſtitutum (*aa*), ut perſonæ tali eccleſia, vel beneficium eccleſiaſticum conferatur, quæ reſide- c. 4. eod.

κοινωνίαν. Tilius: *Si igitur omnibus hoc placet de talibus evitare, ſeverius vindicari, exiſtimo nec laicorum oportere tales habere communionem.* Veron. ὥρισται τὸ τοιοῦτον μὴ δὲ λαϊκὸν κοινωνίαν ἔχειν. ἀλλὰ σαὶ τῷ καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφορισμένον εἶναι. Ariſten. *Decreverunt*, inquit, *hunc ne laicam quidem habere communionem: ſed una cum depoſitione extra communionem eſſe. Poſtea quam*, inquit Zonaras, *hanc ſententiam in concilio dixerat Hoſius, rogavit Epiſcopos*, Εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην κακίαν. εἶτα καὶ τὸ ἐπιτίμιον ἐπήγαγεν εἰπών. ὅτι ἐπίπτειν χρὴ τοῦτον τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως. ὥστε μηδὲ ὡς λαϊκὸν ἔχειν τοῦτον μετὰ τῆς πιστῶν κοινωνίαν, hoc eſt: AN OMNIBUS PLACET ASPERIUS HOC CRIMEN VINDICARI? *mox addidit pœnam: ut is a communione fidelium excideret: ita ut ne laica quidem cum ceteris Chriſtianis communione uteretur.* Τοίνυν καὶ ἠρώτησε τὴν σύνοδον. εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τοιαύτην τόλμαν, δηλονότι μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι τὸν τοιοῦτό τι ποιήσαντα, ἀλλ' ἐκπίπτειν καὶ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, καὶ μὴ δ' ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν μετ' αὐτῶν. Balſamon. *Denique etiam ſynodum interrogavit: placeret ne omnibus aſperius hanc audaciam vindicari: ſcilicet, ut non ſolum deponeretur, qui id egerit, ſed ut exſcinderetur ex fidelium cœtu, & ne ut laicus quidem cum aliis communicaret.*

Poſtremo additur in Latinis libris. *Reſponderunt univerſi*, PLACET, ſic prior editio concil. Burch. Ivo, & Rom. *Univerſi dixerunt*, *Placet*, ſic Dionyſ. *omnes Epiſcopi dixerunt*, *Placet*, Veron. Πρὸς ὃ οἱ τῆς συνόδου ἀπεκρίναντο, ὅτι πᾶσιν ἀρέσκει. Zonaras: *Cui ſynodus reſpondit, omnibus placere*, ſic etiam Balſamon. Hæc Græca verba in Tiliana editione deſiderantur, & in veteri libro, ſupra, non εἰ πᾶσι, ſed ſine εἰ. eſt πᾶσι, quaſi ab omnibus illa dicta ſint: quod cum Ariſteni verbis conſentire videtur, aliis repugnare. Ad extremum Balſam. obiicit. Nicææ conſtitutum cap. 15. non eſſe deponendum, ſed reſtituendum eum Epiſcopum adiicit ſextæ ſynodi cap. 20. ſed aliud eſſe ait vagari, aut in aliena diœceſi quid agere, aliud mutare ſedem, additque cap. 13. Antiochenum: quod eſt apud Grat. 9. q. 2. cap. 6. & Burch. lib. 1. cap. 108. Ivo parte 5. cap. 210. decreti, Martin. Brachar. cap. 7. eſt autem d. cap. 15. Nicæn. apud Grat. 7. q. 1. cap. 19. apud Burch. lib. 2. cap. 97. Ivo parte 6. cap. 174. Tribunienſ. ſynod. cap. 28. Poſtremo addit Balſ. non quia vetatur Epiſcopus ex parva urbe in magnam migrare, licere ex magnis in minores transferri: eadem enim eſt de omnibus conſtitutio.

*a* Tam in prima hac collectione, quam in Gregoriana, in omnibus libris hæc verba præpoſtere ſcripta ſunt, neque Ant. Contius, qui addidit hoc loco a Raimundo prætermiſſa, felicius hæc edidit: nos tantum aſteriſci notam addi permiſimus, ut attente hæc legerentur a nobis immutata. Pro *Leo III.* in Gregorianis eſt *Leo IV.* quod malo: neque verum eſt, quod Cont. in marg. adſcripſit, in omnibus veteribus eſſe III. habeo enim Gregorianum vetus volumen, in quo eſt, *Leo quartus*: hiſtorici autem hæc confirmant, qui mortem Leonis tertii fuiſſe ſcripſerunt an. Chriſti DCCCXVI. quo tempore neque Lotharius Imperator eſſe potuit neque Ludovicus, quorum nomina hic referuntur. *b Ludovici*, Cont. aptius: quidam *HLodovicum* ſcribunt contemptis grammaticorum ferulis. *c In* (*qua*) *ſynodo*, Cont. *In ſynodo*, Raimund.

*d Marci*, unus ex veter. Gregor. alii, ut editum eſt. *e Statuta*, idem vetus Gregor. ſolus.

*f* Sic Raim. & Cont. adde *cap.* 13. ex concil. quod eſt *cap.* 12. apud Gul. Neubrigen. in hiſtoria Anglica: intelligendum autem eſt Lateran. ſub Alex. III. quotiens aliud non dicitur.

*g* Sic etiam Gul. & refertur ab Innocent. 3. cap. 2. de inſtitutionibus in tertia collectione: vox *&* in Gregorianis deſideratur, & in concilio generali ſub eod. Innocentio cap. 29. ex quo eſt ſub tit. de præbend. cap. 28. in Gregor. *dignitates*, concil. aliis omiſſis; *& dignitates diverſas*, unus Tarracon.

*h* Sic omnes præter concil. gener. in quo eſt, *vel plures*, non male. *i Sanctorum*, Gul. ſolus.

*k Adquirere nituntur*, Barcin. *nituntur adquirere*, concil. & Gul. & coll. 3. *nituntur accipere*, Raim. & Cont.

*l* Sic etiam coll. 3. & Raim. *ita ut cum unum*, concil. & Gul. *m Adimplere*, unus Tarrac.

*n* Sic etiam Gul. & vetus Gregor. *Cum ergo vel eccleſia*, collect. 3. *Cum igitur eccleſia*, concil. & Cont. & alii: *vel*, in duobus Tarracon. non fuit: in altero, *vel eccleſia*, deſiderabatur.

*o Beneficium*, unus Tarr. *p Debuerint*, vetus Tarrac. *alicui committi debuerit*, alter Tarrac.

*q* Sic collect. 3. & Gregor. *ſe ipſum*, concil. & Gul. & unus ex veter. Gregor. *ſe*, cap. 4. hujus tit.

*r* Sic etiam Gul. & Raim. *fuerit actum*, concil. *factum fuerit*, coll. 3. *s* Sic omnes præter Barcin. in quo eſt, *recepit*. *t Accepit*, ceteri præter Barcin. *receperit*, Gul. & unus ex veter. Gregor.

*u* Sic etiam Raim. & Cont. *R. Eboracenſ. Archiepiſcopo*, in concil. parte 15. cap. 1. tit. de jure patronatus, & clericorum inſtitutionibus. *x P. cap.* IN EMINENTI, Cont. hæc Raim. omiſit, & concil. integra clauſula quærenda ſupra de appell. cap. 40. in hac collectione. *y* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*z* Sic etiam Raim. *Laterano*, conc. *aa Sit ſtatutum*, concil. & vetus Gregor. *ſtatutum ſit*, Cont. & alii.

ſidere (*a*) in loco, & curam ejus per ſe valeat exercere; nonnulli [*b*] ad eccleſias præſentati ſe poſſe reſidere affirmant [*c*], & curam habere (*d*) eccleſiæ, vel eccleſiaſtici [*e*] beneficii profiteantur, id tamen efficere (*f*) contradicunt, ideo conſulere voluiſti [*g*], an propter hoc tales poſſis præſentatos (*h*) repellere, vel inſtitutos (*i*) ſub. ap. ob. (*k*) removere. Tuæ igitur [*l*] prudentiæ innoteſcat, quod cum verba (*m*) accipienda ſint cum effectu, tales ſi præſentati fuerint, non admitti [*n*], & admiſſi ſi inſtituti fuerint (*o*), ſecure poterunt (*p*) amoveri, niſi forte de licentia prælatorum ſuorum (*q*) vel ſtudio litterarum, vel pro aliis honeſtis cauſis [*r*] contigerit eos abeſſe: nec patrocinari debet eis ap. diffu. (*s*) ſi contra jus, & intentionem decreti (*t*) fuerit interjectum.

## TITULUS V.
## DE PRÆBENDIS.
### CAPUT I.

*Ex concilio Pictavienſi, pars c. Decrevit* (*u*).

De præb. c. 1.

UT nullus de clero, ſive de populo (*x*) eccleſiaſtica bona jure conſanguinitatis requirat ſibi habenda.

### CAPUT II.

*In corp. canon. p. V. ex novellis* (*y*).

c. 2. eod. t.

NON liceat ulli Epiſcopo clericos ordinare (*z*), & nullas eis alimonias præſtare [*aa*]; ſed horum alterum eligat [*bb*], vel non [*cc*] faciat clericos, vel ſi fecerit, det eis (*dd*), unde vivere poſſint.

### CAPUT III.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono* (*ee*).

RAtio nulla permittit, ut propriis cujuſquam (*ff*) uſibus applicetur, quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur. cap. 3. eod.

### CAPUT IV.

*Alexander III.*

DE cetero, quia dignum eſt [*gg*], & conveniens, ut eccleſiæ tuæ canonici, donec circa te in tuo ſervitio morantur, communitatis portionem recipiant, præſenti ſcripto ſtatuimus, ne canonicis tuis (*hh*), donec in ſervitio tuo fuerint, quidquam ſubtrahi, vel auferri debeat, quod ſibi de beneficio communitatis debetur, niſi forte victualia ſint, quæ non conſueverunt (*ii*) abſentibus exhiberi. De clericis non reſid. c. 7.

### CAPUT V.

*Ex concilio Lateranen.* [*kk*]

EPiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconem, vel presbyterum ordinavit (*ll*), tamdiu ei neceſſaria ſubminiſtret, donec in aliqua eccleſia, ei convenientia (*mm*) ſtipendia militiæ cle- De præb. c. 4.

*a* Sic etiam in d. concil. Later. cap. 13. ut diximus cap. 3. & apud Raim. & Cont. *quæ reſideat*, d. cap. 1. partis 15. *b* Sic etiam Raim. *nonnulli autem*, concil. *c* Sic etiam concil. *hoc ſe poſſe affirmant*, Raim. & Cont. *d* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *e Et* pro *vel* concil. quod non æque placet.

*f* Sic etiam in concil. *ſed efficere*, Raim. & Cont. *g Et ideo*, unus Tarrac. Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa. *Ideo conſulere nos voluiſti*, concil. *Ideo nos conſulere voluiſti*, Cont.

*h* Sic etiam Cont. hæc vox in concil. deſideratur. *i Et* pro *vel* unus Tarrac.

*k Sine appellatione*, concil. *appe. ſub.* Cont. *l* Sic etiam Cont. *Tuæ itaque*, concil.

*m* Sic etiam conc. & Cont. *Cum igitur verba*, Raim. *n* Sic etiam vet. Greg. *non debent admitti*, Cont. & alii: hæc non ſunt in concil. *o Et admiſſi*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: et in concil. omnia deſiderantur. *Et ſi fuerint admiſſi, & inſtituti*, unus Tarrac. *p Licite poterunt*, concil. & Barcin. *poterunt* Raimund. & Cont. altera voce omiſſa. *q* Sic etiam Raimund. vox *ſuorum* in concil. non eſt.

*r Vel aliis cauſis honeſtis*, unus Tarrac. *s Appellationis diffugium*, duo Tarracon.

*t Contra decreti intentionem*, concil. *contra hujuſmodi intentionem decreti*, Raimund. & Cont. *contra intentionem decreti*, unus Tarrac. Poſt verba hujus capitis eſt in concil. *Quia autem conſulis, ſi clericus* &c. ut infra ſub tit. de jure patronatus cap. 7. *u* Sic cap. 2. de cohab. cleric. in hac collect. hæc omittunt Raim. & Cont. Integra clauſula, & ipſum Pictavienſ. conc. quæſito egent. *x De*, Raim. omiſit: eſt tamen in uno ex vet. Gregor. *y* Sic tres Tarrac. *In corpore canonum* Raim. *ex conſtitutionibus novellis*, Cont. in marg. *p. II.* pro *p. V.* eſt in Romano quodam libro, *forte parte V. ſive parte ſecunda.* Alibi docuimus hæc eſſe Juliani Anteceſſoris Conſtantinop. verba Novella tertia capite ſecundo Juſtiniani Imperatoris.

*z Non liceat Epiſcopo ulli quidem clericos deſtinare, vel creare*, Barcin. *ordinare clericos*, Raim. & Cont. cetera ut edita ſunt. *Nulli liceat Epiſcopo* &c. unus Tarracon. *clericos quidem deſtinare, vel creare* „ ideſt “ *ordinare*, alter Tarrac. antiquior, in quo duo ultima verba olim non erant. *Nec liceat ulli clericos quidem deſtinare, vel creare*, Julian. vox *ulli* in quibuſdam Juliani libris deſideratur. Θ'δὲ γὰρ ἐκεῖνο ἀνεξόμεθα παντάπασι γενέσθαι τὸ φάσκον, ὡς ἄδειαν ἔσται τὸ χειροτονεῖν μέν. Juſtinian. *Neque enim*, inquit, *illud patimur omnino fieri, quod ajunt, ut liceat quidem ordinare.* *aa* Sic etiam Raim. *nullas autem eis* &c. Barcin. & unus Tarr. & Julian. Θ' μὴν ἐπιδιδόναι τροφάς. Juſtin. *alimenta vero non præbere. Alimonias eis*, alter Tarrac.

*bb Duorum* pro *horum*, Julian. Barcin. & duo Tarrac. & Raim. vox *eligat* in Barcin. deſideratur. Græca verba non habemus his paria: a ſententia tamen Julianus non diſceſſit: *ſed faciat duorum alterum*, unus Tarrac.

*cc* Sic Julian. *ut non*, vetus Greg. *vel non*, Cont. & alii. *dd* Sic etiam Julian. *det illis*, Raim. & Cont.

*ee* Sic etiam Raim. & Cont. & Grat. ſive Palea Gratiani diſcipulus 17. q. 4. cap. 2. & in regiſtro B. Gregor. lib. 11. epiſt. 29. ſive 31. cap. 31. indict. 6. ſed in veteri regiſtro cap. 33. poſt eadem verba additur *Campaniæ*, ex quo capite ſumitur cap. 2. diſt. 84. & in ipſa epiſtola mentio fit Campaniæ Epiſcoporum: ſic etiam in eodem regiſtro veteri inſcribitur epiſt. 27. ſive 29. cap. 29. ejuſdem lib. & apud Grat. cap. 1. ejuſd. diſt. 84. ut editum eſt, Anſelm. Lucenſ. lib. 5. cap. 38. Addi autem debuit, *Pars e.* PERVENIT AD NOS. Integra clauſula hæc eſt: *Pervenit ad nos Benenatum quendam Meſſenatem Epiſcopum pro conſtruendo illic caſtro ſolidos accepiſſe: & quia pars eorum ſolidorum apud eum dicitur remanſiſſe*, &c. vox *Meſſenatem* mihi ſuſpecta eſt: forte a Miſeno *Miſenatem* ſcribendum. *ff* Sic etiam regiſtr. & Anſelm. & Grat. *cujuſque* pro *cujuſquam*, unus Tarr. *ut quod pro communi utilitate datum eſſe cognoſcitur, propriis cujuſquam uſibus applicetur*, Raim. & Cont. mutationis cauſam nullam video. Ex ſupraſcriptis regiſtri verbis apparet nihil Gregorii litteras ad hunc titulum pertinere, ſed quæ decerpta ſunt, potuerunt ſub tit. de regulis juris collocari; in uno veteri Grat. libro eſt, *dinoſcitur*, pro *agnoſcitur*. *gg De cetero & infra*, Raimund. & Contius.

*hh* Vox *tuis* a Raim. & Contio eſt omiſſa. *ii* Sic etiam Raim. & Cont. *conſueverint*, Barcin.

*kk Alex. III. in conc. Lateran.* Raim. addidit Contius *capite quinto*: quæ ex libris concil. confirmantur.

*ll Ordinaverit*, concil. & Raimund. & unus Tarrac. *mm Sibi* pro *ei*, unus ex veter. Gregor.

clericalis (a) aſſignet, niſi talis forte, qui ordinatur, extiterit (b), qui de ſua, vel paterna hereditate (c), ſubſidium vitæ poſſit habere.

CAPUT VI.

*Ex eodem (d).*

c. 5. eod. t. QUia in tantum jam quorumdam [e] proceſſit ambitio, ut non duas, vel tres, ſed vi. aut plures eccleſias (f) perhibeantur habere, cum nec duabus (g) poſſint debitam proviſionem impendere, per fratres, & per (h) coepiſcopos noſtros hæc emendari (i) præcipimus, & de multitudine (k) canonibus inimica, quæ diſſolutionis materiam, & vagationis (l) inducit, & certum (m) continet periculum animarum, eorum, qui eccleſiis deſervire valeant [n], indigentiam ſublevari [o].

CAPUT VII.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo (p).*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 30. c. 1. RElatum eſt auribus noſtris, quod Nicolaus Archidiaconus de Bedeford. (q) canonicus Belvacenſis [r] eccleſiæ, ita integre, & plenarie canonicam jam dictæ eccleſiæ requirit præbendam, ſicut & illi, qui die, noctuque ſatagunt eidem eccleſiæ deſervire: ſuper hoc etiam litteras noſtras ſe habere proponit, quia tamen (s) hoc indignum, & abſurdum eſt, niſi de conſuetudine prædictæ eccleſiæ (t) hoc poſſit requirere [u], f. t. per A. s. pr. m. qua. (x) eundem Archidiaconum diligenter commoneas (y), quod occaſione litterarum noſtrarum communia prælibatæ eccleſiæ, nulla ratione (z) contra conſuetudinem ipſius eccleſiæ, & inſtitutionem requirere audeat (aa), niſi eidem eccleſiæ in propria perſona aſſidue, vel per medietatem anni (bb) voluerit deſervire.

CAPUT VIII.

*Idem [cc].*

CUM teneamur ex debito [dd] ſuſcepti regiminis proviſioni clericorum intendere, cap. 6. eod. tibi, & aliis eccleſiarum prælatis (ee), pro eis ſcripta noſtra dirigimus, & interdum (ff) etiam ſuper illorum proviſione, qui aliud (gg) ſufficiens beneficium habere noſcuntur, verum etiam (hh) aliquando ignoramus eos habere aliud beneficium [ii], pro quibus tibi, & aliis eccleſiarum prælatis ſcribimus: ſi preces, & mandatum (kk) noſtrum pro aliquo recepiſti (ll), vel aliquando recipies [mm], qui aliud beneficium habeat, de quo valeat [nn] commode ſuſtentari, niſi forte in litteris ipſis de alio beneficio, quod habeat (oo), mentio habeatur, aut ſi non poteſt ſine ſcandalo ei provideri (pp), æquanimiter ſuſtinebimus (qq), ſi pro eo preces, & mandatum (rr) noſtrum non duxeris exequendum.

CAPUT IX.

*Idem.*

REferente nobis I. presbytero latore præ- cap. 7. eod. ſentium (ſſ) accepimus, quod cum duas eccle-

*a* Sic etiam Raimund. & Contius: *militiæ clericali*, concil. & Barcinon.

*b* *Niſi forte talis*, &c. concil. *niſi talis ordinatus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*c* Sic etiam in concil. vox *qui* non eſt in veteribus Gregor. *de ſua paterna hereditate*, (*vel alia honeſtatis cauſa*) Cont. non recte: ex veteri quodam Later. concil. *de ſua paterna hereditate*, alii non ſine mendo: *honeſta* pro *honeſtatis*, ſcribi debuit apud Cont. *d* *Idem in eodem*, Raim. *cap.* 13. addit Cont. ego 14. ex concil. *pars capitis* 12. „ quod in conciliis eſt 13. " Gul. Neubrigen. *e* Sic etiam concil. *Et quia* &c. Gul. *Quia jam ita quorumdam*, Barc. *Quia in tantum quorundam*, Raimund. & Cont. *f* Sic etiam in concil. vox *eccleſias* a Gul. eſt omiſſa; *ſed plures eccleſias*, Raim. & Cont. *ſed ſex*, unus Tarrac. *g* Sic etiam Gul. & Raimund. & Cont. vox *cum* in concil. deſideratur, & in uno Tarrac. *h* Vox *per* in uno Tarrac. non eſt.

*i* *Hoc* pro *hæc*, Gul. & Raimund. & duo Tarracon. *cariſſimos emendari*, concil.

*k* Sic etiam concil. & Gul. & veteres Gregor. *præbendar.* addunt Contius & alii.

*l* Sic concil. & Gul. *evagationis*, Raim. & Cont. *vagationis*, olim vet. Tarr. mox *vagationem*.

*m* Sic etiam conc. & Gul. *certumque*, Raimund. *n* Sic etiam Raimund. & Cont. *qui in eccleſiis* &c. Gul. *qui eccleſiis digne valeant deſervire*, concil. *o* Sic etiam Gul. & veteres Gregor. *indigentiam volumus ſublevari*, Cont. & alii: *volumus eccleſiaſticis beneficiis indigentiam ſublevari*, concil. non ſine mendo: *volumus indigentiam ſublevari*, vetus Tarrac. in quo verbum *volumus* olim non erat: *ſublevari* olim, in altero Tarrac. mox *ſublevare.* Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *Præterea quia in tantum* &c. ut ſub tit. de jure patronatus cap. 5. in hac collectione. *p* *Alex. III.* pro *Idem* in concil. cap. 1. parte 30. tit. Uni plura beneficia eccleſiaſtica non committenda; nec unum inter plures dividendum: & de in beneficio ſibi adſignato non reſidentibus.

*q* *De Bedes*, Barcin. *de Bedis* concil. *de Bedefort*, vetus Tarracon. *de Bedeforund*, alter.

*r* *Beverlacenſis*, Barcin. *Bevianevſis*, concil. *Benerlamenſis*, olim vet. Tarrac. poſteà *Benlamenſis. Benlacenſis*, alter Tarrac. *s* *Quia vero*, Barcin. & concil. *quod tamen*, vetus Tarrac. *quia tamen*, olim.

*t* *Præſcriptæ eccleſiæ*, concil. *u* *Inquirere*, concil. non optime: *habere*, Barcin. non male.

*x* *Fraternitati tuæ*, &c. *quatenus*, concil. *y* Sic etiam in concil. *commoneatis*, Barcin.

*z* Hæc in Barcin. non ſunt; ſunt in concil. *aa* Sic etiam in concil. *non audeat*, Barcin.

*bb* *Unius anni*, conc. *cc* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem London. Epiſcopo*, d. parte 30. cap. 2. *Lundenſi*, prior editio concil. *dd* Recte Contius addidit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil.

*ee* Sic etiam Cont. *eccleſiaſticis prælatis*, concil. *ff* Sic etiam in concil. & in Barcin. & apud Cont. deſideratur. *gg* *Qui aliquod*, in conc. *qui aliud*, Cont. *hh* *Dum etiam*, concil. *verum* Cont. altera voce omiſſa.

*ii* Sic etiam Cont. *aliquod* pro *aliud* conc. *kk* Sic etiam concil. *Unde ſi preces*, &c. Barcin. *Si mandatum*, Raimund. & Cont. *ll* *Recepiſti pro aliquo*, concil. *ſuper proviſione receperis*, vetus Gregor. olim, mox *ſuper proviſione alicujus receperis*: *pro alicujus proviſione receperis*, Cont. & alii. *mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc. *nn* Sic etiam Raim. *habet de quo valet*, Cont. & alii: *habeant*, *de quo valeant*, duo Tarracon.

*oo* *Habet*, concil. & duo Tarracon. *de hoc*, Raimund. & Contius aliis omiſſis.

*pp* *Providere*, Barcin. & duo Tarrac. *aut ſi non potes ei ſine ſcandalo providere*, veteres Gregor. *aut ſi nunc potes ei ſine ſcandalo providere*, concil. ut editum eſt, Cont. & alii: *potes* pro *poteſt* unus Tarrac.

*qq* Sic etiam in conc. & in uno ex veter. Gregor. *ſuſtinemus*, Raim. & Cont. & unus Tarracon.

*rr* Sic etiam conc. *mandatum*, Raim. aliis omiſſis. Veteres Pontifices prius precibus utebantur, quam mandatis.

*ſſ* *Deferente I. Nob. presbytero latore præſentium*, d. parte 30. cap. 3. non recte. *Referente I. presbytero*, Raim. & Cont.

eccleſias haberet, Archidiaconus tuus (*a*) ipſum altera illarum ſpoliaverit (*b*), & eam [*c*] cuidam presbytero G. nomine (*d*) aſſignavit [*e*], prædictus autem I. ſentiens ſe in hac parte gravari (*f*), ad fratrem noſtrum Kariſſimum [*g*] Rem. Archiepiſcopum [*h*] appellavit. Cumque idem I. (*i*) de mandato ejuſdem (*k*) Archiepiſcopi in præſcripta eccleſia (*l*) reſtitutus [*m*] fuiſſet, memoratus G. ad noſtram audientiam appellavit (*n*): poſtea vero præfatus Archidiaconus (*o*) eundem I. eo quod (*p*) ad præſentiam ſuam vocatus, ut alteram (*q*) de prædictis eccleſiis prænominato G. concederet, venire contempſit, vinculo excommunicationis adſtrinxit; nos autem (*r*) a ſententia, qua tenebatur, facientes abſolvi [*s*], eundem ad te duximus remittendum (*t*). Quo circa mandamus (*u*), quatenus partibus ante (*x*) præſentiam tuam convocatis, præſcripto I. una de præfatis eccleſiis [*y*], quam voluerit [*z*], cum pertinentiis ſuis (*aa*) relicta (*bb*), alteram præfato Waltero (*cc*), ſi eccleſiam non habeat (*dd*), non differas aſſignare, ſi vero aliam habet eccleſiam (*ee*), ipſam alteri [*ff*] perſonæ idoneæ beneficio eccleſiaſtico carenti incunctanter aſſignes.

## CAPUT X.

*Idem in concilio Turonen.* (*gg*)

8. eod. MAjoribus eccleſiæ beneficiis (*hh*) in ſua integritate permanentibus (*ii*), indecorum nimis videtur [*kk*], ſi minores clericorum (*ll*) præbendæ patiantur ſectionem (*mm*). Idcirco, ut ſicut [*nn*] in maximis [*oo*], ita quoque in minimis membris ſuis, firmam eccleſia habeat unitatem (*pp*), diviſionem præbendarum, aut dignitatum (*qq*) permutationem fieri prohibemus.

## CAPUT XI.

*Idem Cant. Archiepiſcopo.*

RElatum eſt auribus noſtris (*rr*), quod cum c. 9. eod.
dilectus filius noſter magiſter Ja. (*ſſ*) in eccleſia tua per te canonice ſit inſtitutus, & in choro, capitulo (*tt*), & aliis [*uu*], quorum communis eſt uſus, plenam ſicut canonicus habeat poteſtatem, nondum præbendam ſibi juxta promiſſionem tuam aſſignare (*xx*) curaſti, licet poſt promiſſum tuum plures præbendæ in ipſa eccleſia vacaſſe dicantur [*yy*]. Quoniam igitur dignum eſt, & omnimodis conſentaneum rationi (*zz*), ut poſtquam canonicus (*aaa*) eſt inſtitutus, & a te habuerit [*bbb*] in promiſſis de conferenda ſibi prima præbenda, cum in eccleſia tua (*ccc*) vacaret, ut debeat (*ddd*) præbendæ integritate gaudere, præſertim [*eee*], cum, ſicut nobis proponitur, litteratus ſit, & diſcretus (*fff*): f. t. per A. s. pr. m. qua. ſi idem Ja. [*ggg*] in eccleſia tua eſt canonicus [*hhh*] inſtitutus, & in choro, capitulo,

*a* Sic etiam in concil. *ſuus* vetus Gregor. *tuus*, Cont. & alii. *b Spoliavit*, concil. & duo Tarrac. *altera ſpoliavit*, Raim. *c* Vox *eam* a Raim. eſt omiſſa: eſt in concil. *d N.* pro *G.* concil. *S.* Cont. ut editum eſt, Raim. *Walterus* poſtea appellatur: forte *Gualterus* ſcribendum. *G. canonice*, Barcin.

*e* Sic etiam concil. *eandem*, addit Raim. *f Gravatum*, vetus Tarracon. *prægravari*, alter Tarrac.

*g Ad venerabilem fratrem noſtrum*, concil. *ad metropolitanum videlicet*, Raim. & Cont. vox *Kariſſ.* in Barcin. non eſt. *h* Sic etiam vet. Greg. *Remen. Archiepiſcopum*, Cont. & alii. *Treveren. Archiepiſcopum*, conc. & in marg. *Rhemen.* *i* Sic etiam in concil. *Cum*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Cumque*, Cont. & alii.

*k Ipſius*, unus ex veter. Gregor. *l In ſcriptam eccleſiam*, Barcin. *in prædicta eccleſia*, Raim. & Cont. *in præſcriptam eccleſiam*, concil. & unus Tarracon. aptius. *m Conſtitutus*, unus Tarracon.

*n* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *o Poſtea vero prædictus Archiepiſcopus*, concil. *præfatus Archid.* Raimund. aliis omiſſis. *p* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *pro eo quod*, Cont. & alii.

*q* Hæc uſque ad verbum *venire* omittunt Raimund. & Contius, ſunt in concil.

*r* Sic etiam in concil. *ipſum*, addit Raimund. *ipſum Jo.* unus ex veteribus Gregor.

*s* Sic etiam Raim. & Cont. *facientes eum abſolvi*, concil. *t Eundem duximus tibi remittendum*, concil. omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *u* Sic etiam in concil. *tibi mandamus*, Raim. aliis omiſſis.

*x* Hæc uſque ad illa *præſcripto I.* omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*y Præſcriptis* pro *præfatis*, concil. *de prædictis eccleſiis una*, Raimund.

*z* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *quam maluerit*, Cont. & alii. *aa* Omiſſa ſunt hæc a Raim. & Contio: ſunt in concil. *bb Retenta*, Barc. *relicta*, concil. & Raimund.

*cc G.* concil. & Raim. *S.* Cont. in marg. ego *Gualtero*, & *Waltero* ſcribi poſſe exiſtimo.

*dd Non habet*, conc. & Raim. & unus Tarrac. *ee* Sic etiam in concil. *alioquin*, Raim. & Cont. *habeat* pro *habet*, unus Tarracon. *ff* Sic etiam Raim. & Cont. vox *ipſam* in concil. deſideratur.

*gg* Sic etiam Raim. & Cont. & in conc. in poſteriori edit. d. parte 30. cap. 4. *Taronen. Epiſcopo*, prior editio mendoſe: addo ego editis *cap.* 1. ex veteri Pontificali, ſed in hiſtoria Anglica Gullielmi Neubrigen. lib. 2. cap. 14. eſt hoc *caput* 4. eſt autem id concilium habitum ab Alex. 3. an. 1163. quarto Kal. Jun. in octavis Pentecoſtes indict. x. Pontificatus an. 4. *hh* Sic etiam Pont. & Gul. & Raim. *in eccleſia* pro *eccleſiæ* conc.

*ii* Sic etiam concil. *manentibus*, Pontif. Gul. & Raim. *kk* Sic omnes præter Gul. *nimis eſſe videtur*, Gul. aptius. *ll Ut* pro *ſi* Barcin. *ut ſi*, vet. Tarrac. olim, mox *ſi*, deletum eſt: *ut minorum clericorum*, Pontif. & concil. & Raim. *ut juniorum clericorum*, Gul. *ut minores clericor.* prior concil. editio; *minorum* in marg.

*mm* Sic etiam conc. & Raim. *recipiant ſectionem*, Gul. *ſectiones*, Pontif. *ſciſſuram*, unus ex veteribus Gregor.

*nn Ut*, in priore concil. edit. non eſt. *oo In magnis*, Barcin. & duo Tarrac. & ceteri omnes.

*pp* Sic etiam veteres Gregor. *firmatam* pro *firmam*, Cont. & alii; *firmam habeat eccleſia unitatem*, Gul. *habeant eccleſiæ*, Pontif. *eccleſia firmam habet unitatem*, conc. *qq Ut* pro *aut* concil. *aut* alii omnes: *ut dignitatis*, prior concil. editio non recte: *ac dignitatum*, unus ex veter. Gregor. *rr* Recte Cont. addidit a Raim. omiſſa.

*ſſ J.* Cont. pro *Ja.* *tt Choro, & capitulo*, Cont. *uu Locis* addit Cont. aptius: *& locis aliis*, vetus Tarrac. ſed olim vox *locis* in eodem non erat. *xx Aſſignari*, Cont. *yy Dicuntur*, unus Tarrac.

*zz* Hæc omittunt Raim. & Cont. *& modis omnibus* &c. Barc. *aaa Poſtquam magiſter I. in eccleſia tua canonicus*, Raimund. & Cont. *bbb Habuit*, Raim. & unus Tarrac. *ccc Ipſa* pro *tua*, Raim. & Cont.

*ddd* Vox *ut* in duobus Tarr. deſideratur. *eee* Hæc uſque ad illa, *m. qua.* omiſſa ſunt a Raim. & Cont.

*fff* Hæc in Barcinon. deſiderantur. *ggg Idem J.* Raimund. & Contius.

*hhh Sit canonice*, vetus Gregor. *eſt canonice*, Cont. & alii: ut editum eſt, alter minus vetus Gregor.

lo, & in aliis [*a*], quorum communis eſt uſus, poteſtatem ſicut canonicus habet, ei præbendam, ſi qua de antiquis in eccleſia ipſa (*b*) nunc vacat [*c*], vel cum ibi primo (*d*) vacaverit, omni oc. & contr. ceſſante (*e*) ſecundum promiſſionem tuam concedas liberaliter, & aſſignes, ita quod [*f*] de conſtantia, & gravitate poſſis merito commendari, & nos propter hoc iterato ſcribere tibi (*g*) non compellamur, quia non eſt congruum, ut præbenda careat, qui in canonicum noſcitur eſſe receptus.

## CAPUT XII.

*Idem Canonicis regularibus, & monachis Eboracen. Archiepiſcopo* (1) [*h*].

c. 10. eod. AVaritiæ, quæ eſt idolorum ſervitus, ii debent radicem (*i*) ſtudioſius extirpare, qui ſæculi vanitatibus renuntiantes, domino elegerint (*k*) in religionis habitu militare (*l*). Intelleximus autem [*m*], quod in eccleſiis veſtris, de quibus certas penſiones conſueviſtis percipere, portiones, vel antiquos [*n*] redditus minoraſtis, quos nulli ante tempora [*o*] venerabilis fratris noſtri R. Eboracen. (*p*) Archiepiſcopi A. S. L. (*q*) & etiam (*r*) poſtquam eſt Archiepiſcopatum adeptus, clerici * habuerunt (*s*). Unde quoniam hoc (*t*) ex radice avaritiæ, & cupiditatis procedit (*u*), quam debetis modis omnibus evitare (*x*), veſtræ f. per A. s. pr. m. qua. (*y*) ſi quas portiones, vel antiquos redditus clericorum indebite ſine (*z*) conſenſu, vel conſilio præfati Archiepiſcopi (*aa*), poſtquam ipſe (*bb*) Archiepiſcopatum habuerit (*cc*), minuiſtis (*dd*), vel parochias (*ee*) diviſiſtis, eas ad [*ff*] integritatem priſtinam revocetis (*gg*), & rationabiles (*hh*), & antiquas penſiones clericorum, qui debent (*ii*) altaribus deſervire, integras eas (*kk*), & illibatas (*ll*) ſervetis, & in eccleſiis (*mm*), de quibus certas penſiones ſoliti eſtis percipere, portiones [*nn*], vel antiquos redditus, quos * nulli [*oo*] clerici ante tempora ipſius Archiepiſcopi, & poſtquam adeptus eſt Archiepiſcopatum, habuerant [*pp*], nullatenus præſumptione temeraria minuatis, nec parochias eccleſiarum auctoritate veſtra dividere aliquatenus [*qq*] præſumatis.

* *clerici non habuerunt*, Cujac.

* *nonnulli*, Cujac.

## CAPUT XIII.

*Idem Præpoſito, & canonicis Inſilenſis* [*rr*].

c. 11. eod. SIgnificatum eſt nobis [*ſſ*], quod cuidam ſacerdoti [*tt*] præbendam unam in eccleſia veſtra communi voluntate (*uu*) dediſtis, ita quidem [*xx*], quod miſſam de Sancta Maria, niſi corporis ſit gravatus infirmitate, debeat (*yy*) quotidie celebrare, qui eccleſiam (*zz*) veſtram, non niſi tam communi (*aaa*) præpoſiti, quam capituli conſenſu poteſt dimittere (*bbb*), nec cuiquam [*ccc*] præbendæ illius anniverſarium delegare, quam ſiquidem inſtitutionem (*ddd*) eatenus confirmamus [*eee*], ut prædictus ſacerdos eccleſiæ memoratæ (*fff*) niſi infirmitate

(1) Forte, *Archiepiſcopatus.*

*a* Sic etiam vetus Gregor. & *capitulo*, & *aliis*, Cont. & alii: vox *in* omittitur in duobus Tarrac. *b* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *c* Vox *nunc* in uno Tarracon. non eſt. *d* *Primum*, unus Tarr. *e* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa: *occaſione* pro *oc.* unus Tarrac. *f* Hæc uſque ad illa, *quia non eſt*, ab eiſdem omittuntur. *g* Vox *tibi*, non eſt in uno Tarrac. *h* *Eccleſiæ* pro *Archiepiſcopo*, in concil. parte 13. cap. 1. *diœceſis*, Raim. & Cont. *Archiep.* unus Tarracon. non male. *i* Recte Cont. addidit a Raimund. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. excepta voce *ii*, & voce *ſtudioſius*. *k* *Elegerunt*, concil. & Cont. *l* Sic etiam in concil. *miniſtrare*, Cont. *m* Vox *autem*, omittitur a Raim. & Contio: eſt in concil. *n* Sic etiam Raim. *aliquos* in concil. *o* *Quos nonnulli clerici eccleſiarum ipſarum olim habuiſſe noſcuntur*, Raim. & Cont. vox *olim* in veteri Gregor. aliquando deſiderabatur: *quos in illis ante tempora* &c. concil. aptius: vox *nulli*, mendoſa eſt: *nonnulli*, ſcribi poteſt, aut *in illis*. Alano placet *nonnulli*, quod etiam eſt in uno Tarrac. *nulli* eſt in aliis duob. & apud Alan. *p* *R.* in concil. non eſt. *q* *Apoſtolicæ ſedis Legati*, concil. apertius: ſic autem & Cantuarien. & Eboracen. appellari ſolent in his libris. *r* Vox & in concil. non eſt quod malo. *s* *Habuerint*, vet. Tarrac. *t* Hæc etiam Contius addidit a Raimund. præterita: exſtant etiam in conciliis. *u* Sic etiam Cont. *proceſſit*, concil. *x* *Devitare*, concil. *evitare*, Contius. *y* *Fraternitati veſtræ* &c. *quatenus*; conc. *d. v. per a. ſ. præ.* (*Ideoque*) *mandamus*, *quatenus*, Cont. *Ideoque mand. quat.* Raim. *Ideoque*, in uno ex vet. Greg. non eſt. *z* *Indebite*, & *ſine*, conc. *ſine*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *aa* *Et auxilio prædicti Archiepiſcopi*, concil. *Archiepiſcopi veſtri*, Raimund. & Cont. cetera omittunt. *bb* *Minuere*, *vel parochias dividere præſumpſiſtis*, Raim. & Cont. ut editum eſt in concil. *cc* *Habuit*, concil. & duo Tarrac. *dd* *In miniſtris*, concil. non recte, pro *imminuiſtis*, ut ſuſpicor. *ee* *Vel per parochias*, concil. *ff* Sic etiam in concil. vox *eas* a Raim. eſt omiſſa. *gg* Quæ poſt hoc verbum ſunt in hac collectione, & in concil. omiſerunt Raim. & Cont. *hh* *Et inde rationabiles*, Barcin. & concil. & duo Tarrac. *ii* *Qui debeant*, unus Tarrac. *kk* *Eis*, malo, ut in conc. *ll* *Illibataſque*, unus Tarr. *mm* *In*, deſideratur in concil. & in uno Tarr. *nn* *Partitiones*, in priori edit. conc. non recte. *oo* *Quos in illis*, concil. aptius, ut alibi: ſed in tribus Tarracon. ut editum eſt. *pp* *Habuerint*, concil. *habuerunt*, unus Tarrac. *qq* *Ullatenus*, concil. *rr* *In Sulcan.* parte 50. cap. 9. poſt concil. Lateran. ex lib. 1. regiſtri: & *capitulo Inſul.* Raim. & Cont. forte *Inſulanis*, vel *Inſulanenſibus*, ſcribendum pro *Inſilenſis*: & *can. Inſul.* unus Tarrac. *ſſ* Vox *nobis* in veteri Greg. deſideratur: alii habent. *tt* *Eccleſiaſticam* pro *cuidam* in concil. non recte: *cuidam*, Raim. & Cont. *uu* Sic etiam Raim. & Cont. *communi conſenſu*, & *voluntate*, concil. *auctoritate Epiſcopi*, *communi voluntate*, Barcinon. *auct. tua*, & *communi voluntate*, duo Tarracon. in altero tamen olim, ut editum eſt. *xx* Sic etiam in conc. vox *quidem* a Raimund. & Contio eſt omiſſa. *yy* Sic concil. & Raim. *debet*, Barcin. *zz* Sic etiam concil. & pro *qui*, Raim. & Cont. *aaa* *Communi tam*, concil. & unus Tarr. & Raim. apertius: *tam a communi*, Tarrac. alter non recte. *A* tamen olim non erat. *bbb* Sic etiam in conc. & in veteri olim Gregor. *memorati conſenſu poſſit dimittere*, poſtea ſcriptum eſt: *adſenſu poſſit dimittere*, Cont. & alii: *conſenſu poſſit dimittere*, alter minus vetus Gregor. *ccc* Sic etiam in conc. *vel* pro *nec*, Raim. & Cont. *nec quicquam*, unus Tarracon. obſcurius. *ddd* Sic etiam Raim. *conſtitutionem*, conc. *eee* Sic etiam Raimund. & Cont. *confirmavimus*, concil. *confirmamus*, Barc. altera voce omiſſa. *fff* *Eccleſiæ*, concil. altera voce omiſſa, utraque a Raim. & Cont. eſt poſita

tate corporis fuerit impeditus (*a*), aſſidue debeat obſequium (*b*) ſuum impendere, & quanto frequentius (*c*) poteſt, ſalva honeſtate ſua, & debita devotione miſſarum ſollemnia celebrare, nec liceat ſibi hoc illi, ſe (*d*) ad aliam eccleſiam transferendo, aut voluptatis cauſa, ſubtrahere.

## CAPUT XIV.

*Idem Wigor. Epiſcopo* [*e*], *pars c. Meminimus* (*f*).

c. 12. eod. DE monachis autem (*g*), qui vicarios parochialium eccleſiarum in tantum gravant (*h*), ut hoſpitalitatem tenere non poſſint, nec honeſtam ſuſtentationem habere (*i*), eam curam, & providentiam habeas (*k*), quod ad præſentationem (*l*) monachorum nullum recipias, niſi ei tantum de beneficiis eccleſiaſticis (*m*) coram te [*n*] fuerit aſſignatum, unde jura Epiſcopalia poſſit perſolvere [*o*], & congruam, atque ſufficientem (*p*) ſuſtentationem habere (*q*). Illis autem ſacerdotibus [*r*], quibus a te, vel prædeceſſoribus tuis (*s*) in eccleſiis monachorum cura eſt animarum commiſſa, eam ſubtrahere poteris, niſi ipſis a monachis honeſta, & ſufficiens ſuſtentatio fuerit aſſignata.

## TITULUS VI.

## DE CLERICO ÆGROTANTE, ET DEBILITATO (*t*).

## CAPUT I.

*Gregorius ad Candidum Epiſcopum de urbe veteri* [*u*].

CUM percuſſio corporalis &c. & infra: uſque quod abſit, offenſa reſpiciat (*x*). Et quia cum præſentium (*y*) lator calumnioſus (*z*) pro hac percuſſione (*aa*), quam ſuſtinet, conſueta ſibi commoda ab eccleſia veſtra aſſerit negari; idcirco fraternitatem tuam præſentibus hortamur epiſtolis (*bb*), quatenus nihil (1) eum ad percipienda beneficia [*cc*], quæ conſueta ſunt, hæc ægritudo debeat [*dd*] impedire, quia diverſis in eccleſia (*ee*) militantibus varia, ſicut noſtis (*ff*), ſæpe contingit infirmitas; & ſi hoc fuerint (*gg*) exemplo deterriti, de cetero nullus (*hh*), qui eccleſiæ militet, poterit inveniri, ſed ſecundum loci ejus ordinem [*ii*], quæcumque ei (*kk*), ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, de ipſa (*ll*) exiguitate, quæ eccleſiæ [*mm*] poteſt accedere [*nn*], f. tua divini contemplatione judicii (*oo*) ægrotanti præbere non deſinat (*pp*). De cleric. ægr. c. 1.



(1) Alii, *niſi*.

ſita poſt verbum *impendere*. *a Fuerit*, in veteri Gregor. deſideratur; eſt in aliis.

*b* Sic etiam Raim. & Cont. *officium*, concil. *c* Sic etiam Raimund. *ferventius*, concil.

*d Nec ſibi liceat hoc illinc ſe* &c. concil. *nec liceat ſibi hoc, alii vel ſe* &c. Barcin. *nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere, ſive cauſa voluptatis, ſive ſe ad aliam eccleſiam transferendo*, Raimund. & Contius.

*e* Sic etiam vetus Gregor. *Vigorien. Archiepiſcopo*, Contius & alii. *Vuigornien. Epiſcopo*, in concil. parte 39. cap. 1. aptius. *Vuigorn.* vetus Tarracon.

*f* Sic etiam Cont. *pars cap.* SUPER EO, QUOD A NOBIS: ſupra de appell. concil. eſt autem id cap. 9. partis 10. & in hac etiam collectione cap. 10. de appellationibus, cujus initium in conciliis eſt, *Super eo*, ſed in hac additur, *pars cap.* MEMINIMUS. Integra clauſula quærenda ſub tit. qui clerici, vel voventes.

*g* Sic in concil. vox *autem* a Raim. eſt omiſſa. *h* Sic etiam in concil. *gravant*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*i* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur: ſunt in concil. *k Hanc tene curam, & providentiam* concil. *eam providentiam habeas*, Raim. & Cont. *l* Sic etiam Raim. recte: *ad præſumptionem*, conc. *ad præſentiam*, Barc. mendoſe.

*m Eccleſiæ*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. *de proventibus Eccleſiæ*, Raim. & Cont.

*n* Sic etiam Raim. hæc in concil. non ſunt. *o* Sic etiam Raim. & Cont. *ſolvere*, concil. *poſſint perſolvere*, unus Tarrac. *p* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregor. *q Poſſint habere*, vetus Tarrac.

*r* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *Iſtis* pro *illis*, in eiſdem eſt.

*s Vel a tuis prædeceſſoribus*, concil. Poſt vocem *aſſignata* eſt in concil. *& in his ita promiſſum* (forte *proviſum*) *quod tibi de tua juſtitia poſſint, ſicut convenit, reſpondere.*

*t Vel* pro *&* Barcin. & Raim. aptius, & duo Tarrac. *debilitato, vel ægrotante*, unus Tarrac.

*u* Sic etiam lib. 2. epiſt. 5. regiſtri B. Gregorii. *Candido Epiſcopo Urbevetano*, Raim. *de Urbe veteri*, in marg. Cont. qui recte attulit fontem hujus capitis ex regiſtro; in Barcin. illa ultima tria verba, *de Urbe veteri*, deſiderantur, ut etiam apud Grat. 7. q. 1. cap. 2. item vox *Epiſcopum. De Libere vel*, vetus Tarrac. mendoſe.

*x Cum percuſſio corporalis, & infra*, Raimund. & Cont. *perſecutio* pro *percuſſio* Barcin. non recte. Omnia verba exſtant apud Grat. & in regiſtro: *Cum percuſſio corporalis, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc judicium ignoratur: non debet a nobis addi flagellatis afflictio; ne nos culpæ, quod abſit, offenſa reſpiciat.* Apud Grat. additur, *imminet*, poſt vocem *corporalis*, & poſt verbum *ignoratur*, *& ideo*, ſic etiam eſt in quinque veteribus Gratian. libris: *abſolvit* pro *abſit* eſt in tribus, & ante vocem *culpæ* additur *id* in duobus, quæ non placent. *y Cum* in regiſtro non eſt, neque in Barcin. recte: neque eſt in duobus Tarrac.

*z* Scribendum *Calumnioſus*: eſt enim nomen proprium. *Im. calumnioſus*, unus Tarracon. olim.

*aa* Sic etiam in regiſtr. *perſecutione*, Barcin. *bb* Sic etiam regiſtr. *Hortamur*, vetus Greg. aliis omiſſis: *F. t. hortamur*, Cont. & alii. *cc* Vox *beneficia* neque in regiſtro eſt, neque in duobus Tarrac. neque in Barcin. in quo vox *eum* itidem deſideratur: *quatenus latorem præſentium ad percipienda*, Raimund. & Cont. *niſi* pro *nihil* vetus Tarrac. *percipiendum*, alter Tarrac. *dd* Sic etiam regiſtr. *ab eccleſia tua, ægritudo ſua non debeat*, Raimund. & Cont. *non valeat*, unus ex veter. Gregor. *ee* Hæc uſque ad illa, *ſi hoc fuerint*, omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc. *ff Noſti*, regiſtr. & duo Tarr. *gg* Sic etiam in reg. *ſi alii ejus eſſent*, Raim. & Cont.

*hh* Sic etiam in regiſtr. *forte non poſſet, qui militaret eccleſiæ, inveniri*, Raimund. & Contius.

*ii* Vox *loci* a Raim. & Contio eſt omiſſa, eſt in regiſtro. *kk* Sic etiam Raim. *quæque ei*, regiſt.

*ll Ex ipſa*, unus ex veter. Raim. libris. *mm Tuæ*, addit unus ex Raim. libris.

*nn Non poteſt accedere*, in uno Gregorii regiſtr. quod nondum probavi. *oo* Hæc Raim. & Cont. omittunt: & in quibuſdam editis regiſtris mendoſa ſunt: *divini* olim, mox *divina*, vetus Tarracon.

*pp Ne* pro *non*, regiſtr. edit. *non* vetus: *præbeat ægrotanti*, Raim. & Cont. Poſt verba hujus cap. eſt in regiſtro *quatenus in hujus rei adminiſtratione, ad eleemoſynam potius videaris, quæ ſunt conſueta, exſolvendo convertere.* Addi etiam poteſt: *Data menſ. Decembr. Indict. X. Pont. an. II.*

UNED

### CAPUT II.

*Eugenius Papa Jocell. Archiepiſcopo (a).*

cap. 2. eod. PResbyterum, cujus duos digitos cum medietate palmæ a prædone abſciſſos eſſe (*b*) ſignificaſti, miſſam celebrare non permittimus, quia nec ſecure (*c*) propter debilitatem (*d*), nec ſine ſcandalo propter membri deformitatem hoc fieri (*e*) poſſe confidimus, ipſum autem ceteris officiis ſacerdotalibus fungi minime prohibemus.

### CAPUT III.

*Lucius III.* [*f*] *pars c. Ad aures* (*g*).

c. 3. eod. DE rectoribus (*h*) eccleſiarum lepræ macula uſque adeo (*i*) infectis, quod altario nulla poſſunt ratione ſervire (*k*), nec ſine magno ſcandalo illorum, qui [*l*] ſani ſunt, eccleſias ingredi, hæc tuam volumus fraternitatem tenere [*m*], quod eis dandus eſt coadjutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiant (*n*) portionem.

## TITULUS VII.
## DE INSTITUTIONIBUS.

### CAPUT I.

*Alexander III. Cantuar. Archiepiſc. & ejus ſuffraganeis.*

De inſtitut. cap. 3. EX frequentibus querelis perſonarum ſatis manifeſte [*o*] didicimus, in partibus veſtris conſuetudinem pravam admodum, & enormem (*p*), etiam ſanctorum (*q*) patrum conſtitutionibus omnimodo contrariam, a multis retro temporibus invaluiſſe, quod videlicet clerici [*r*] cæca cupiditate ducti eccleſias, & (*s*) eccleſiaſtica beneficia ſine aſſenſu (*t*) diœceſani Epiſcopi, vel officialium [*u*] ſuorum, qui hoc de jure poſſunt facere (*x*), recipiunt minus, quam deceat, ſollicite (*y*) cogitantes, quomodo id a ſanctorum patrum inſtitutionibus eſt alienum [*z*], & eccleſiaſticæ contrarium honeſtati. Unde, cum tu frater Archiepiſcope, ex officio commiſſæ tibi ſollicitudinis (*aa*), tam iniquam conſuetudinem de provincia tua velis, ſicut debes, extirpare radicitus, tam in clericos illos, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia (*bb*) de cetero taliter occupata ſcienter detinent *, quam in ipſos, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia de cetero taliter occupata ſcienter detinent (*cc*), quam in ipſos, qui eccleſias (*dd*), vel eccleſiaſtica beneficia de cetero taliter occupare præſumpſerint, ſicut ex litteris tuis intelleximus (*ee*), excommunicationis ſententiam protuliſti. Nos itaque eandem ſententiam firmam, & ratam (*ff*) habentes, eamque [*gg*] apoſtolica auctoritate confirmantes, per A. s. (*hh*) m. qua, ſinguli veſtrum ſententiam (*ii*) in ſuis Epiſcopatibus [*kk*] ſaltem quatter in anno innovantes, eam contrad. (*ll*) & ap. ces. faciatis inviolabiliter obſervari, nec clericos ipſos, qui ſententiam ipſam incurrerunt (1) (*mm*), niſi congrue ſatisfecerint (*nn*),

& a

* Pro his omnibus, quæ ſequuntur, & mendoſe repetita ſunt uſque ad verbum *præſumpſerint*, ſcribit Cujac., *quam in ipſos, qui Eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia de cetero taliter occupare præſumpſerint.*

(1) Alii, *meruerunt.*

*a Eugenius Papa primus Savenſi Epiſcopo*, in concil. parte 26. cap. 15. *Sarnen.* forte ſcribendum. *Jocellino Archid.* Barcinon. *Iccellens. Archi piſcopo*, Cont. in marg. *Leo Papa*, vetus Gregor. *Eugenius*, Cont. & alii. *Aug.* vetus Tarrac. *Eug.* alter. *Tocell. S.* pro *Jocell.* unus Tarrac. *b* Sic etiam in concil. *eſſe*, in Gregor. deſideratur. *c Non* pro *nec*, concil. *nec*, Raimund.

*d Suam*, addit vetus Tarrac. *e* Sic etiam Raim. *id* pro *hoc* in concil. verbum *fieri* olim in veteri Tarrac. non erat. *f* Sic etiam Raim. & Cont. adde *Lincol. Epiſcopo*, ut parte 37. cap. 4.

*g P. ſ. ad aures*, Cont. mendoſe. Integra clauſula quærenda ſub tit. de reſcriptis cap. 6. in hac collectione.

*h* Sic etiam Raim. & Cont. *Super eo vero, quod quæſiviſti de rectoribus*, concil.

*i* Sic etiam Raim. *adeo*, concil. *k Altari* pro *altario* Barcin. & unus Tarrac. & concil. *deſervire*, concil. pro *ſervire. Quod altari ſervire non poſſunt*, Raim. & Cont. *l* Sic etiam in concil. *ipſorum, qui*, Barcinon. *eorum, qui*, Raim. *m Hoc* pro *hæc*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. *hoc volumus te tenere*, Raim. & Cont. *ſic* pro *hoc*, unus ex veter. Gregor. *n Recipiat*, concil. & Raim. *percipiat*, unus ex veter. Gregor. & in marg. *alias* PERCIPIANT. *o* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. parte 28. cap. 11. tit. de pactionibus licitis, & illicitis in rebus eccleſiaſticis. *p* Hæc uſque ad illa *a multis*, ab eiſdem ſunt omiſſa: exſtant in concil. *q Et* pro *etiam*, concil. & duo Tarrac. *r* Sic etiam in concil. vox *videlicet* a Raim. & Cont. eſt omiſſa. *s* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur: ſunt in concil.

*t* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *ſine conſenſu*, Cont. & alii. *u* Sic in Anglia dicuntur, ut Alanus Anglus notat, & poſt eum Tancredus: *miſſus* dicitur cap. 1. de frigidis.

*x Facere poſſunt*, concil. vox *facere* in Gregor. non eſt. *y* Hæc etiam vox a Raim. eſt omiſſa: eſt in concil.

*z Conſtitutionibus* pro *inſtitutionibus*, conc. *ſanctorum patrum eſt inſtitutionibus alienum*, veteres Gregor. *a patrum ſanctorum* &c. Cont. & alii. *aa Tibi commiſſæ ſollicit.* concil. *tibi commiſſo ſollicit.* Barc. *tibi commiſſo*, Raim. & Cont. alia voce omiſſa. *bb Et* pro *vel* concil. *eccleſiam* pro *eccleſias* unus Tarrac. *tam in clericos, quam in alios, qui eccleſiam, vel eccleſiaſtica beneficia*, Barcin. *tam in illos, qui eccleſiaſtica beneficia*, Raim. & Cont.

*cc Taliter detinent*, Barcin. aliis omiſſis: *occupata ſcienter detinent*, concil. aliis duobus verbis omiſſis: vox *decetero* a Raim. & Contio eſt omiſſa, cetera, ut edita ſunt: *detinuerunt* pro *detinent*, unus Tarrac.

*dd* Hæc mendoſe repetita ſunt: ſcribi debuit: *quam in ipſos, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia taliter decetero occupare præſumpſerint*, ſic in tribus Tarracon. vox *decetero* in concil. non eſt: *vel de cetero occupare præſumpſerint*, Barcin. aliis omiſſis: *quam in eos, qui decetero occupare præſumpſerint*, Raim. & Cont.

*ee* Vox *tuis* in Barcin. non eſt: omnia ſunt a Raim. & Cont. præterita: ante hæc verba eſt in concil. *&*, quod nondum placuit. *ff Ratam, & firmam*, concil. *ratam*, Raimund. aliis omiſſis.

*gg* Sic etiam concil. *& eam*, Raimund. omnia ſi ſic mutaſſet, non laboraremus.

*hh Præcipiendo*, additur in conc. omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *ii* Hæc uſque ad illa, *clericos ipſos*, ab eiſdem ſunt omiſſa: *veſtram* pro *veſtrum*, concil. & Barcin. quod non æque placet.

*kk Veſtris* pro *ſuis*, Barc. *in ſingulis Epiſcopatibus ſuis*, conc. *ll* Vox *eam* in Barc. deſideratur; eſt in conc.

*mm Incurrunt, vel decetero incurrent*, conc. *incurrerint*, Barc. & Raim. ut editum eſt, unus ex veter. Gregor.

*nn Si congrue non ſatisfecerint*, conc. *niſi*, Raim.

& a præſumptione ſua omnino deſtiterit (a), abſolvere præſumatis [b].

## CAPUT II.

*Idem Lundon. Epiſcopo* [c].

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 24. c. 1.

AD aures noſtras noveris perveniſſe, quod quidam Archidiaconi (d), te inconſulto * contra conſuetudinem eccleſiæ tibi commiſſæ [e] perſonas (f) inſtituunt in eccleſiis [g], & ſic in eccleſiis (h), vel earum (i) portionibus nunc filios, nunc alias perſonas (k), & vicarios inſtituere non verentur. Volentes itaque pro noſtri officii debito in irritum deducere [l], quod contra (m) juris ordinem attemptatur [n], auctoritate Apoſtolica tibi duximus indulgendum (o), ut ſi idem Archidiaconi poſt prohibitionem tuam ipſis inde factam, inſtituerunt (p) ſine mandato, & auctoritate tua (q) aliquos in eccleſiis, in quibus patres eorum proximo miniſtrare [r] noſcuntur, aut perſonas alias, vel vicarios, cum idem ſit (s) canonicæ ſanctioni contrarium, liberum tibi ſit, nullius contrad. vel ap. obſt. inſtitutiones hujuſmodi penitus irritare, & taliter inſtitutos (t) ab eccleſiis removere.

## CAPUT III.

*Idem Helien. Archidiacono.*

Non ponitur. (u)

CUM ſatis ſit abſurdum (x), & ſanctorum patrum inſtitutionibus alienum, ut Archidiaconi auctoritate propria debeant cuilibet curam eccleſiarum committere: ægre nimis ferimus, quod tu ſine mandato Epiſcopi tui perſonis curam animarum committis. Quoniam igitur obtentu alicujus conſuetudinis non debes ſanctorum patrum inſtitutiones tranſgredi, &, quod ad tuum non ſpectat officium, vendicare, ideo mandamus, ut nemini de cetero ſine licentia, & mandato Epiſcopi tui, curam animarum committere præſumas.

# TITULUS VIII.

# DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ECCLESIÆ NON VACANTIS (y).

## CAPUT I.

*Gelaſius Papa ad Romanos* (z).

QUI in vivorum locum ſacerdotum ponuntur, hoc ipſo ſecundum canones ſunt ab eccleſiaſtica communione pellendi, quo ſe paſſi ſunt ſucceſſores vivis ſacerdotibus adhiberi. De conceſſ. præb. c. 1.

## CAPUT II.

*Ex concilio Lateranen.* [aa]

NUlla eccleſiaſtica miniſteria [bb], ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ [cc] alicui tribuantur, ſeu permittantur (dd), antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videantur, in cujus locum, & beneficium ſe crediderit (ee) ſucceſſurum. Cum enim ipſis etiam gentilium legibus [ff] inveniatur inhibitum (gg), turpe eſt (hh), & divini plenum animadverſione judicii, ut locum [ii] in eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſi etiam gentiles homines condemnare curaverunt (kk). Cum vero præbendas eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia in aliqua eccleſia vacare contigerit, vel ſi etiam modo vacant (ll), non diu maneant in ſuſpenſione (mm), ſed infra VI. menſes (nn) perſonis, quæ dignæ miniſtrare [oo] valeant, conferantur: ſi autem Epiſco- cap. 2. eod.



* *In Eccleſiis tibi commiſſis perſonas inſtituunt, & ſic in eiſdem Eccleſiis, vel earum portionibus nunc alias perſonas, & vicario inſtituere non verentur*, Cujac.

*a* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*b* Sic etiam concil. *abſolvere minime præſumatis*, Raim. & Cont. ſententia eadem eſt, quia negatio fuerat ab eiſdem prius omiſſa ante illa, *clericos ipſos*. *c Lunden. Epiſcopo*, prior concil. editio. *London.* poſterior. *Lundon. Ar.* Barcin. quod non placet. *d Tui*, additur in concil. *e Sibi* pro *tibi*, concil.
*f Et vicarius*, additur in uno Tarracon. *g In eccleſiis inſtituerunt*, concil.
*h* Sic etiam in concil. *& ſic in eis*, Barcinon. aptius: hæc in uno Tarrac. deſiderantur.
*i Vel eorum*, concil. quod non æque placet: *vel in earum*, unus Tarracon. plenius.
*k Nunc perſonas alias*, vet. Tarrac. olim: vox *alias* deſiderabatur; *& nunc alias perſonas*, alter Tarrac.
*l* Sic etiam in concil. *reducere*, Barc. *m* Sic etiam in poſteriore concil. editione: *quia contra*, prior editio, & in marg. *quod*: *quæ contra*, unus Tarracon. *n* Sic etiam in concil. *attemptant*, Barcinon. & vetus Tarrac. *attemptantur*, alter Tarrac. *o Injungendum*, concil. *p Inſtituerint*, Barcin. & concil. & vet. Tarr. *inſtituere*, alter Tarrac. *q Veſtra* pro *tua*, in concil. *noſtra* non male ſcribi potuit, ſed nihil muto.
*r Miniſtraſſe*, concil. altera voce omiſſa: *proximo miniſtraſſe*, unus Tarrac. *s Cum id ſit*, concil. non male.
*t* Sic etiam in concil. Ante hæc verba eſt in Barcin. *& tales inſtitutiones*, ſed ea verba non recipio.
*u* Sic in uno Tarracon. ſed falſum eſt, ſcribe, *de officio Archidiac. cap.* 4.
*x* Totidem fere verbis ſupra ſub tit. de officio Archidiaconi cap. 4. & in concil. d. parte 24. cap. 2.
*y Vel eccleſiæ* &c. vetus Tarrac. & Barcin. & vetus Gregor. *&* pro *vel*, Cont. & alii: tria poſteriora verba in uno Tarracon. non ſunt. *z* Sic etiam Raim. & Cont. *Item Pelagius Papa*, ſupra de ætate, & qualitate &c. cap. 2. ubi vide varietates. *aa Cap.* 5. addit Cont. ſed eſt cap. 8. in concil.
*bb Myſteria*, unus Tarr. quod nondum prætuli. *cc* Sic etiam concil. & Raim. *vel*, in Barc. deſideratur.
*dd* Scribendum eſt, *ſeu promittantur*, ut in conc. & in Gregorianis, & in duobus Tarrac.
*ee* Sic etiam Raim. & Cont. *credidit*, concil. *ff In ipſis*, &c. Barcin. & vetus Tarrac. *id etiam in ipſis gentil. legibus*, concil. *id enim in ipſis etiam* &c. alter Tarrac. *in ipſis etiam legibus gentilium*, Raim. & Cont.
*gg Prohibitum*, conc. *inhibitum*, Raim. *hh* Sic etiam Raim. & Cont. *turpe nimis eſt*, concil.
*ii Si* pro *ut* concil. Barcin. & Raim. & duo Tarrac. ſed in altero antiquiori, ut editum eſt, olim fuerat.
*kk Curaverint*, unus Tarracon. in quo vox *etiam* omittitur: *damnare* pro *condemnare*, Barcin. *quam etiam damnare ipſi gentiles homines curaverunt*, concil. *quam & ipſi etiam gentiles condemnare curarunt*, vetus Gregor. vox *&* a Contio & aliis omittitur: cetera, ut vetus: *curaverunt*, alter vetus Gregor.
*ll Etiam ſi* pro *ſi etiam*, concil. omnia Raim. & Cont. omittunt. *mm In ſuſpenſo*, conc. & Raimund. & vetus Tarr. *nn* „ Poſt admonitionem, ut Hugo, & alii multi dixerunt, ut infra eod. QUONIAM DIVER„SITATEM: ſed Vincent. Joann. G. Laur. & multi alii melius a tempore ſcientiæ “. Tancr. Pro G. ſcribendum cenſeo, *Gallen.* ut infra cap. 11. de decim. fuit autem is, qui collegit ſecundam Decretalium collectionem.
*oo Digne adminiſtrare*, concil. & Raim. & unus Tarracon.

ſcopus, ubi ad eum ſpectat [a], conferre diſtulerit, per capitulum ordinetur [b], quod ſi ad capitulum pertinuerit (c), & infra præſcriptum [d] terminum hoc non fecerit, Epiſcopus ſecundum Deum hoc, & cum religioſorum (e) virorum conſilio exequatur, aut ſi omnes forte neglexerint, metropolitanus de ipſis (f) ſecundum Deum abſque illorum [g] contradictione diſponere (1)(h). * Et quæ (2) honeſtatis (i) decorem (k) deformant, & canonum probantur ſanctionibus obviare, penitus ſunt evellenda, & falce Apoſtolici moderaminis reſecanda [l]. Unde quia eccleſiæ [m] viventibus perſonis aliis conferri (n) non debent [o], conſul. t. taliter reſpondemus, ut ſi quas (p) conceſſiones eccleſiarum tui Epiſcopatus viventibus perſonis factas eſſe conſtiterit, & ſuper hoc ventum fuerit ad judicium, eas auctoritate noſtra (q) in irritum revoces **, & frivolas, & vanas eſſe decernas.

Poſt conc. Lat. part. 15. cap. 11.

## TITULUS IX.

## DE IIS, QUÆ CONCEDUNTUR AB EPISCOPO SINE CONSENSU CLERICORUM (r).

### CAPUT I.

*Ex concilio apud Valentiam* [s].

IRrita erit Epiſcoporum donatio (t), vel venditio (u), vel commutatio rei eccleſiaſticæ abſque collaudatione (x), & ſubſcriptione clericorum. De iis, quæ fi. a præl. c. 1.

### CAPUT II.

*Alexander III. Norwicen.* [y] *Epiſcopo.*

COntinebatur &c. & infra [z]: Conſul. t. taliter reſpondemus, quod conceſſio decimæ ab Abbatiſſa (aa) prius facta, ſi conventu ſciente, & non contradicente facta eſt, robur firmum debet habere. Verum, ſi præfata Abbatiſſa (bb), ignorante conventu, aut contradicente prius prædicto H. decimam ſuam (cc) conceſſit, & non poſt multum tempus (dd) de aſſenſu conventus eandem decimam memorato H. dedit (ee); ſecunda conceſſio [ff] debet præjudicare priori. c. 2. eod. t.

### CAPUT III.

*Alexander III. Vigor. Epiſcopo (gg).*

CUM nos jam pridem, ſi bene meminimus, tibi (hh) per litteras noſtras indulſerimus (ii), ut, ſi Jo. [kk] prædeceſſor tuus reclamante capitulo eccleſiæ tuæ Abbati, & fratribus de Oſeneja (ll), eccleſiam de Braja [mm] contulit, c. 3. eod.

(1) *Diſponat*, ſcribendum.

* Ante verba, quæ ſequuntur, eſt in editione Pariſienſi: CAPUT III. EBORACENSI ARCHIEPISCOPO. *Ea quæ honeſtatis* &c.

(2) *Ea quæ*, alii.

** *Revoces*, & *vanas eſſe decernas*, Cujac.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. *ſpectaverit*, concil.

*b* *Ordinentur*, vetus Tarracon. & alter Gregor. alii *ordinetur*, & concil.

*c* Sic etiam Raimund. *electio pertinuerit*, concil. *d* Sic etiam Raim. *prædictum*, concil.

*e* *Et*, neque in concil. eſt, neque in Gregorianis: *cum*, in uno veteri deſideratur.

*f* Hæc in vet. Tarracon. non ſunt. *g* *Ultor.* unus ex veter. Gregor. utraque vox deſideratur in duobus Tarracon. *h* Sic unus ſolus Tarrac. mendoſe; *diſponat*, Barcin. & concil. & duo Tarracon. & Raim. Quæ ſequuntur, ſunt aliena, & ſeparanda. *i* Ante hæc verba adde, *Alex. III. cap.* 3. ex concil. parte 15. c. 11. & ex Barcin. & duobus Tarrac. in quibus eſt, *Ea*, non *Et.* *k* *Doctorem*, concil. non recte.

*l* *Sunt reſecanda*, Tarrac. vetus. *m* *Quia* ( *cum* ) *eccleſia*, concil. non optime; *cum eccleſia*, vel *quia eccleſia*, non diſplicet: *quæ* pro *quia*, vetus Tarracon. non recte, ſed olim *quia* fuerat in eo ſcriptum.

*n* Sic olim vetus Tarracon. mox *conferre.* *o* *Non debeat*, concil. *p* *Si aliquas*, vetus Tarrac. *ut* omiſſo; *ut ſi qua*, alter Tarrac. mendoſe. *q* *Veſtra*, concil. quod ratio Latini ſermonis non patitur.

*r* *Vel fiunt*, additur in Barcin. poſt verbum *conceduntur. De his, quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu capituli*, vetus Gregor. *a Prælato*, Cont. & alii: *vel fiunt ſine conſilio clericorum*, vetus Tarrac. *vel fiunt ab Epiſcopo ſine conſenſu canonicorum*, alter Tarracon. *s* Sic etiam Raimund. & Cont. *apud Valentias cap.* 50. Burchard. lib. 3. cap. 170. *apud Valentias*, *Leo Papa*, Ivo lib. 2. tit. 10. cap. 2. Panormiæ: *ex concil. Carthagin.* 4. *cap.* 32. Ivo parte 3. cap. 231. decreti: idque confirmatur ex concil. editis. *Leo Papa Epiſcopis Siciliæ*, Gratian. 12. q. 2. cap. 52. *Leo Papa*, Innoc. 3. cap. 1. & 2. hujus tituli in 3. collect.

*t* Sic omnes præter Grat. qui ita ſcribit: *Irrita enim Epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit.* totidem verbis Innoc. 3. & ante vocem *venditio*, habet *donatio.* *u* *Et venditio*, vetus Gregor. ceteri, ut editum eſt. *x* Sic Burch. & Ivo, & Raim. *abſque conniventia*, concil. & Innoc. III. *abſque omnium conniventia*, Grat. ſed in quinque veteribus libris vox *omnium* non eſt: *abſque convenientia*, antiquior ceteris habet *abſque conlaudatione*, unus Tarrac. *y* *Norvicen.* vet. Tarrac. *Norg.* alter.

*z* *Etc.* omiſit Raimund. & Contius. Integra clauſula exſtat parte 47. cap. 5. poſt concil. Lateran. Alex. 3. *Continebatur in litteris a te nobis tranſmiſſis; quod cum ſuper decima de Querche inter magiſtrum Hubertum, & magiſtrum N. de mandato noſtro coram te * verteretur; conſtiterit tibi, quod M. Abbatiſſa S. Mariæ de Vuint, pro communi voto, & unanimi conſenſu, conventu aſſenſum præſtante, decimam ipſam prædicto H. conceſſit: Rad. Vuinton. Archidiaconus per clavem, & librum ſibi exinde inveſtituram fecit. Magiſter vero N. probavit coram te idoneis teſtibus, quod præfata Abbatiſſa præſcriptam decimam ſibi prius dederat, conventu non contradicente, quam eam præfato Huberto dediſſet; & quod a diœceſano Epiſcopo ejus fuerit conceſſio confirmata. Unde quia nos conſulere voluiſti, cui conceſſioni innitendum ſit*, &c. Ante verbum *verteretur*, vox *quæſtio* deſideratur, ut ſuſpicor.

*aa* Sic etiam Raim. hæc in concil. non ſunt. *bb* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*cc* N. pro *H.* concil. aptius: *decimam prius H. prædicto*, Raimund. & Contius.

*dd* Sic etiam in conc. *multum temporis*, Raim. *ee* *Huberto*, pro *H.* concil. apertius; *dedit eidem*, Raim. & Cont. non optime: *B.* pro *H.* unus Tarrac. non male. Bernardus Papienſis errandi occaſionem præbuit Raimundo: totumque hoc caput in conciliis rectius eſt, in quibus poſt edita verba hæc ſunt a Bernardo, & Raimundo prætermiſſa: *ſic ut tibi eam datam fuiſſe conſtet.*

*ff* Hæc ſunt in omnibus libris, ſed in concil. aptius cum ſuperioribus conjunguntur.

*gg* *Idem Wigor. Epiſcopo*, Barcin. & vetus Gregor. *Vigorien. Epiſcopo*, Cont. & alii. *Vigorn.* alter minus vetus Gregor. *Wigor.* duo Tarrac. *hh* Recte Cont. addidit a Raim. præterita, ſed vocem *tibi*, omiſit.

*ii* *Indulſimus*, Cont. *kk* *Si J.* Cont. *ll* *De Oſenia*, Cont. *de Oſentia*, duo Tarr. *mm* *De Belbraja*, Bar-

tulit, eam tibi revocare [a] liceret, jam dictis fratribus, ſicut aſſeris, litteras noſtras indulſimus, ut ipſis eccleſiam jam dictam dimitteres (*b*) pacifice poſſidendam, immemores exiſtentes illius ſcripti, quod ſuper hoc tibi fuerat indultum [*c*]: licet autem hoc tibi indulſerimus (*d*), prudentiam tuam mo. & hor. (*e*) attentius, quat. divino intuitu, & pro reverentia beati Petri, & noſtra, eccleſiam ipſam, ſi quoquo modo [*f*] ſine gravi detrimento eccleſiæ tuæ fieri poteſt (*g*), jam dictis [*h*] fratribus in pace, & quiete (*i*) dimittas, quia decet providentiam (*k*) tuam ad commodum, & profectum religioſorum locorum intendere, & quod idem prædeceſſor tuus pietatis ſtudio fecit, ratum, & firmum habere. Si autem eandem ipſis eccleſiam dimittere forte non poteris, non obſtantibus litteris, quas prædicti fratres ſuper hoc impetraverunt, ſcriptum tibi exinde indultum (*l*) in ſua volumus ſtabilitate conſiſtere, quoniam certum eſt de rigore juris conceſſionem illam non tenere, ſi reclamante [*m*] capitulo per eundem [*n*] prædeceſſorem tuum, ipſam conſtat [*o*] factam fuiſſe (*p*), niſi idem capitulum conceſſionem ipſam (*q*) ratam poſtmodum habuiſſet (*r*).

## CAPUT IV.

*Idem Hieroſolym. Patriarchæ* (*s*).

cap. 4. eod. NOvit plenius, ſicut credimus (*t*), tuæ diſcretionis prudentia, qualiter tu, & fratres tui unum corpus ſitis, ita quidem (*u*), quod tu caput, & fratres tui (*x*) membra eſſe probentur (*y*). Unde non decet, te omiſſis membris aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ (*z*) negotiis uti, cum id non ſit dubium, & honeſtati (*aa*) tuæ, & ſanctorum patrum inſtitutionibus contraire. Innotuit ſiquidem (*bb*) auribus noſtris, quod tu ſine conſilio fratrum tuorum Abbates (*cc*), & Abbatiſſas, & alias (*dd*) eccleſiaſticas perſonas inſtituis, & deſtituis, non conſiderans (*ee*), nec attendens [*ff*], quomodo te non ſit dubium ſtatuta ſacrorum canonum (*gg*) tranſgredi, cum in hujuſmodi (*hh*) cauſis clericorum (*ii*), & laicorum circa te commorantium; qui de corpore ipſius eccleſiæ non ſunt, potius quam fratrum tuorum conſilio inducaris (*kk*). Inde eſt, quod diſcretioni tuæ (*ll*) auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne Abbates (*mm*), Abbatiſſas [*nn*], vel alias eccleſiaſticas perſonas ſine conſilio, & aſſenſu [*oo*] prioris, & fratrum tuorum canonicorum ſancti ſepulchri [*pp*] inſtituere, vel deſtituere aliqua ratione de cetero præſumas. Quod ſi forte, quod non credimus, contra prohibitionem [*qq*] noſtram attemptare [*rr*] præſumpſeris, nos tales [*ſſ*] inſtitutiones, & deſtitutiones [*tt*], ſi quas amodo feceris (*uu*), auctoritate Apoſtolica caſſamus [*xx*], & omni robore, & ſtabilitate carere decernimus.

## CAPUT V.

*Idem eidem* (*yy*).

QUanto majori dignitate (*zz*) dante domino præmines, tanto decet amplius, & oportet, te in omnibus eam diligentiam, & gravitatem habere, qua omnia (*aaa*) videaris ſine nota (*bbb*), & reprehenſione peragere, & lau- c. 5. eod.

Barcin. *Deben.* Cont. *de Bebaria*, unus Tarrac. *a Tibi removere*, Cont. quod non placet.

*b Prædictam dimittens*, Cont. non optime. *c Fuerat a nobis indultum*, Barc. & vetus Tarr. & Cont. plenius.

*d Indulſimus*, Cont. *e Prudentiam tamen tuam monemus, & exhortamur*, Cont. apertius, & unus Tarrac. vox *tamen* eſt etiam in vet. Tarracon. *f Si quomodo*, Cont. *ſi quo modo*, ſcribere debuit: vox *ſi* omiſſa eſt in vet. Tarracon. *g Potes*, Barcin. & Cont. voce *fieri* omiſſa: *ſi fieri poteſt*, vet. Tarrac.

*h* Vox *jam* in uno Tarrac. non eſt. *i* Hæc omittit Cont. *k Prudentiam*, Cont. aptius: ſed ferri poteſt, quod edidimus. *l* Vox *tibi* a Contio eſt omiſſa ſine ulla noxa: *indultum exinde*, unus Tarrac.

*m Quam* pro *ſi*, Raimund. & Cont. aptius. *n* Vox *eundem* a Raim. & Contio eſt omiſſa.

*o* Vox *ipſam* ab eiſdem omittitur: *ipſa conſtat*, vetus Tarracon. quod non placet.

*p Eſſe factam*, unus ex veter. Gregor. *facta fuiſſe*, vet. Tarrac. *q Niſi eam*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *illam* pro *ipſam*, vetus Tarracon. *r Habuiſſent*, veteres Gregor. *habuiſſet*, Cont. & alii.

*s Hieroſolymitano Patriarchæ*, in concil. parte 50. cap. 18. & in veteribus Gregor. *Hierolym.* Cont. mendoſe. *Hieroſolymitan.* unus Tarracon. *t* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*u* Vox *quidem* omiſſa eſt in concil. & apud Raim. & Cont. *x* Sic etiam in concil. *& illi*, Raim. & Cont.

*y Comprobantur*, concil. *probantur*, Raimund. *comprobentur*, duo Tarracon.

*z In curiæ tuæ*, prior concil. editio, voce *conſilio* prætermiſſa non recte.

*aa* Vox *&* aliquando in vet. Tarrac. non fuit. *bb* Sic etiam Raim. & Cont. *autem*, concil.

*cc* Sic etiam in concil. & apud Raim. *fratrum tuorum* (*canonicorum S. Sepulchri*) *Abbates*, Cont. ſed ea verba alio loco ſcripta ſunt: ego maluiſſem ea initio reſcripti adiicere, atque ita ſcribere: *qualiter tu, & fratres tui* (*canonici ſancti Sepulchri*) *unum corpus ſitis.* *dd Abbatiſſas, & ceteras*, concil. *Abbatiſſas, & alias*, veteres Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *ee Ac* pro *&* concil. *& deſtituis, & infra*, Raimund. ſed Contius recte addidit quædam a Raim. omiſſa. *ff Neque* pro *nec*, Cont. *& attendens*, concil. & unus Tarrac.

*gg SS.* pro *ſacrorum* Cont. obſcure: *ſacros canones*, conc. *hh* Hæc omittit Cont. uſque ad illa, *inde eſt*: ſunt autem in concil. *ii Cauſis, & Clericorum*, concil. *caſibus clericorum*, unus Tarrac.

*kk* Aptius in conc. & in Barcin. & in uno Tarrac. eſt, *conſilio uti dicaris. Conſilio deducaris*, vet. Tarrac.

*ll* Hæ duæ poſtremæ voces, *diſcretioni tuæ*, in concil. non ſunt. *Ideoque id*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*mm* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *nn Et Abbatiſſas*, duo Tarracon.

*oo Et auxilio*, vet. Tarrac. quod nondum probavi.

*pp* Hæc in conc. non ſunt. Cont. alio loco addidit. *qq Contra præceptum*, concil. quod non æque placet.

*rr Venire*, concil. *temptare*, duo Tarracon. *ſſ* Sic etiam in concil. *nos enim tales*, Raim. & Cont.

*tt* Hæc in Barcin. deſiderantur, & in uno ex veter. Gregor. *uu* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.

*xx Carere decernimus robore firmitatis*, Raim. & Cont. ut editum eſt, duabus primis vocibus exceptis, in concil. *decrevimus* pro *decernimus*, unus ex veter. Gregor. *yy* Sic etiam Raim. & Cont. vox *eidem* in Barcin. deſideratur. *Idem eidem eodem lib.* d. parte 50. cap. 19. hoc eſt ex libro 12. regiſtri Alex. 3. ſic enim eſt d. parte 50. cap. 16. *zz* Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa, quæ etiam ſunt in concil.

*aaa Quod* pro *qua*, concil. Barcin. & unus Tarrac. & Cont. non male. *bbb* Sic etiam concil. & Cont. *ſine*

laudabiliter injunctæ tibi ſollicitudinis officium diſpenſare. Audivimus autem, unde mirati [a] ſumus, ſicut mirari merito poteramus (b), quod in conceſſionibus, & confirmationibus (c) omiſſis canonicis (d) eccleſiæ tuæ, conſilium clericorum, & laicorum circa te commorantium, qui non ſunt de corpore ipſius eccleſiæ, interdum, immo ſæpe requiris, & in eiſdem conceſſionibus, & confirmationibus juxta eorum conſilium (e), & voluntatem procedis [f], & in privilegiis [g] etiam, quod [h] tuam prorſus dedecet [i] honeſtatem, ad majorem auctoritatem, & certitudinem, nomina fratrum tuorum, qui abſentes fuerint, tamquam ſi præſentes fuiſſent [k], facis ſubſcribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam, in negotiis tibi commiſſæ eccleſiæ conſilium fratrum tuorum poſtponere (l), cum quibus unum exiſtere (m) comprobaris: f. t. per A. s. pr. (n) m. qua. in conceſſionibus, confirmationibus [o], & aliis ejuſdem eccleſiæ [p] negotiis, fratres tuos requiras, & cum eorum conſilio, vel ſanioris (q) partis negotia eadem (r) peragas, & pertractes, & quæ ſtatuenda fuerint, ſtatuas (s), & errata (t) corrigas, & evellenda diſſipes, & evelles (u). Nec abſentium fratrum nomina inſcribi aliquatenus facias (x), quia talia monimenta irrita ſunt, & falſa, & tu exinde quæſtionem falſi poteris non immerito (y) formidare. Nos enim (z) univerſa privilegia, in quibus abſentium fratrum nomina, ipſis ignorantibus, vel abſentibus ſubſcripta ſunt, vel amodo deſcribentur (aa), irrita eſſe decernimus (bb), & nullius firmitatis robur habere cenſemus.

## TITULUS X.
## DE IIS, QUÆ FIUNT A MAJORI PARTE CAPITULI.

### CAPUT I.
*Ex concilio Lateranen.* (cc)

De iis, quæ fiunt a maj. p. capit. c. 1.

CUM in cunctis eccleſiis, quod pluribus, & ſanioribus (dd) fratribus viſum fuerit, incunctanter debeat obſervari, grave nimis eſt, & reprehenſione digniſſimum (ee) quod per quaſdam eccleſias (ff) pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ordinationem multorum impediunt, & (gg) ordinationem eccleſiaſticam [hh] procedere non permittunt [ii]. Quo circa præſenti decreto ſtatuimus, ut niſi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit, & oſtenſum (kk), ap. re. prævaleat ſemper, & ſuum conſequatur (ll) effectum, quod a majoris, & ſanioris parte conſilii (mm) fuerit conſtitutum, nec conſtitutionem noſtram impediat, ſi forte aliquis ad ſervandam eccleſiæ (nn) conſuetudinem, ſe juramento dicit eſſe (oo) aſtrictum, non enim dicenda ſunt juramenta, ſed potius perjuria (pp), quæ contra eccleſiaſticam utilitatem (qq), & ſanctorum patrum inſtituta veniunt (rr). Si quis autem (ſſ) hujuſmodi conſuetudines, quæ nec ratione juvantur, nec ſacris [tt] congruunt inſtitutis, jurare

*ſine mora*, Barcin. quod non æque placet. *a* Sic etiam Cont. *unde & mirati*, concil.
*b* Sic etiam Cont. *ſicut*, *& merito inde mirari poſſumus*, concil. *c* *Et in confirm.* duo Tarracon.
*d* Multa in concil. deſiderantur, quæ recte Contius edidit, exceptis interpunctionibus in illis verbis ( *eccleſiæ ipſius. Interdum* &c. ) & in illis [ *confirmationibus. Juxta eorum* &c. ] neque enim ſunt ea verba ſeparanda, ſed conjungenda utrubique. *e* Ante hæc verba in Barcin. ſcriptum eſt: *omiſſis eccleſiæ tuæ canonicis*, non recte: fuerant enim hæc antea ſcripta. *f* Sic etiam Cont. & concil. *non procedis*, in marg. concil. ex alicujus docti viri divinatione, cum multa potius illic verba deſiderentur. *g* Vox *&* in uno Tarrac. non eſt.
*h* Sic etiam Cont. vox *etiam*, in concil. non eſt.
*i* *Prorſus non decet*, Cont. *non decet*, concil. voce *prorſus* omiſſa: ſed in priore concil. edit. *decet*, fuit; quod facilius in *dedecet* mutari poteſt. *k* Sic etiam in concil. *fuerint* pro *fuiſſent*, Cont. Hoc ipſum Cæſarem Dictatorem feciſſe Cicero in epiſtul. auctor eſt. *l* *Proponere*, in priori concil. editione, mendoſe.
*m* *Unum corpus exiſtere*, conc. & Cont. plenius. *n* *Pr.* in concil. non eſt, omnia a Raim. & Contio ſunt omiſſa. *o* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *& confirmat.* Cont. & alii.
*p* Sic etiam in concil. *eccleſiæ tuæ*, Raim. & Cont. *q* *Vel Majoris*, unus ex veter. Gregor.
*r* Vox *negotia* in Gregorianis omittitur, eſt in concil. *s* *Statuens*, vet. Gregor. ut editum eſt, alter vetus codex: *ſunt, ſtatuas*, Cont. & alii: *ut quæ ſtatuenda fuerint*, *ſtatuas*, concil.
*t* *Et*, in veter. Gregor. non eſt: ceteri habent. *u* *Evellas*, concil. & Raim. & duo Tarracon. videntur autem hæc ex Hieremiæ cap. 1. ſumpta: *ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes:* refert eadem Innoc. 3. ſub tit. de majoritate, & obedientia, cap. 2. in 3. collect. *x* *Aliquatenus ſcribi facias*, conc. *Abſentium quoque nomina fratrum ſcribi non facias*, vet. Greg. *inſcribi* pro *ſcribi* in altero mutatum eſt: *Abſentium quoque fratrum nomina inſcribi non ſinas*, Cont. & alii.
*y* Sic etiam concil. *merito*, Raim. & Cont. *z* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*aa* *Scribentur*, concil. *bb* *Decrevimus*, olim vetus Tarracon.
*cc* *Cap.* 16. ex concil. non *cap.* 11. ut Cont. edidit: ut editum eſt, Raimund.
*dd* Sic etiam Raim. & Cont. *ſenioribus* concil. & in uno ex veter. Gregor. quod elegantius dicitur.
*ee* Sic etiam Raim. *& reprehenſione eſt dignum*, conc. non male. *ff* Sic etiam Raim. *quarundam eccleſiarum*, conc.
*gg* Hæc Raim. & Cont. omittunt: *multotiens* pro *multorum*, concil. cetera, ut edita ſunt.
*hh* Sic etiam veteres Gregor. & concil. *ad ordinat. eccleſ.* Cont. & alii. *ii* Sic etiam in concil. *non permittant*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *kk* Sic etiam Raim. & Cont. *rationabile fuerit oſtenſum*, concilia: *vel oſtenſum*, unus ex veter. Gregorianis. *ll* *Sortiatur*, unus ex veter. Gregorianis.
*mm* *A majoris*, *vel ſanioris parte concilii*, in conc. *a majori*, *& ſaniori parte capituli*, Raim. & Cont. *conſilii* pro *capituli*, unus Tarrac. cetera, ut Raim. *nn* *Ad conſervandam eccleſiæ ſuæ*, concil. & Raimund. & vetus Tarrac. *oo* *Dicat*, concil. & Raim. altera voce omiſſa. *pp* Sic etiam in concil. *non enim juramenta*, *ſed potius perjuria ſunt dicenda*, vetus Gregor. *nec enim* &c. ut vetus, Contius, & alii.
*qq* *Utilitatem eccleſiaſticam*, concil. & duo Tarrac. & veteres Gregor. *utilitatem eccleſiæ*, Cont. & alii.
*rr* *Veniunt inſtituta*, duo Tarracon. aptius, ſi illorum temporum conſuetudinem ſequamur.
*ſſ* Sic etiam Raim. *Si aliquis*, conc. *Si quis enim*, unus ex veter. Gregor. *tt* Sic etiam veteres Gregor. *non* pro *nec* Cont. & alii priori loco: *ratione juvantur*, *& ſacris*, concil. non ſine mendi ſuſpicione.

rare (*a*) præſumpſerit, donec condignam [*b*] egerit pœnitentiam, a perceptione dominici corporis exiſtat alienus (*c*).

## TITULUS XI.

## DE REBUS ECCLESIÆ ALIENANDIS (*d*), VEL NON ALIENANDIS (*e*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Lugdun.* (*f*)

De reb. eccl. cap. 1. NON liceat [*g*] Epiſcopo, nec Abbati (*h*) terram eccleſiæ (*i*) vertere ad aliam, quamvis ambæ ſint in ejus poteſtate: tamen ſi commutare voluerint terras eorum [*k*], cum conſenſu ambarum faciant (*l*).

### CAPUT II.

*Ex eodem* [*m*].

c. 2. eod. QUI res (*n*) eccleſiæ petunt a Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt (*o*), irrita habeantur, quæ obtinent, & a communione eccleſiæ, cujus facultatem auferri [*p*] cupiunt, excludantur.

### CAPUT III.

*Ex concilio Toletano* (*q*).

CONſenſus totius concilii diffiniunt (*r*), ut ſacerdotes (*s*), qui aut res ſuas eccleſiæ (*t*) relinquunt, aut nil habentes, aliqua tamen (*u*) prædia, aut familias eccleſiis ſuis conquirunt (*x*), liceat illis aliquos (*y*) de familiis (*z*) eccleſiæ ejuſdem manumittere juxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreverunt, ita ut cum peculio, & poſteritate ſua, ſi ingenui ſunt (*aa*), ſub patrocinio (*bb*) eccleſiæ maneant, utilitates injunctas ſibi, juxta quod potuerint [*cc*], proſequentes. cap. 3. eod.

### CAPUT IV.

*Ex concilio apud Silvan.* (*dd*)

NUlli liceat alienare rem immobilem eccleſiæ (*ee*), ſive agrum, ſive ruſticum mancipium, ſive domum, ſive ortum [*ff*], nec cre- c. 5. eod.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. *irritare*, concil. *b* *Donec dignam*, Raim. *donec congruam*, concil.
*c* *Sit alienus*, veteres Gregor. *a dominici corporis perceptione fiat alienus*, concil. *a perceptione ſit dominici corporis alienus*, Cont. & alii. *d* *Eccleſiaſticis* pro *eccleſiæ*, vetus Tarrac. & Barcin. ut editum eſt, Raim.
*e* *Vel non*, Raim. & Cont. & duo Tarrac. *f* *Laudun.* vetus Gregor. *Lugudun.* alter minus vetus. *Lugdun.* 4. Cont. & alii; *ex concil. Lugdun. cap.* 5. Burchard. lib. 3. cap. 24. & Ivo parte 3. cap. 29. decreti; *Ludu.* unus Tarrac. *Lugent.* alter mendoſe. *g* Sic etiam Burch. & Ivo. *Non licet*, Barcin. & Raim.
*h* Sic etiam Burch. & Ivo: *vel* pro *nec* Raim. *i* Sic etiam Burch. & Ivo: *terram unius eccleſiæ*, Raim. & Cont. aptius. *k* *Earum*, Burch. & Ivo rectius: *voluerit terras earum*, Raim. & Cont. & unus Tarrac.
*l* *Faciat*, vetus Gregor. & unus Tarracon. *fiat*, Ivo: *cum conſenſu amborum faciant*, Burch. editus: ſed in veteri eſt *ambarum: cum conſenſu ambarum partium faciant*, Barcin. *faciat*, Cont. & alii, cetera, ut Barcin.
*m* Sic etiam Raimund. & Cont. addi potuiſſet *cap. XI.* ut refert Burch. lib. 15. cap. 36. & Ivo Carn. parte 16. cap. 37. decreti: ſed in libris conciliorum eſt *cap.* 4. *concilii Arvernenſis.*
*n* *Qui reculam*, concil. ceteri omnes, *Qui res.* *o* *Capiunt*, unus ex veter. Gregor.
*p* *Auferre*, Barcin. & duo Tarrac. & ceteri libri: *auferri*, olim vetus Tarracon.
*q* Sic etiam Raim. & Cont. *ex concil. Toletano* 5. *cap.* 69. Burch. lib. 3. cap. 177. in veteri tamen libro num. 5. deſideratur; rectius Ivo parte 3. cap. 238. decreti, *ex concil. Toletano* 4. *cap.* 68. ut ex lib. conc. conſtat.
*r* *Diffinivit*, vetus Tarracon. *s* Sic etiam concil. & Burchard. & unus ex veter. Gregor. *ſacerdotes*, alter vetus Gregor. *ut* omiſſo: *ut ſacerdotibus*, Ivo, & Cont. & alii. *t* Sic etiam concil. Burch. & Ivo: *eccleſiis* vetus Tarracon. *eccleſiæ ſua*, veteres Gregor. *aliquid eccleſiæ ſuæ*, Cont. & alii.
*u* Sic omnes præter Raim. qui vocem *tamen* omiſit. *x* Sic etiam concil. Burchard. & Ivo: vox *ſuis* in Barcin. deſideratur, & olim non erat in veteri Tarracon. *eccleſiis ſuis adquirunt*, Raim. & Cont.
*y* Sic etiam Burch. & veteres Gregor. *licebit* pro *liceat*, concil. *liceat aliquos*, Ivo, & Cont. & alii.
*z* *De familia*, Raim. ſolus: *de famulis*, unus Tarrac. *aa* Sic etiam Burch. & Ivo: *ingenui*, concil. aliis omiſſis: omnia Raimund. & Cont. omittunt, quod recte factum cenſeo.
*bb* Sic omnes, ſed vidi, *ſub patrimonio*, in marg. cujuſdem editi libri, quod improbo.
*cc* Sic concil. Burch. & Ivo: ſic etiam vetus Gregor. *poterunt*, Cont. & alii: *poterint*, vetus Burch. liber *oportuerit*, vetus Tarrac. non male.
*dd* Sic etiam in veteri Gregor. *Silvanum*, vetus Tarrac. *Silvanen.* Cont. & alii: *apud Silvanectim præſente Ludovico Rege cap.* 5. Burch. lib. 3. c. 164. ſed certius eſt apud Ivon. part. 3. c. 183. decreti, *ex novella* 7. *Juſtiniani cap.* 1. ſunt autem Juliani Anteceſſoris verba. Nov. 7. cap. 1. Concilii apud Silvanectim, ſive apud Convicinium villam publicam ſecus civitatem Silvanectis, mentio fit in epiſt. Nicolai, apud Anſelm. lib. 2. cap. 64. & lib. 12. cap. 34. vid. Grat. diſt. 10. cap. 1. Hoc etiam cap. exſtare dicitur lib. 2. cap. 29. capitular.
*ee* Sic etiam Burch. *ſuæ*, additur in veteribus Gregor. quæ vox non eſt in aliis; neque apud Cont. Pluribus verbis Julian. & Ivo poſt Juſtinian. *Nulli ſub Romana ditione conſtitutæ eccleſiæ, vel xenodochio, vel ptochotrophio, vel noſocomio, vel orphanotrophio, vel gerontocomio, vel brephotrophio, vel monaſterio tam monachorum quam ſanctimonialium Archimandritam habenti, vel Archimandritiſſam: ergo his omnibus non liceat alienare rem immobilem.* Hæc Julian. pro quibus Ivo alia refert in hanc ſententiam: *Nullus ſub Rom. ditione conſtitutam eccleſiam, vel xenodochium* &c. *vel monaſterium* &c. *Archimandritam habens, vel Archimandritiſſam infeſtare audeat. Ergo his omnibus non liceat alienare rem immobilem.* Græca Juſtiniani verba cum Juliano faciunt: Θεσπίζομεν μήτε τὴν ἁγιωτάτην τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως μεγάλην ἐκκλησίαν, μήτε τὰς ὑπ' αὐτὴν οὔσας. *&* *poſt alia* μήτε τὰς ἄλλας ἁπάσας ἐκκλησίας. *&* *poſtea*: μήτε ἄλλον μηδένα πανταχοῦ μήτε πατριάρχην μήτε ἐπίσκοπον. *&* *poſt aliorum præfectorum enumerationem*, ἢ μοναστηρίου ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡγούμενον ἢ, ἡγουμένην, ἢ τινὰ ὅλως προεστῶτα τῶν εὐαγῶν συστημάτων, ἄδειαν ἔχειν ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον. *Sancimus*, inquit, *neque ſanctiſſimam hujus felicis Urbis magnam eccleſiam, neque eidem ſubjectas, neque alias eccleſias, neque alium quemvis Patriarcham, Epiſcopum*, &c. *aut monaſterii virorum, vel mulierum Præfectum, aut Præfectam, aut cujuſcumque alterius pii collegii præpoſitum licentiam habere alienandi immobilem rem.* *ff* Quattuor verba poſtrema omittunt Raim. & Cont. ab aliis ordo immutatur: *ſive domum, ſive agrum, ſive hortum, ſive ruſticum mancipium.* Julian. Burch. & Ivo. Ἐν οἰκίαις ἢ ἐν ἀγροῖς ἢ ἐν κήποις ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις, μήτε γεωργικὸν ἀνδράποδον. Juſtin. *in domibus, ſive in agris, ſive in hortis, aut in aliis quibuſcumque neque ruſticum mancipium.* Additur poſt hæc verba a Juliano, *vel panes civiles*, quod Græce eſt, μήτε πολιτικὴν σίτησιν. in Leonis conſtit. cujus poſtea fit mentio, hæc verba ſunt: *fundos, vel prædia, ſive urbana, ſive ruſtica, res poſtremo immobiles, aut in his prædiis colonos, vel mancipia conſtituta, aut annonas civiles, cujuſcumque ſuprema, vel ſuperſtitis voluntate ad religioſas eccleſias devolutas.*

creditoribus ſpecialis hypothecæ titulo obligare (*a*). Alienationis autem verbum contineat condicionem, donationem, permutationem, & emphyteuſis perpetuum contractum (*b*), ſed omnes ſacerdotes ab hujuſmodi alienatione abſtineant [*c*], pœnas timentes, quas Leonina conſtitutio minatur (*d*).

## CAPUT V.

*Ex concilio Toletano* (*e*).

cap. 4. eod. EPiſcopi, qui nihil [*f*] ex proprio ſuo eccleſiæ conferunt (*g*), liberos ex familiis [*h*] eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impium enim eſt, ut qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non contulerit (*i*), damnum eccleſiæ inferat (*k*). Tales igitur liberos (*l*) ſucceſſor Epiſcopus abſque aliqua [*m*] oppoſitione [*n*] ad jus eccleſiæ [*o*] revocabit.

## CAPUT VI.

*Symmachus Papa* (*p*).

SI quis presbyterorum (*q*), diaconorum, ſeu defenſorum alienanti (*r*) prædium eccleſiæ ſuoſcripſerit, quo iratus Deus animas percutit (*s*), anathemate feriatur, ſervata (*t*), quam præmiſimus, in alienatorem (*u*) vindicta, niſi forte & alienator ſibi, dum repetit (*x*), & qui acceperit (*y*), celeri reſtitutione (*z*) proſpexit (*aa*), quod ſi minorem animæ ſuæ curam (*bb*) quiſquam remedium (*cc*) oblatum forte negle- c. 6. eod.

*a Neque* pro *nec* Burch. & duo Tarrac. *neque ſpecialis* &c. Raimund. & Cont. omiſſa voce *creditoribus*. *Neque creditoribus ſpeciales hipotheticæ titulo obligare*, Ivo mendoſe: *neque creditoribus ſpeciali, vel generali hypothecæ titulo obligare*, Julian. ſed in aliis libris rectius, ut editum eſt: nam Græce hæc ſunt. Μήτε κατὰ ἰδικὴν πρόφασιν ἐνεχύρου παραδιδόναι τοῖς δανεισταῖς.

*b Emphyteoſeos* pro *emphyteuſis*, Burch. *continet condicionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyt. perpetuum contractum*, vet. Greg. *emphyteuticum* pro *emphyt.* Cont. & alii; *emphyteoſis*, alter vetus liber. *Alienationis autem verbum continet venditionem, donationem, permutationem, & emphyteuſeos perpetuum contractum.* Julian. *&*, omittit Ivo, cetera, ut Julian. *Condicionem* mendoſe ſcripſerunt pro *venditionem* Burchardi librarii, mox Papienſ. eam retinuit, Raimundus utramque vocem edidit, crucem, ut ajunt, interpretibus relinquens. Græca verba hæc ſunt: Τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα γενικώτερον διὰ τοῦτο τεθείκαμεν, ἵνα κωλύσωμεν καὶ πρᾶσιν καὶ δωρεὰν καὶ ἀμειψιν καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκτεινομένην ἐμφύτευσιν, ἥγε οὐδὲ πόῤῥω καθέστηκεν ἐκποιήσεως. hoc eſt: *Alienationis autem nomen generale ideo poſuimus, ut prohiberemus & venditionem, & donationem, & permutationem, & in perpetuum porrectam emphyteuſin, quæ non longe ab alienatione diſtat.*

*c Unde* pro *ſed* Raim. & Cont. *ſed omnes omnino*, Julian. & Burch. cetera, ut edita ſunt. *Sed omnes omnino ſacerdotes hujuſmodi alienatione abſtineant.* Ivo d. parte 3. *Omnes omnino ſacerdotes a rerum eccleſiaſticarum alienatione ſe abſtineant.* Idem parte 17. cap. ult. quod ultimum etiam eſt ejus voluminis. Ἀλλὰ πάντας πανταχοῦ τοὺς ἱερεῖς τῆς τοιαύτης ἐκποιήσεως εἴργομεν. Juſtin.

*d* Sic etiam Julian. & Ivo part. 3. *Leoniana*, Burch. & Ivo d. cap. ult. & vetus Gregor. & duo Tarrac. *comminatur*, Raim. & Cont. Ταῖς ποιναῖς ὑποκειμένους αἷς ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐχρήσατο διάταξις. Juſtin. *pœnis*, inquit, *ſubjectos, quibus Leonis piæ memoriæ utitur conſtitutio.* Poſt verba hujus capitis addunt alia Ivo, & Julianus, quæ longum eſſet referre. *e* Sic etiam Burch. lib. 3. cap. 189. & Ivo d. part. 3. cap. 249. & Raimund. & Cont. *Toletano quarto* Grat. rectius, 12. q. 2. cap. 39. quod in Contiana editione eſt 38. adde *cap.* 66. ex concil. erat autem hoc caput ante cap. 3. ſtatuendum, quod ex eodem concilio eſt, cap. 68. *f* Sic etiam Burch. Ivo, & Raimund. ſed ante hæc verba addi potuit; *Pars cap.* ET SI ILLI: ex Grat. & conc. Integra clauſula hæc eſt ibidem: *Etſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, æterni judicis voce in futuro condemnabuntur: quanto magis hi, qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt? Qua propter* &c. ſic in concil. *quod non*, pro *quæ non*, Grat. Surius, *qui non* edidit mendoſe: *illi Epiſcopi*, eſt in uno veteri Grat. lib. & *diſtribuerint* pro *diſtribuunt* in altero, ſed alii quinque veteres, ut editi.

*g Chriſti conferunt*, pro *conferunt*, Barcin. & duo Tarracon. & Burch. & Ivo; *proprio eccleſiæ Chriſti conferunt*, Raimund. & Cont. *proprio ſuæ eccleſiæ Chriſti compenſaverunt*, concil. non ſine mendo: in Suriana editione, *ſuo* pro *ſuæ*; in aliis recte eſt: *ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compenſaverunt*, Gratian.

*h* Ante hæc verba eſt in conc. *hanc divinam ſententiam metuant, & libertos ex familiis* &c. *liberos ex familia*, Grat. cetera, ut in conc. ut editum eſt, Burch. & Ivo: *libertos ex famulis*, vet. Greg. *liberos ex famulis*, unus Tarr. & Cont. & alii; & 4. veteres Grat. libri. *i* Sic etiam concil. Burchard. Ivo, & Grat. *eccleſiæ non attulerit*, Raim. & Cont. *non contulerint*, vetus Gratian. liber. *k* Sic etiam Burch. & Ivo: *damnum inferat*, Raim. & Cont. *damnum inferat, & jus eccleſiæ alienare contendat*, concil. & Gratian. *inferant*, & *contendant*, unus ex vet. Grat. libris. *l* Sic etiam Gratian. & Raimund. & Cont. *libertos* pro *liberos* Burch. & Ivo & unus ex veter. Gratian. libris. *Tales ergo libertos*, concil. *m Abſque ulla*, Gratian. ſolus.

*n Obſtinatione*, vetus Burch. liber. *o Eccleſiaſticum*, unus ex veter. Gregor. Poſt verba hujus capitis eſt in concil. *quia eos non æquitas, ſed improbitas abſolvit*: ſic etiam Grat. quæ verba ceteri omiſerunt: *ſed etiam improbitas*, duo ex veter. Grat. libris, non recte. *p* Sic etiam Raim. addit autem Contius non male, *in ſynodo Romana tertia cap.* 4. 5. 6. 7. *&* 8. ſimilis ſententia exſtat in ſynodo ſexta Romana, ex qua ſunt verba relata ab Ivone, parte 3. cap. 182. & a Grat. 12. q. 2. cap. 21. incipit *Indigne.*

*q* Sic etiam Raim. & Cont. ſed in concil. aliis verbis: nam cap. 4. agitur de Apoſtolicæ ſedis Præſule alienante prædium ruſticum, ut apud Grat. 12. q. 2. cap. 20. qui multa mutat: id porrigitur ad presbyteros titulorum Romanæ urbis cap. 6. ejuſdem 3. ſynodi, ut 17. q. 4. cap. 1. apud Grat. paucis immutatis: at c. 7. ejuſdem ſynodi hæc verba ſunt: *Præterea qui petierit, aut acceperit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, ſeu defenſorum dami ſubſcripſerit* &c. *r Alienari*, vetus Gregor. non recte.

*s* Hoc etiam dicitur in ſynodo 6. & apud Grat. & Ivonem ſumptum videtur ex fulmine Jovis apud poetas, ſed hoc majus fulmen eſt, quo animæ percutiuntur. *t* Hæc uſque ad illa *niſi forte* Raim. & Cont. omittunt: ſunt in concil. & multo plura d. cap. 7. *ſitque accipienti, vel ſubſcribenti de perſonis ſuperius comprehenſis, ideſt, quas anathemate feriri cenſuimus, inſtituta pœna contubernalium ſervata*: in ſexta quoque ſynodo alia ſunt, quæ lectori conferenda relinquimus. *u In alienatore*, Tarrac. tres & Barcin. & concil. quod ferri potuit: *in alienatione*, vetus Tarracon. in quo olim, *in alienatore*, fuerat. *x* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *y Acceperat*, unus Tarrac. *quod* pro *qui*, mutatum in veteri Tarracon.

*z Remedio* quidam Gregoriani libri. *aa Proſpexerit*, concil. & duo Tarracon. Barcin. *ſibi proſpexerit*, vetus Gregor. *ſibi proſpexerint*, Cont. & alii. *bb* Melius in concil. & in duobus Tarracon. & in Barcin. eſt, *quod ſi minore animæ ſuæ cura*, eſt autem hoc initium capitis 8. ſynodi tertiæ: *qui ſi minore*, &c. vetus Gregor. ut in concil. Cont. & alii. *cc* Sic etiam in concil. vox *quiſquam* a Raim. & Contio eſt omiſſa.

glexerit [a], ſuper ea pœnarum genera [b], quæ ſuperius tenentur adſcripta, contra fas, ſi quod præceptum (1) fuerit documentum (c), univerſis viribus ſuis [d], quamvis ab initio nullas vires habuerit (e), efferetur (f). Sed etiam liceat [g] quibuſcumque eccleſiaſticis perſonis vocem (h) contradictionis offerre, & eccleſiaſtica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus poſſint alienata repoſcere (i). Hujus autem (k) conſtituti [l] legem in Apoſtolica tantum volumus ſede ſervari, univerſis eccleſiis per provincias, quæ propoſito [m] religionis convenire rectores earum viderint, more ſervato.

## CAPUT VII.

*Alexander III. Wigor. Epiſcopo (n).*

cap. 7. eod.

AD aures & infra [o]. Illas vero terras (p), quæ de ſilvis extirpatæ ſunt, arabiles factæ, eis hereditario jure ſub annuo cenſu (q) poteris concedere tenendas, a quibus ipſas ſuo (r), vel parentum ſuorum labore conſtiterit fuiſſe extirpatas [s], niſi forte aliis (t) poſſent (u) ad majorem tuæ eccleſiæ utilitatem, cum eodem onere, & labore (x) conferri.

Non ponitur. (z) Poſt conc. Lat. part. 29. cap. 7.

## CAPUT VIII.

*Idem [y].*

DE poſſeſſionibus [aa] autem laicis ſub modico cenſu conceſſis, noverit tua fraternitas, quod ſi eccleſia tua læſa eſt, & manifeſte appareat detrimentum, cum Epiſcopo deteriorem ipſius eccleſiæ condicionem facere non licuerit, & eccleſia jure minorum ſemper debeat illæſa ſervari, quæ in damnum ipſius data conſtiterit, ad jus ipſius convenit, proprietatemque redire: providendum eſt tamen, ne ſi forte colonus poſſeſſiones illas expenſis, ac labore ſuo reddiderit meliores, ſumptibus, quos bono animo fecit, debeat defraudari.

# TITULUS XII.

# DE PRECARIIS.

## CAPUT I.

*Ex concilio apud Belvacum (bb).*

PRecariæ (cc) de quinquennio in quinquennium ſecundum antiquam conſuetudinem, & auctoritatem (dd) renoventur. De precar. c. 1.

## CAPUT II.

*Ex concilio Carthaginenſi (ee).*

DE precariis quoque, quæ a rectoribus eccleſiarum irrationabiliter fiebant [ff], & ſe (gg), ſuoſque ſucceſſores pœna gravi obligabant (hh), ut facta ipſorum nequiviſſent abſolvere (ii), præcipimus, ut nemo ſucceſſor in anteceſſoris ſui pœnam (kk) ſit obligatus, c. 2. eod. t.



[1] Alii, *conceptum*.

*a* Sic etiam in concil. *neglexerint*, Raimundus, & Contius altera voce prætermiſſa.

*b Supra* pro *ſuper*, in concil. aptius: *præter pœnam ſuper hoc adſcriptam*, Raimund. & Cont.

*c Conceptum* pro *præceptum*, concil. & duo Tarrac. ſed in altero *ceptum* olim fuerat: in altero *quod* deſideratur: *ceptum*, Barcin. *confectum exinde documentum*, Raim. & Contius. *d* Vox *ſuis* in concil. non eſt: *viribus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: vox ipſa *viribus* in veteri Gregor. deſideratur.

*e* Sic etiam vetus Gregor. *nullas habuerit*, concil. & duo Tarrac. & Cont. & alii; *nullas habuit*, alter minus vetus Gregor. *f Effectetur*, Barcin. *effœtetur*, concil. *vacuetur*, Raim. apertius, *effeteretur*, unus Tarrac. ideſt *evacuetur viribus*, Alan. vel *offerretur ad incidendum*: ut 12. q. 2. APOSTOLICOS. Tancr.

*g* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *licet*, Cont. & alii. *h Libellum*, unus Tarrac.

*i Poſſit* pro *poſſint*, in concil. *& ut cum fructibus poſſint alienata repoſcere, eccleſiaſtica auctoritate fulciri*, vetus Gregor. *ut &* pro *& ut*, Cont. & alii: iidem quoque addunt *Et* ante vocem *eccleſiaſtica*, in alio veteri & utrubique deſideratur, & *fulciti* habet pro *fulciri*: *poſſunt* pro *poſſint*, olim unus Tarrac.

*k* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt autem in concil. plenius: nam ante hæc verba ita ſcriptum eſt: *nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, quia religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit*, concil. d. cap. 8. & in ſyn. 6. & apud Ivon. & Grat. paucis exceptis. *l Conſtitutionis*, concil. *m Secundum animarum conſiderationem, quem propoſito*, concil. plenius.

*n Vuigorn. Epiſcopo*, in concil. parte 29. cap. 4. tit. de alienatione rerum eccleſiæ, & de earundem recuperatione. *Wig. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vigor.* vetus Tarrac. & Cont. & alii. *Vigorn.* alter vetus Gregor.

*o* Sic etiam Raim. & Cont. *Pars c.* AD AURES. Barcin. hæc in concil. non ſunt, integra clauſula eſt fortaſſe cap. 15. parte 6. in concil. & in hac collect. cap. 2. de eo, qui cognovit &c. *ad auras*, Cont. mendoſe. *Illas*, in marg. *p* Vox *vero* a Raimund. eſt omiſſa, exſtat in concil.

*q Sub annua penſione, hereditario jure*, unus Tarrac. *r Ipſas ſuorum*, concil. *ſuo* Raim. & Cont. altera voce omiſſa. *s* Vox *fuiſſe* a Raim. & Contio eſt omiſſa, exſtat in concil. *t* Sic etiam in concil. *alii*, Barcin. *niſi forte tunc aliis*, Raim. & Cont. *u Poſſint*, concil. & Raim. *x Honore* pro *onere*, concil. & duo Tarr. *labore, & onere*, Raim. *honere*, vetus Gregor. *honore*, non ita vetus. *y* Addendum videtur, *Alliſano Epiſcopo*, ut cap. un. ſupra de in integrum reſtitutione. Addi etiam potuit, *Pars cap.* REQUISIVIT.

*z* Sic in uno Tarrac. ſed falſo: ſcribendum eſt: *De in integr. reſtit. cap.* 1. *aa* Vide d. cap. 1. adſcripta.

*bb Apud Belvacen.* Raimund. & Cont. mendoſe: *ex concilio Belvacenſi*, Grat. ſive Palea 10. q. 2. cap. 6. *apud Belvacum, cui Ludovicus Imperator intererat cap.* 13. Burch. lib. 3. cap. 169. *ex concilio Belvacen. præſente Ludovico cap* 13. Ivo Carnot. parte 3. cap. 230. decreti. In veteri Burch. libro eſt, *apud Belvacum cap.* 16. aliis omiſſis: vide Melden. cap. 17. & 21. & 22. *cc* Sic etiam Grat. & Raim. *Ut precariæ*, Burch. & Ivo: hoc genus contractus ignotum veteribus Romanis, hodie quoque non adgnoſcimus; cur igitur vexamur his legendis? Vide conc. Toletan. 6. cap. 5. *dd* Sic etiam Burch. & Ivo: *& auctoritatem*, apud Grat. omiſſa ſunt; in uno tamen veteri libro exſtant: *ſecundum auctoritatem & antiquam conſuetudinem*, Raimund. & Cont.

*ee* Sic etiam Grat. ſive Palea 10. q. 2. cap. 7. & Raim. & Cont. ſed in conciliis nondum invenimus: exſtat conſt. Lotharii totidem verbis lib. 3. tit. 8. cap. 2. legum Longob.

*ff* Vox *quoque* a Grat. ſive Palea eſt omiſſa: ſed eſt in vet. libro, & in Longob. *De precariis irrationabiliter factis a rectoribus eccleſiarum* Raim. & Cont. *rationabiliter*, eſt in tribus veteribus Grat. libris.

*gg* Vox *&*, a Raim. eſt omiſſa, habet Grat. & Long. *hh* Sic etiam Grat. & Long. *obligantibus* Raim.

*ii Diſſolvere* pro *abſolvere*, Gratian. *diſſolvere nequeant*, Raimund. & Cont. *nequiviſſent ſic ſolvere*, vetus Grat. liber: *nequiſſent* pro *nequiviſſent*, tres alii veteres: *nequirent diſſolvere*, Long.

*kk Pœna*, duo Tarrac. & Barc. & Grat. *anteceſſoris ſui pœna*, Raim. & Cont. *pœna ſtatuta* pro *pœnam*, Long.

ſed ſuæ prudentiæ (*a*) ſit conceſſum (*b*), ut ſi anteceſſor ejus res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuerit (*c*), ab eo ad jus (*d*) ejuſdem eccleſiæ (*e*) revocentur.

## TITULUS XIII.
## COMMODATI (*f*).
### CAPUT I.
*In Exodo* (*g*).

Non ponit. SI quis commodaverit proximo ſuo bovem, aſinum, & ovem, & omne jumentum ad cuſtodiam (*h*), & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus (*i*), nulluſque hoc viderit, juſiurandum erit in medio (*k*), quod non extenderit manum ad rem proximi ſui (*l*), ſuſcipietque dominus juramentum, & ille reddere non cogetur (*m*). Quod ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum domino (*n*), ſi comeſtum a beſtia, deferat ad eum, quod occiſum eſt, & non reſtituet [*o*], qui a proximo ſuo quidquam poſtulaverit horum mutuum (*p*), & debilitatum, aut mortuum fuerit domino non præſente, reddere compelletur (*q*): quod ſi in præſentia fuerit dominus, non reſtituet (*r*), maxime ſi conductum fuerit pro mercede operis ſui [*s*].

### CAPUT II.
*In Exodo* (*t*).

SI quis commodaverit amico ſuo pecuniam, aut vas in cuſtodiam (*u*), & ab eo, qui ſuſceperat, furto ablata fuerint (*x*), ſi invenitur fur, duplum reddet [*y*], ſi latet, dominus applicabitur ad Deos (*z*), & jurabit, quod non ex- Non ponitur.

*a* *Providentiæ*, Grat. & duo Tarr. & Raim. & Long. *al.* PRUDENTIÆ, unus ex veter. Gregor.
*b* Vox *ſit* in Long. deſideratur. *c* *Diſtribuit*, Grat. & vetus Tarrac. & Raim. *diſtribuerit*, Long.
*d* *Eidem eccleſiæ ad jus tenendum revocetur*, Long. *e* *Eccleſiæ ejuſdem*, Grat. & Cont. vox *eccleſiæ*, in veteri Gregor. deſideratur: *ejus eccleſiæ*, vetus Tarracon.
*f* *De commodatis*, Barcinon. & duo Tarracon. *De commodato*, Raimund. & Cont.
*g* Cap. unicum eſt in Barcin. & in duobus Tarrac. nam cap. 2. eſt ſub tit. de depoſitis: qua ratione ordo præpoſterus duorum capitum minus offendet lectores: ſunt autem eorum verba cap. 22. Exodi *. Bernardus Papienſ. hæc in ſcholiis adſcripſit, quæ ad omnia capita ex veteribus ſacris libris ſumpta pertinent. Debuit autem Raim. eadem cautione uti, ut minus in ſimilibus laboraremus: *Hæc*, inquit, *& alia, quæ de textu Pentateuchi huic inſerui volumini, ad hoc appoſui, ut ſciatur, quid de talibus fuit in veteri lege ſtatutum, non quod omnia credam ad litteram eſſe ſervanda* ut diſtinct. VI. part. ult. B.

* Ex capitular. c. 23.

*h* *Commendaverit* pro *commodaverit* Complut. pro *& ovem*, eſt *ovem*, *&*, omiſſo: *commodaverit*, olim in vet. Tarracon. mox *commendaverit bovem, vel aſinum*, eſt in eodem lib. ἐὰν δὲ τις δῷ τῷ πλησίον ὑποζύγιον ἢ πρόβατον ἢ μόσχον ἢ πᾶν κτῆνος φυλάξαι. LXX. *Si quis dederit*, inquit, *proximo jumentum, aut ovem, aut vitulum, aut quodcumque animal ad cuſtodiendum. Agnum* pro *ovem* Chald. interpres, quod etiam πρόβατον ſignificat. ὑποζύγιον *ſubjugale*, κτῆνος *jumentum*, Complut. Quod cuſtodiendum datur, ad tit. locati, non commodati pertinet. *i* Sic etiam Complut. Καὶ συντριβῇ ἢ τελευτήσῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται. LXX. *& mortuus fuerit, aut confractus, aut ductus in prædam*, Chald.
*k* Sic etiam Complut. Καὶ μηδεὶς γνῷ, ὅρκος ἔσται τοῦ θεοῦ ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων. LXX. hoc eſt: *& nemo noverit. Dei juſjurandum inter utrumque erit*, ſive *intercedet inter ambos*, Compl. *nullo vidente*, Chald.
*l* Sic etiam Lat. Compl. ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐπὶ τῆς παρακαταθήκης πλησίον. LXX. *profecto non ipſum nequam fuiſſe in depoſito proximi*, Compl. Chaldæus cum editis facit.
*m* Sic etiam Compl. Καὶ οὕτως προσδέξεται ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀποτίσει. LXX. *atque ita dominus ejus ſuſcipiet, ſive pro recepto habebit, quod amiſit, ſive recepto ſacramento contentus erit, & non ei reſarcietur damnum a cuſtode*: ſed verborum conceptio brevis eſt: *& nihil reſtituet*, Chald.
*n* *Et ſi* pro *Quod ſi*, Complut. Ἐὰν δὲ κλαπῇ παρ' αὐτοῦ ἀποτίσει τῷ κυρίῳ αὐτοῦ. LXX. *ſi autem ſublatum fuerit ab eo, ſolvet domino ejus*, Compl. *ab eo* ambiguum eſt, num ipſe furtum fecerit, an alius eo cuſtodiente, quod magis videtur ſignificare παρ' αὐτοῦ, *ab eo* etiam additur in Chald.
*o* Sic etiam Lat. Compl. Ἐὰν δὲ θηριάλωτον γένηται, ἄξει αὐτὸ ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ οὐκ ἀποτίσει. LXX. *Si autem a beſtia comeſtum fuerit, ducet illud ad oſtium, & non ſolvet*, Compl. *Si dilaceratum fuerit, adferat, quod dilaceratum eſt in teſtimonium, & non reſtituet*, Chald.
*p* *Quidquid horum mutuo poſtulaverit*, Lat. Compl. Ἐὰν δὲ αἰτήσῃ τις παρὰ τοῦ πλησίον. LXX. *ſi autem petierit quis a proximo*, Compl. *Et quando mutuo acceperit vir a proximo ſuo*, Chald. Hæc magis ad commodati titulum pertinent: *poſtulavit* pro *poſtulaverit*, duo Tarracon. ſed in altero *ve* additum eſt.
*q* Sic etiam Compl. Καὶ συντριβῇ ἢ ἀποθάνῃ ἢ αἰχμάλωτον γένηται, ὁ δὲ κύριος αὐτοῦ μὴ ᾖ μετ' αὐτοῦ ἀποτιννύων ἀποτίσει. LXX. *& debilitatum fuerit, vel mortuum fuerit, vel captivum fuerit, & dominus ejus non fuerit cum eo; ſolvens ſolvet*, Compl. *& confractum fuerit, ſive mortuum domino non exiſtente cum eo, reſtituens reddet*, Chald. *r* *Et ſi in præſentiarum dominus fuerit, non reſtituet*, Compl. Ἐὰν δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ ᾖ μετ' αὐτοῦ, οὐκ ἀποτίσει. LXX.
*s* *Venerat* pro *fuerit*, Compl. Lat. Ἐὰν δὲ μισθωτὸς ᾖ, ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ μισθοῦ. LXX. *ſi autem mercenarius fuerit, erit ei pro mercede ſua*, Compl. *ſi conductum fuerit, computetur pro mercede ejus*, Chald. *fuerat* pro *fuerit*, tres Tarracon. ſed in uno *fuerit* olim: *corporis* pro *operis* olim in eodem.
*t* Verba hujus capitis ſunt in ſacris libris ante verba capitis prioris: & poterant omnia verba conjungi: ſed in Barcin. & in duobus Tarrac. ante hoc cap. eſt titulus de depoſitis: *depoſiti*, eſt in vet. Tarrac. Raimundus utrumque caput omiſit. *u* *Si quis commendaverit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam*, Complut. *commendaverit*, duo Tarracon. *commodavit* tertius. Ἐὰν δέ τις δῷ τῷ πλησίον ἀργύριον ἢ σκεύη φυλάξαι. LXX: *Si autem quiſpiam dederit proximo argentum, vel vaſa ad cuſtodiendum*, Complut. *Quando dederit vir proximo ſuo argentum, aut vaſa in cuſtodiam*, Chald. ἀργύριον malim *pecuniam* quam *argentum* reddere. Videndum autem, num hic contractus mutuum ſit, an commodatum, an depoſitum: ſed cuſtodia videtur efficere depoſitum.
*x* Sic etiam Lat. Complut. Καὶ κλαπῇ ἐκ τῆς οἰκίας τοῦ ἀνθρώπου. LXX. *& furatum fuerit de domo hominis*, Complut. *& furto ſublata fuerint de domo viri*, Chald. ego τοῦ ἀνθρώπου *ejus hominis*, interpretarer: *ſuſceperit* olim vetus Tarrac. & *fuerit* pro *fuerint*. *y* Sic etiam Compl. Ἐὰν εὑρεθῇ ὁ κλέψας, ἀποτίσει διπλοῦν. LXX. *duplicita reddet*, unus Tarrac. *z* *Si latet fuit*, &c. Compl. Ἐὰν δὲ μὴ εὑρεθῇ ὁ κλέψας, προσε-

λεύ

extenderit manum ſuam in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem (*a*), tam in bove, quam in aſino, & ove, ac veſtimento [*b*], & quidquid damni inferri poteſt [*c*], ad Deos utriuſque cauſa perveniet (*d*), & ſi illi judicaverint (1), duplum reſtituet proximo ſuo [*e*].

## TITULUS XIV. DEPOSITI (*f*).

### CAPUT I.

*Greg. Sereno Epiſcopo Anconitano* (*g*).

Non ponitur.

VIR Reverentiſſimus Paſſius [*h*] Epiſcopus indicavit nobis (*i*) argentum a deceſſore eccleſiæ tuæ Fabiano (*k*) apud Serenum diaconum tuum (*l*) pro temporis qualitate eſſe depoſitum, cujus parte reſtituta [*m*] partem aliquam (*n*) apud eum aſſerit rejacere [*o*], & reſtituere (*p*) quadam excuſatione differre: proinde te hortamur (*q*), ut eum admoneas (*r*), quatenus, quod accepit [*s*], ſine cunctatione (*t*) reſtituat, aut ſi qua excuſatione excuſare ſe confidit (*u*), inter eum (*x*), & actores (*y*) Firmanæ eccleſiæ cognoſcere debeas (*z*), & finire [*aa*], ne ipſe diaconus [*bb*] pati præjudicium, nec præfata eccleſia [*cc*] injuſte damnum valeat ſuſtinere.

### CAPUT II.

*Alexander III. Lugdun. Epiſcopo* (*dd*).

De depoſit. c. 1.

GRavis illa, & odibilis querimonia (*ee*), quæ uſque [*ff*] ad nos ſuper depoſito tuo, tibi hactenus denegato pervenit, duplici nos (*gg*) anxietate præſtringit (*hh*), eo quod tibi in hoc, & deeſſe non poſſumus, & adeſſe, prout velles, efficaciter [*ii*] non valemus. Cum enim non conſtet nobis [*kk*] pecuniam tuam, quam ille vir Belial (*ll*) impia, & deteſtabili ſurreptione [*mm*] furatus eſt, in utilitates eccleſiæ [*nn*] converſam, non debemus de jure [*oo*], nec poſſumus [*pp*] contra canones (2) [*qq*] ejuſdem eccleſiæ præciſe intemptare juſſionis inſtantiam [*rr*], ut tibi eandem reddant, perſonæ, ut dicunt [*ſſ*], non eccleſiæ commendatam [*tt*]. Quo circa diſcretioni (*uu*) tuæ conſulimus, & in æternæ charitatis diligentia [*xx*] ſua-

X 2

(1) Alii, *vindicaverint*: alii, *indicaverint*.

(2) *Canonicos*, Greg. IX.

λεύται ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. LXX. *ſi autem non inventus fuerit, qui furatus eſt, accedet dominus domus coram Deo*, Compl. *in conſpectum judicum*, Chald. *a* Vox *ſuam* in Compl. non eſt: item pro *perpetrandam* habet *perpetrandum*; *extendit* pro *extenderit*, unus Tarrac. Καὶ ὀμεῖται ἦ μὴν μὴ αὐτὸν πεπονηρεῦσθαι ἐφ' ὅλης τῆς παρακαταθήκης τοῦ πλησίον κατὰ πᾶν ῥητὸν ἀδίκημα. LXX. *& jurabit profecto non ipſum malignatum fuiſſe in omni depoſito proximi juxta omne dicibile delictum*, Complut. πεπονηρεῦσθαι *fraudem feciſſe* potius, quam *malignatum fuiſſe* dicerem. Chaldæi verba oſcura ſunt: *ſi non extendit manum ſuam in illud, quod tradidit illi proximus ſuus, ſuper omnem rem delicti*. *b* Sic etiam Compl. Περὶ τε μόσχου καὶ ὑποζυγίου καὶ προβάτου καὶ ἱματίου. LXX. *deque vitulo, & ſubjugali, & ove, & veſte*, Compl. *ſuper bovem, ſuper aſinum, ſuper agnum, ſuper veſtimentum*, Chald. *c Et quidquid damnum inferre poteſt*, Compl. Lat. Καὶ πάσης ἀπωλείας τῆς ἐγκαλουμένης. LXX. *& omni amiſſione accuſata*, Compl. *ſuper omnem rem perditam, qui dixerit, quod hæc eſt*, Chald. *d* Sic etiam Compl. ὅτι ὃ ἂν ᾖ, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐλεύσεται ἡ κρίσις ἀμφοτέρων. LXX. *quidquid igitur ſit, coram Deo ingredietur judicium amborum*, Compl. *in coſpectu judicum veniat cauſa amborum*, Chald. *perveniat*, unus Tarrac. *e* Sic etiam Compl. Καὶ ὁ ἁλοὺς διὰ τοῦ θεοῦ ἀποτείσει διπλοῦν τῷ πλησίον αὐτοῦ. LXX. *& captus per Deum ſolvet duplum proximo ſuo*, Compl. *& quicumque condemnatus fuerit a judicibus, reddet duplum proximo ſuo*, Chald.

*f* Sic duo Tarrac. *De depoſitis*, Barcin. & duo Tarracon. ante cap. 2. tituli 13. *De depoſito*, Raim. & Cont.

*g* Hoc eſt cap. 2. in Barcin. & in duobus Tarrac. *Severo Epiſcopo Anconitanenſi*, lib. 7. indict. 2. cap. 13. regiſtri: in alio lib. edito *Sereno* eſt: vetus habet, quod editum eſt. *Qui noverit*, unus Tarrac. *Quæ noverit*, alter mendoſe pro *Anconitano*. *h* Scribe, *Paſſivus*, ut eſt in Barcin. & in regiſtr. & in uno Tarrac. fuit autem Firmanus Epiſcopus, ut apparet ex epiſt. ad eum miſſa lib. 10. ind. 5. epiſt. 12. *Paſſus*, unus Tarrac.

*i Frater, & coepiſcopus noſter ad nos veniens, indicavit*, regiſtr.

*k Suæ* pro *tuæ* Barcin. & duo Tarrac. *argentum eccleſiæ ſuæ a deceſſore ſuo Fabio*, regiſtr.

*l Diaconem tuum*, Barcin. & regiſtr. & duo Tarracon. *m Parte aliqua reſtituta*, regiſtr. *partem reſtitutam*, duo Tarrac. non optime. *n* Vox *aliquam* in regiſtr. non eſt, vox *partem* in uno Tarrac.

*o* Sic etiam unus editus regiſtr. liber, *jacere* alter: *remanere*, Barcin. aptius: ſed *rejacere* Gregorianum fortaſſe verbum eſt. *p Eam*, additur in regiſtr. *q His fraternitatem tuam hortamur affatibus*, regiſtr.

*r Ut eum admonere ſtudeat*, regiſtr. *s Quæ* pro *quod*, regiſtr. *t Sine contentione*, regiſtr.

*u Ratione* pro *excuſatione* Barcin. & tres Tarrac. aptius: *aut ſi forte ab ejus reſtitutione aliqua ſe excuſari ratione confidit*, regiſtr. plenius: *ſe excuſare*, tres Tarrac. *x Neceſſe eſt, ut inter eum*, regiſtr.

*y Et auctores*, regiſtr. quod non placet. *z Una cum Armenio fratre, & coepiſcopo noſtro cognoſcere debeatis*, regiſtr. *certa* pro *una*, eſt in alio edito non recte. *aa Et ſubtiliter veritate diſcuſſa, ita huic cauſæ finem imponere*, regiſtr. *bb Ut nec antedictus diaconus*, regiſtr. *cc Nec præfata injuſte damnum videatur eccleſia ſuſtinere*, regiſtr. *dd Lugdunenſi Archiepiſcopo*, in concil. parte 50. cap. 35. *London. Epiſcopo*, Raimund. & Cont. *Lundun. Epiſcopo*, unus ex veter. Gregor. *ee* Sic etiam in concil. *& odibilis*, Raimund. & Cont. omittunt: *querella*, unus ex veter. Gregor. *ff* Vox *quæ* a Raimund. & Contio eſt omiſſa: exſtat in concil.

*gg* Recte Cont. addidit a Raimund. præterita, quæ ſunt etiam in concil.

*hh Perſtrinxit*, concil. & tres Tarrac. *perſtringens*, Cont. *ii* Hæc omiſit Cont. ſunt in concil.

*kk* Sic etiam in concil. vox *nobis*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa.

*ll* Sic etiam Raim. *Belialim*, Cont. *ille vir, ut Belial*, concil. poſtrema editione: *ut in Belial*, fuerat in alia edit. non recte. *N. ille vir Belial*, unus Tarrac. *mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*nn* Sic etiam in concil. *in eccleſiæ utilitatem*, Raim. & Cont. *in utilitatem eccleſiæ*, unus Tarrac.

*oo* Sic etiam in Gregorianis: *nec de jure debemus*, concil. *pp* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.

*qq* Scribendum eſt, *contra canonicos*, ut in conc. & apud Greg. 9. & in uno Tarr. prius *canones*, mox *canonicos*.

*rr Sententiam*, prior edit. conc. *ſſ Pecuniam perſonæ*, concil. & Raim. aliis omiſſis: ego editis adderem vocem *pecuniam*. *Pecuniam, ut dicunt*, prior concil. editio: *dictum eſt*, pro *dicunt* duo Tarracon.

*tt Non niſi eccleſiæ commodatam*, prior conc. editio mendoſe. *uu* Hæc uſque ad verbum *ſuademus* omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc. *xx Internæ caritatis intuitu*, concil. ego, *internæ caritatis diligentia*, ſcriberem,

UNED

ſuademus, ut in raptorem illum, & furem (*a*), tuam interim dirigas actionem, eo quod, ut audivimus, loculos habet, & ea, quæ tibi ſunt ſubrepta, portavit (*b*). Nam & nos ipſi [*c*] venerabilibus fratribus noſtris Senon. Archiepiſc. A. S. L. & Pariſienſi Epiſcopo dedimus in mandatis, ut iniquum (*d*) ſub duris quæſtionibus (*e*) ad rationem [*f*] ponant, & etiam (*g*) ſi oportuerit, vinculis macerent (*h*) alligatum, & affligant [*i*], ut cogatur bene ligatus [*k*] reddere, quod male [*l*] diſſolutus auſus eſt aſportare. Ceterum circa [*m*] eccleſiam illam affectum [*n*] te habere volumus, ut nil ab ea requiras indebitum [*o*], ſi autem cum eis amicabiliter poteris reddituum perceptione [*p*] paciſci, noveris id nobis acceptum [*q*].

## TITULUS XV.
## DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.
### CAPUT I.

*In Levitico* [*r*].

Non ponitur.

SI attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam [*s*], & voluerit propinquus ejus poſt redimere, quod ille vendiderat [*t*], ſi autem non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum poterit invenire [*u*], computabuntur fructus ex eo tempore, quo vendidit [*x*], & quod reliquum eſt, reddet emptori [*y*], ſicque recipiet poſſeſſionem ſuam [*z*].

### CAPUT II.

*Ex concilio apud Alumnas* (*aa*).

De empt.& vend. c. 1.

PLacuit, ut presbyteri ſuas plebes admoneant, ut ipſi (*bb*) hoſpitales ſint, & nihil carius vendant tranſeuntibus, niſi quantum (*cc*) in mercato (*dd*) vendere poſſint (*ee*), quod ſi carius vendere voluerint (*ff*), ad presbyterum tranſeuntes hoc referant, ut illius (*gg*) juſſu cum humanitate eis vendant (*hh*).

### CAPUT III.

*Ex concilio Magonc.* (*ii*).

cap. 2. eod.

UT menſuræ, & pondera juſta fiant, ſicut

berem, ut in duobus Tarrac. poſtea inveni. *a* Sic etiam in concil. *in illum furem*, Raim. & Cont.

*b* Hæc in concil. deſideratur: *aſportavit*, pro *portavit*, Raimund. & Contius.

*c* Pro his verbis uſque ad verbum *dedimus*, eſt in Greg. *nam*, & *judicibus*: ſed in concil. pro verbis ſupraſcriptis eſt, *Nos enim.* *d Ut illum iniquum*, concil. & Raim. ſed ut editum eſt, in priori edit. concil.

*e* Sic etiam in concil. *ſub quæſtionibus*, Raim. & Cont. *f* Hæc in concil. non ſunt; ſunt in Greg.

*g* Sic etiam in concil. &, omittunt Raimund. & Cont. ego *etiam* omitterem.

*h* Hæc vox in Gregor. non eſt: eſt in concil. *i* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*k Ut bene ligatus cogatur* &c. concil. *ut dictam pecuniam reddere compellatur*, Raim. & Cont.

*l Quæ male*, concil. *m* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad illa, *ſi autem cum eis*: ſunt autem in concil. *n Illum* pro *illam* in concil. *talem*, additur in vet. Tarrac. quæ vox olim non fuit.

*o Nihil* pro *nil* in concil. & *indebite* pro *indebitum*: ſed in marg. eſt *indebitum.*

*p De reddituum perceptione*, Raim. & Cont. *pactionem*, concil. pro his verbis: *de*, eſt additum in uno Tarrac.

*q Nobis eſſe acceptum*, vetus Tarrac. ſed olim ut editum eſt. *r* Addi potuit *cap.* 25.

*s* Sic Lat. Complut. Ἐὰν δὲ πένηται ὁ ἀδελφός σου ὁ μετὰ σοῦ, καὶ ἀποδῶται ἀπὸ τῆς κατασχέσεως αὐτοῦ. LXX. *Si autem pauper fuerit frater tuus, qui tecum: & vendiderit de poſſeſſione ſua*, Complut. ego poſt vocem *tecum* addo *eſt*: & pro *vendiderit* ſcribo *alienaverit. Quando pauper factus fuerit frater tuus, & vendiderit de poſſeſſione ſua*, Chald. frater autem hoc loco non fratrem germanum ſignificat, ſed Judæum.

*t Poteſt* pro *poſt* Complut. & tres Tarracon. Καὶ ἔλθῃ ὁ ἀγχιστεύων ὁ ἐγγίζων αὐτῷ, καὶ λυτρώσεται τὴν πρᾶσιν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. LXX. *& accedat propinquus, vel proximus ei, & redimet venditionem fratris ſui*, Complut. ἐγγίζων *vicinum* intelligo: *fratrem* quoque ejuſdem nationis hominem: *veniet redemptor ejus, qui propinquus eſt ei, & redimet, quod frater ſuus vendidit*, Chald. paullo apertius.

*u Potuerit* pro *poterit* Barcin. & Complut. *ſin autem* pro *ſi autem*, eadem Compl. ἐὰν δέ τινι μὴ ᾖ ὁ ἀγχιστεύων, καὶ εὐπορηθῇ τῇ χειρί, καὶ εὑρεθῇ αὐτῷ τὸ ἱκανὸν λύτρα αὐτοῦ. LXX. *Si autem alicui non fuerit propinquus, & abundaverit manu, & inventum fuerit ei, quod ſufficit redemptio ejus.* Complut. parum hæc diſerta ſunt. *Vir autem, cui non fuerit redemptor, & attigerit manus ejus, & invenerit, quantum ſufficit ad redemptionem ejus*, Chald.

*x* Sic etiam Complut. καὶ συλλογιεῖται τὰ ἔτη τῆς πράσεως αὐτοῦ. LXX. *& connumerabit annos venditionis ejus*, Complut. *computabit annos venditionis*, Chald. *y* Sic etiam Lat. Complut. καὶ ἀποδώσει ὃ ὑπερέχει τῷ ἀνθρώπῳ, ᾧ ἀπέδοτο αὐτό. LXX. *& reddet, quodupereſt homini, cui venditum fuerit illud*, Complut. *& reddet, quod amplius fuerit viro, cui vendidit*, Chald. *z* Sic etiam Complut. Καὶ ἐπανελεύσεται εἰς τὴν κατάσχεσιν αὐτοῦ. LXX. *& redibit in poſſeſſionem ſuam*, Compl. *& revertetur ad poſſeſſionem ſuam*, Chald.

Poſt verba hujus capitis eſt in ſacris libris: *Quod ſi non invenerit manus ejus, ut reddat pretium; habebit emptor, quod emerat, uſque ad annum jubileum. In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad poſſeſſorem priſtinum.* Excipitur poſtea venditio domus, quæ redimi intra annum poteſt, poſt annum ne in jubileo quidem redimi poteſt, ſi oppidum, in quo domus eſt, muris cinctum fuerit. Ædes tamen Levitarum ſemper redimi poſſunt: ἔτος τῆς ἀφέσεως, hoc eſt *annus remiſſionis*, jubilei annus appellatur a LXX.

*aa Apud Alum.* veteres Gregor. *Al.* unus Tarrac. *Valen.* Cont. & alii: in libris concil. non inveni. *Alumnias*, Cont. in marg. *Alumtnas*, tres Tarracon. *Arvernas*, Burchard. lib. 2. cap. 168. & Ivo parte 6. cap. 258. *bb Ut & ipſi*, Raim, & Cont. *ut ipſi*, unus ex veter. Gregor. & Burch. & Ivo.

*cc Et non*, Raimund. *& nulli iter facienti manſionem denegent, & ut omnis occaſio rapinæ tollatur, nihil*, Burchard. & Ivo. *dd Quam mercato*, Raimund. & Contius *quam in mercato*, unus ex veter. Gregor. *niſi, quanto in mercato*, Burchard. ut editum eſt, Ivo: ſed in marg. *quanto*: in veteri Burch. libro, *quantum* eſt: forte *quanti* ſcribendum. *ee Poſſunt*, Raim. ut editum Burch. & Ivo; *poſſunt*, unus Tarrac.

*ff* Pro his verbis eſt tantum in Gregor. *alioquin*: ut editum eſt, Burchard. & Ivo.

*gg Et* pro *ut*, Burch. & Ivo. *hh* Sic etiam Burch. & Ivo; *cum humilitate ſibi vendant*, vetus Gregor. *cum humanitate ſibi vendant*, Cont. & alii. *ii Magoc.* tres Tarrac. *Magutin.* vetus Gregor. *Moguntí cap.* 21. Burch. lib. 19. cap. 148. *Maguntien.* cap. 21. Ivo parte 15. cap. 158. decreti. *Maguntinen.* Cont. & alii: in conciliis nondum inveni: cum tamen cap. 20. ejuſd. concilii ut Burch. & Ivo referunt, ſit in ſynodo Moguntina ſub Ludovico Rege, & Rabano Archiepiſcopo cap. 2. vol. 3. concil. & totidem verbis in con-

ut in divinis (*a*) legibus cenſitum [1] eſt (*b*), & in capitulari domini [2] continetur (*c*), & iſte ſacer (*d*) conventus ſtatuit ſic, omnibus nobis (*e*) obſervare placet, & ſi quis (*f*) juſtas menſuras, & juſta pondera lucri cauſa mutare præſumpſerit, xx. dies (*g*) in pane & aqua pœniteat.

### CAPUT IV.

*Alexander III. Atrebaten. Epiſcopo.*

c. 3. eod. CUM dilecti filii noſtri (*h*) Belvacenſes (*i*) canonici contra religioſos viros (*k*) Abbatem, & fratres Caroli loci [*l*] proponerent [*m*], quod ſilvam, quæ nigra vallis dicitur, a quibuſdam eorum ignorante capitulo x. libris (*n*), xl. marchas tunc valentem comparaſſent, poſt multas commiſſiones, tandem [*o*] cauſam ipſam venerabili fratri noſtro (*p*) Morienſi Epiſcopo (*q*), & dilecto filio [*r*] Decano Remenſi ſub certa forma (*s*) commiſimus terminandam; adiicientes in litteris (*t*), quod ſi uterque ejuſdem cauſæ [*u*] cognitioni intereſſe nequiret, alter adhibitis ſibi viris prudentibus & honeſtis (*x*) in eodem negotio procedere non differret. Cum itaque Decanus (*y*) partes ad ſuam propter hoc [*z*] præſentiam convocaſſet; Abbas, & monachi non ad agendum, vel reſpondendum (*aa*), ſed ad quærendum dilationes, nuntios deſtinarunt (*bb*), aſſerentes, quod ad nos miſerant, & ad audientiam noſtram appellarunt (*cc*). Verum quia in litteris appellatio remota fuerat, Decanus in illius (*dd*) cauſæ cognitione proceſſit, & cum ei per teſtes canonicorum Belvacen. (*ee*) conſtitiſſet, quod prædicti fratres ſilvam minus dimidia juſti (*ff*) pretii comparaſſent, venditionem non tenere (*gg*), & ſilvam ipſam [*hh*] Belvacenſi adjudicavit eccleſiæ (*ii*), & canonicos (*kk*) in poſſeſſionem induxit. Nuntiis igitur (*ll*) utriuſque partis in noſtra propter hoc præſentia conſtitutis, dum ex parte canonicorum inſtanter, & ſollicite ſententia peteretur [*mm*] auctoritate Apoſtolica confirmari, habita deliberatione cum fratribus noſtris, & aliis ſapientibus viris, qui legibus jurati judicant, eandem ſententiam juri contrariam intelleximus, quia in arbitrio (*nn*) emptoris eſt, ſi velit, ſupplere (*oo*), aut venditionem reſcindere, cum res minus dimidia juſti pretii comparatur. Ea propter ſententiam (*pp*) de communi (*qq*) conſilio fratrum, & prædictorum ſapientium irritantes, poſſeſſionem (*rr*) monachis judicavimus (*ſſ*) eſſe reddendam, ſalva omni quæſtione (*tt*) ſuper deceptione pretii, vel conſenſu capituli in venditione non habito, & alia [3] rationabili (*uu*), quam canonici contra monachos duxerint proponendam.

## TITULUS XVI.
## DE RERUM PERMUTATIONE.

### CAPUT I.

*Ex concilio apud Silvan.* (*xx*)

SI princeps voluerit rem immobilem ſanctis locis præſtare (*yy*), & accipere ab eo aliam im- De rer. permut. c. 1.

(1) *Sancitum.* [2] *Karoli*, deeſt. [3] *Cauſa*, Greg. IX.

concilio Cabilonen. II. ſub Carolo cap. 37. *a* Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa: quæ habent Burch. & Ivo. *Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura: ſtatera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquuſque ſextarius*, Levit. 19. de eadem re Proverb. cap. 11. & cap. 20. *Quod menſuræ, & pondera juſta ubique habenda ſint, teſtis eſt Salomon, qui dicit: quod ſtatera doloſa abominatio ſit apud Deum* &c. Turonen. concil. ſub Carolo cap. 45. *b* Sic Burch. *ſancitum eſt*, Ivo, & Cont. apertius.

*c Dominico* pro *domini*, Burch. & Ivo; *domini Karoli*, duo Tarrac. & Cont. aptius: eſt in capitulari Karoli lib. 1. cap. 74. vox *domini* in veteri Tarrac. olim non erat. *d* Sic Burch. & Ivo: *ſicut & iſte ſacer*, Cont. & *iſte ſacer domini*, Barcin. forte vox *domni* pro *domini*, antea erat ſcribenda, quamvis *domini* conventus, dici quoque poteſt. *e Sicut* pro *ſic* vetus Tarracon. *ſtatuit, ſic omnibus nobis*, Burch. *ſtatuit, ſic omnibus nobis*, Ivo; *conſtituit, ſic in omnibus*, Cont. *f* Sic etiam vetus Burch. liber, & Ivo. *Ut ſi quis*, Burch. editus; *ſi quis*, Raimund. & Contius. *g* Sic etiam Burch. & Ivo *XXX. dies*, Raimund. & Contius.

*h* Vox *noſtri* in Gregor. eſt omiſſa. *i Atrebaten.* unus ex veter. Gregor.

*k* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *l Karoli loci* vetus Gregor. *Careoli loci* alter vetus liber, *Cari loci*, Cont & alii: ſic etiam cap. 2. de tempor. ordinat. in 3. collect. *m* Sic etiam veteres Gregor. *proponerent querimoniam*, Cont. & alii. *n* Sic etiam vet. Gregor. *pro*, addit Cont. & alii.

*o* Hæc etiam Raimund. & Contius omiſerunt: *propter* pro *poſt* vetus Tarracon.

*p* Hæc quoque ab eiſdem ſunt omiſſa. *q* Sic etiam vetus Gregor. *Morimenſi Epiſcopo*, Barcin. *Morinen. Epiſcopo*, Cont. & alii, quod non diſplicet, idque eſt in uno Tarrac. *r* Hæc etiam Raim. & Cont. omittunt.

*s* Hæc itidem ſunt ab eiſdem omiſſa. *t* Omittuntur etiam hæc ab eiſdem.

*u* Vox *ejuſdem* a Raim. eſt omiſſa. *x* Hæc etiam omittunt Raimund. & Contius.

*y* Recte Cont. addidit a Raim. præterita. *z* Hæc omittit Cont. *aa Et* pro *vel* Cont.

*bb Deſtinarent*, unus Tarracon. *cc Appellaverant*, Barcin. & Cont. *appellaſſent*, unus Tarracon.

*dd Tandem Decanus in illius*, Raim. & Cont. *ee* Hæc in veteribus Gregor. non ſunt: *per teſtes*, Cont. & alii ceteris omiſſis. *ff* Sic etiam Raim. & Cont. *dimidii juſti*, Barcin. *gg* Sic etiam veteres Gregor. ante hæc verba habet Cont. & alii verbum *pronuntiavit*: poſt hæc verba eſt verbum *decrevit* in uno ex veter. Greg.

*hh* Vox *ipſam* omittunt Raim. & Cont. *ii Eccleſiæ adjudicans*, Raim. & Cont.

*kk* Vox & omiſſa eſt a Raim. & Cont. *ipſos* addunt Tarrac. duo. *ll* Recte etiam Cont. addit a Raim. omiſſa.

*mm* Vox *ſententia* a Cont. eſt omiſſa. *nn Quia vero in arbitrio*, Raimund. & Cont.

*oo Juſtum pretium*, addit Raim. & duo Tarrac. *pretium*, tertius liber, in quo ea quoque vox olim deſiderabatur.

*pp Ipſam* Barcin. addit: *ſententiam ipſam*, Raim. & Cont. alio verbo omiſſo: duo Tarrac. ut Barcin.

*qq* Pro his verbis uſque ad vocem *irritantes*, eſt in Gregor. *tamquam juri contrariam.*

*rr Et poſſeſſionem*, vet. Tarrac. non optime. *ſſ Adjudicavimus*, unus ex veter. Gregor.

*tt Salva quæſtione canonicis*, Raimund. & Cont. vox *omni* in uno Tarracon. non eſt.

*uu* Scribe, *alia cauſa rationabili*, ut in Barc. & in Gregor. & in duobus Tarr. *alia rationabili cauſa*, tertius liber.

*xx* Sic etiam Raim. & Cont. *Silvanectim præſente Ludovico Rege cap.* 6. Burch. lib. 3. cap. 165. ex Novella 7. cap. 2. Ivo parte 3. cap. 184. decreti: ſunt autem Juliani Anteceſſoris verba: hæc fortaſſe fuerunt in illo concilio recitata, ut quæ ſub tit. de rebus eccleſiæ alien. retulimus. In veteri Burch. libro deſiderantur illa verba *præſente Lud. Rege*: hoc etiam caput exſtat lib. 2. cap. 30. capitularium. *yy* Sic etiam Burch. & vete-

immobilem rem, & eo modo permutationem contrahere (*a*): liceat ei hoc facere divina pragmatica ſanctione ab eo promulgata (*b*).

## CAPUT II.

*Ex concilio Belvacen.* (*c*)

c. 2. eod. UT commutationes [*d*] rerum eccleſiaſticarum (*e*) caveantur (*f*), & ſubtiliſſime inſpiciantur, ſi aliquo modo (*g*) fieri debent: quæ autem (*h*) inconſulte factæ ſunt (*i*), juxta decretum canonum (*k*) Hilarii Papæ, quas illicite (*l*) deceſſor Epiſcopus admiſerit (*m*), vel ab aliis illicite commiſſæ ſunt (*n*), ab eo, qui ſucceſſor eſt, emendentur.

## CAPUT III.

*Ex concilio apud Sinacum* † (*o*).

MAncipia eccleſiaſtica commutari, niſi ad libertatem, non poſſunt (*p*), videlicet ut (*q*) mancipia, quæ pro eccleſiaſtico homine dabuntur, in eccleſiæ ſervitute permaneant, & eccleſiaſticus homo (*r*), qui commutatur, perpetua libertate fruatur: quod enim ſemel domino (*s*) conſecratum eſt, ad humanos uſus jam transferri non poteſt (*t*). c. 3. eod.

## CAPUT IV.

*Ex eodem* (*u*).

INjuſtum videtur, & impium (*x*); ut manci- cap. 4. eod.

teres Gregor. *rem mobilem*, vetus Tarracon. olim, & Cont. & alii quidam non recte: *ſacris* pro *ſanctis*, Barc. *ſancto loco*, Ivo, & Julian. pluribus verbis Juſtinianus. Ἐφίεμεν τοίνυν τῇ βασιλείᾳ, εἴπερ τις κοινωφελὴς ἐστὶ καὶ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεία, καὶ κτῆσιν ἀπαιτοῦσα τοιούτου τινὸς ἀκινήτου πράγματος, ὁποῖον ὑπεθέμεθα, τοῦτο αὐτῇ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων τε καὶ συστημάτων λαμβάνειν ἐξεῖναι, hoc eſt, *Permittimus igitur Imperatori, ſicubi eſt publice utile, ac ſiqua urgeat publica & aperta cauſa, quæ hujuſmodi rei immobilis, de qua loquimur, aliquam poſſeſſionem expetat, ut eam accipere poſſit a ſanctiſſ. eccleſiis, & ab aliis ſacris ædibus, & corporibus.*

*a* Sic etiam Julian. & Burch. & Ivo: *ab eis* pro *ab eo*, Barcin. *& accipere ab eis aliam immobilem, eoque modo de communi voluntate permutationem contrahere*, Raim. & Cont. *& accipere aliam mobilem* &c. vetus Tarr. olim.

*b* Sic etiam Julian. & Burch. apud Ivonem: vox *ei*, & poſt verbum *facere*, cetera deſiderantur. *Liceat ei hoc facere, ſi cauſa rationabilis id expoſcat, & res, quam præſtiterit, major fuerit, vel æqualis, pragmatica ſanctione ſuper hoc promulgata*, Raim. & Cont. videtur autem hæc addidiſſe Raim. ex Irnerii verbis poſitis ſub tit. de ſacroſanctis eccleſiis in Codice Juſtiniani, & relatis a Grat. 10. q. 2. cap. 3. *Sed & permutare principi licet pro re majori, meliori, vel æquali, ſi reſpublica hoc expoſcit, & pragmatica forma ſuper hoc præcedente:* ſed apud Grat. editum eſt, *principes poſſunt pro re majori, vel æquali:* vox quoque *&*, poſt verbum *expoſcit*, illic deſideratur: ſed in duobus veteribus eſt: *principi poſſunt*, & in uno, *cum principe poſſunt*, & in omnibus veteribus *procedente* pro *præcedente:* Τοῦ πανταχόθεν ἀζημίου τοῖς ἱεροῖς οἴκοις φυλαττομένου, καὶ ἀντιδιδομένου πράγματος αὐτοῖς παρὰ τοῦ λαβόντος ἴσου ἢ καὶ πλείονος τοῦ διδομένου. Juſtinian. *omnino autem*, inquit, *ſerventur ſacra loca ſine damno, & res, quæ pro aliis dantur, ſint æquales, aut etiam majores datis.* Et poſtea de pragmatica ſanctione: Ὥστε εἰ τοιοῦτό ποτε γένοιτο, καὶ πραγματικὸς προέλθοι τύπος ὁ ἐπιτρέπων τῇ βασιλείᾳ δοθῆναί τι τῶν τοιούτων πραγμάτων, καὶ ἀντιδιδοὺς εὐθὺς πρᾶγμα κάλλιόν τε καὶ δαψιλέστερον καὶ ἐπωφελέστερον, ἔστω τὰ τῆς ἀμείψεως βέβαια.

*c* Sic etiam Ivo parte 3. cap. 232. decreti: & Raim. & Cont. *apud Belvacum*, Ivo lib. 2. tit. 10. cap. 3. Panormiæ: addit Burch. lib. 3. cap. 171. *apud Belvacum cap.* 5. in conciliis non reperio. Tantum in concilio Meldenſi cap. 23. referuntur ut verba concilii apud Belvacum. *d* Sic etiam Raim. & Burch. & Ivo in decreto. *Et* pro *Ut*, Panorm. & vet. Gregor. *Ut*, Meld. *e Rerum eccleſiarum*, vetus Tarrac. olim.

*f* Multa omiſit Raimund. & Cont. *valde caveantur*, Barcinon. & Burch. & Ivo, & Meld.

*g Si aliquando*, Panorm. *h* Sic Meld. Burch. & Ivo in decreto: vox *autem* in Panorm. deſideratur, & olim in vet. Tarrac. *i* Sic omnes: ſed in veteri Burch. libro *ſiunt*: vox *factæ* olim in vet. Tarrac. non erat.

*k Canonicum*, Melden. & tres Tarrac. & Barcin. & Burch. & Ivo in decreto: *juxta decreta canonum*, Panorm. hoc Hilarii decretum adhuc quærimus. *l Quæ* pro *quas* Melden. vox *illicite*, olim in vet. Tarr. non erat.

*m* Sic etiam Meld. & Burchard. & Panorm. *amiſerit*, Ivo in decreto.

*n Sint*, Panorm. *commiſſæ ſunt commutationes*, Barcin. ut editum eſt, Burch. & Ivo in decreto: *quæ ab anteceſſore inconſulte factæ ſunt*, Raim. & Cont. *revocentur*, additur in uno ex veteribus Gregor. & in fine capitis, *& emendentur: commiſſa ſunt*, Meld. *o Silvan.* veteres Gregor. *Silvanectum*, Cont. & alii: *Siciac.* Cont. in marg. *apud Cariſiacum cap.* 2. Burch. lib. 3. cap. 173. & Ivo parte 3. cap. 234. decreti: *apud Mac.* unus Tarracon. *Sinac.* alter. *p Mancipia eccleſiaſtica, niſi ad libertatem, non convenit commutari*, Raim. & Cont. *Neque mancipia eccleſiaſtica quiſquam, niſi ad libertatem commutet*, Burch. *Ne* pro *Neque* Ivo; cetera, ut Burch. *quiſque* pro *quiſquam*, vetus Burch. liber. *q* Sic etiam Burch. & Raim. *ut videlicet*, Ivo.

*r* Vox *homo* in vet. Tarrac. olim non erat. *s* Sic etiam Burch. & Ivo: *ſemel Deo*, Raim.

*t* Totidem verbis Burch. & Ivo: *transferri non decet*, Raim. & Cont. *jam* omiſſo. Poſt verba hujus capitis addunt Burch. & Ivo. *Ait enim lex:* SI QUIS MUTAVERIT, ET QUOD MUTAT, ET QUOD MUTATUM EST, SANCTIFICABITUR DOMINO: apud Ivonem tamen hæc verba, *& quod mutat* deſiderantur: ſumuntur ex cap. XXVII. Levitici: *Animal autem*, inquit, *quod immolari poteſt domino, ſiquis voverit, ſanctum erit, & mutari non poterit: ideſt, nec melius malo, nec pejus bono: quod ſi mutaverit, & ipſum, quod mutatum eſt, & illud, pro quo mutatum eſt, conſecratum erit domino*, Lat. Complut. Ἐὰν δὲ ἀπὸ τῶν κτηνῶν τῶν προσφερομένων ἀπ' αὐτῶν δῶρον τῷ κυρίῳ, ὃς ἂν δῷ ἀπὸ τούτων τῷ κυρίῳ, ἔσται ἅγιον. οὐκ ἀλλάξει αὐτὸ καλὸν πονηρῷ οὐδὲ πονηρὸν καλῷ. ἐὰν δὲ ἀλλάττων ἀλλάξῃ αὐτὸ κτῆνος κτήνει, ἔσται αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλαγμα ἅγιον. LXX. *Si autem ab animalibus oblatis ab ipſis donum domino, qui dederit ab his domino, erit ſanctum, non mutabit ipſum bonum malo, neque malum bono: ſi autem mutans mutaverit illud animal animali, erit ipſum, & commutatio ſanctum*, Complut. duriuſcule. Chaldæus apertius: *Animal autem, quod offerri poteſt in oblatione coram domino, ſi quis obtulerit illud coram domino, erit ſanctum: non immutabit eum, neque permutabit bonum pro malo, aut malum pro bono; & ſi permutans permutaverit animal pro animali, ipſum, & illud, pro quo mutatum eſt, erit ſanctum.*

*u* Sic etiam Raim. & Cont. *ex eodem cap.* 3. Burch. lib. 3. cap. 174. & Ivo d. parte 3. cap. 235. *ex concilio apud Tanſiatum cap.* 2. Gratian. ſive Palea 12. q. 2. cap. 55. quod apud Contium eſt cap. 54. & in marg. addidit, *alias* TARISIACUM CAP. 3. ſed credo *Cariſiacum* ſcribendum, ut apud Burch. & Ivon. & in uno veteri Grat. libro: in alio eſt, *Catiſiacum* cap. 3. *x* Sic Burch. Ivo, & Raim. *& ineptum* Grat. quod ipſum ineptum eſt.

cipia, quæ fideles viri, ſeu fœminæ (*a*) pro remedio (*b*) animæ ſuæ Deo, & ſanctis (*c*) ejus conſecrarunt (*d*), cujuſcumque muneris mancipio (*e*), vel commutationis commercio, iterum ſæcularium in ſervitutem (*f*) redigantur: cum canonica auctoritas ſervos fugitivos tantummodo diſtrahi permittat: & ideo rectores eccleſiarum (*g*) ſummopere caveant, ne unius eleemoſyna alterius peccatum fiat, & eſt abſurdum, ut eccleſiaſtica dignitate ſervus diſcedens (*h*) humanæ ſit obnoxius ſervituti.

## TITULUS XVII.
## DE PIGNORIBUS.
### CAPUT I.

*Ex concilio Remenſi* (*i*).

De pignor. c. 1. NUllus presbyter (*k*) præſumat calicem, vel patenam (*l*), vel pallium altaris (*m*), vel veſtimentum ſacerdotale, aut librum eccleſiaſticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel fœminæ in vadium [*n*] dare, niſi juſtiſſima [*o*] neceſſitate urgente, ſicut Stephanus (*p*) Papa, & martyr ſanctum Hilarium in ſuis decretalibus (*q*) docuit.

### CAPUT II.

*Gregorius Sacratio defenſori* [*r*].

LAtor præſentium &c. & infra (*s*). Quoniam & lex habet (*t*), ut homo liber pro debito non teneatur (*u*), ſi res defuerint [*x*], quæ poſſint (*y*) ei de (1) debito (*z*) addici. c. 2. eod.

### CAPUT III.

*Alexander III. Exon. Epiſcopo* [*aa*].

EX præſentium latoris inſinuatione accepimus, quod Alex. quondam (*bb*) ſacerdos de * Oſecolon (*cc*) calicem argenteum (*dd*), & medietatem unius breviarii ejuſdem eccleſiæ pro ſua neceſſitate pignori obligavit, & ea morte præventus minime recollegit. Unde quoniam (*ee*) indignum eſt, ut eidem (*ff*) eccleſiæ res ſuæ, & præſertim (*gg*), quæ ſacris myſteriis (*hh*) deputatæ ſunt, taliter debeant deperire: c. 3. eod.

* *Oſecolon.*

f. t.

(1) Alii, *eidem*.

*a* Hæc verba omittunt Raim. & Cont. habent ceteri: *vel* pro *ſeu*, vetus Burch. liber.
*b* Sic etiam Burch. & Ivo & Raim. *in remedio*, Barcin. *pro redemptione*, Gratian.
*c* *Cum* pro *&* unus ex veter. Gratiani libris. *d* *Conſecraverint*, Grat. ſive Palea ſolus: *conſecrant*, duo veteres Grat. libri, & duo Tarrac. libri. *e* Sic etiam Ivo, & Raim. & Cont. *muneris pretio*, Burch. & Grat.
*f* *Servitute*, Barcin. *in ſæcularium ſervitutem*, Ivo, & vetus Tarrac. *in ſervitutem ſæcularium*, vetus Gregor. ut Ivo, Contius, & alii: *in ſæcularem ſervitutem*, Burchard. & Gratian.
*g* *Eccleſiarum rectores*, Raim. *omnes rectores eccleſiarum*, Burch. Ivo, Gratianus.
*h* *Decedens*, Barcin. & Burch. *ut ab eccleſiaſtica dignitate ſervus decedens*, Grat. & vetus Gregor. *ex* pro *ab*, vetus Burch. liber, & Ivo, cetera, ut Grat. *diſcedens* pro *decedens*, Cont. & alii: cetera, ut vetus Gregor. vox *ab* in duobus veter. Grat. libris omiſſa eſt: *diſcendens*, olim unus Tarr. forte *deſcendens* retineri potuit.
*i* Sic etiam Raimund. & Cont. addi debet *cap. XI.* ex Burchard. lib. 3. cap. 104. & Ivone parte 2. cap. 139. decreti. *k* Sic etiam Raim. & Cont. *Ut nullus presbyter*, Burchard. & Ivo.
*l* *Vel patinam*, Cont. ſolus. *m* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent Burch. & Ivo: *pallam* pro *pallium* vetus Tarracon. non male: ſed *pallium* olim. *n* Sic etiam Burch. & Raimund. *in vadimonio*, Ivo: quos fugiam, habeo; quos ſequar, non habeo: ſed nihil muto. *o* Vox *niſi* in veteri Burch. libro deſideratur.
*p* Ante hæc verba Burch. & Ivo alia addunt: in Gregorianis omnia deſiderantur. *Sicut & Zepherynus* &c. Cont. *Quia tanta eſt ſanctitas ſacri miniſterii, ut ſalva altioris myſterii intelligentia, etiam per prophetam dominus prohibuerit, ne cum ſanctis veſtimentis ſacerdos procedat ad populum; ſed illa intra ſancta dimittat a colloquio divino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum a ſacris canonibus ingredi prohibetur, ſanctificata ſacro miniſterio, nec ad contingendum immundis; quanto minus in vadium exhibere debet? ſicut Stephanus* &c. hæc Burch. pro *ſacro miniſterio*, habet Ivo, *ſacro myſterio*: & pro *vadium*, *vadimonium*. *Prophetam* intellige Ezechielem c. 44. Stephani ad Hilar. epiſtula exſtat in conc. epiſt. 1. latius ſcripta, quam referatur, vel ab Ivone p. 2. cap. 74. vel a Grat. de conſecrat. diſt. 1. cap. 41. appellat autem eum Ivo *Stephanum Papam XXII. a Petro*, & hoc ait ſtatuiſſe decimo decreto: verba autem ipſa eadem fere a Xyſto fuerant ſcripta epiſt. 2. ad Epiſcopos Hiſpaniæ; ſic enim refertur a Burch. lib. 1. cap. 143. ſed Ivo ait d. parte 2. cap. 70. *Sixtus a Petro Papa VI. in primo decretorum ſuorum omnibus in Chriſto dilectis fratribus* & Grat. SIXTUS d. diſt. 2. cap. 40. at Xyſtus de vaſis tantum conſtituit, Stephanus de veſtimentis, quæ differentia confirmari poterit verbis Damaſi in utriuſque Papæ vita. Nemo autem ſuſpicetur Hilarium hunc eſſe Epiſcopum Pictavienſ. qui fuit poſt Nicænam ſynodum.
*q* Sic etiam Burch. & Cont. *decretis*, Ivo. *r* *Fantino* pro *ſacratio*, Barcin. recte. *Sanction.* vet. Gregor. *Sancto*, alter minus vetus liber. *Sanctio*, duo Tarrac. *Sacrario*, tertius. *Gregor. III. Exonen. Epiſcopo*, Cont. & alii mendoſe. *Gregorius Fantino Defenſori*, ſcribendum ex epiſt. 43. lib. 3. regiſtri.
*s* Sic etiam Raim. & Cont. Integra clauſula in regiſtro hæc eſt: *Lator præſentium Coſmas Syrus in negotio, quod agebat, debitum ſe contraxiſſe perhibuit; quod & multis aliis, & lacrimis ejus atteſtantibus verum eſſe credidimus & quia centum & quinquaginta ſolidos debebat, volui, ut creditores illius cum eo aliquid paciſcerentur*; pro *credidimus* in veteri eſt *credimus*, & pro *volui* eſt *voluit*. *t* Sic etiam in regiſtr. *Lex habet*, Raim. & Cont.
*u* Sic etiam Raim. & Cont. *nullatenus teneatur*, regiſtr. *x* Sic etiam in regiſtr. *& ſi res defuerint*, Raim. & Cont. *y* *Poſſunt*, unus Tarrac. *z* *Eidem debito*, Barcin. & unus Tarrac. & regiſtr. *pro debito* Raim. & Contius: *ei debito*, duo Tarrac. Poſt verba hujus capitis eſt in regiſtro: *Creditores ergo ſuos, ut aſſerit, ad LXXX. ſolidos conſentire poſſibile eſt: ſed quia multum eſt, ut a nil habente homine octoginta ſolidos petant: ſexaginta ſolidos per notarium tuum tibi tranſmiſimus; ut tu cum eiſdem creditoribus ſubtiliter loquaris; rationem reddas, quia filium ejus, quem tenere dicuntur, ſecundum leges tenere non poſſunt*, &c. In fine ait: *Hic tamen ſollerter age, ut acceptis ſolidis ei plenariam munitionem ſcripto faciant*: in veteri libro *Hoc* pro *Hic* ſcriptum eſt.
*aa* Sic etiam veteres Gregor. *Exonien. Epiſcopo*, Cont. & alii, & in concil. parte 29. cap. 1. tit. de alienatione rerum eccleſiæ, & de earundem recuperatione. Ex hac inſcriptione mendum ſuperioris capitis in multos Gregorianos libros manavit. *bb* *Alexander quondam*, in concil. & in vet. Tarrac. hæc omittunt Raim. & Cont. *cc* *Eccleſiæ de Oſecolon*, Barcin. *eccleſiæ dictæ Offetolon*, concil. *eccleſiæ de Off.* vet. Gregor. *Offitona*, Cont. & alii: *eccleſiæ de Confecolon*, vetus Tarrac. ſed olim vox *eccleſiæ* non erat: *de Oſecolem*, duo Tarr.
*dd* Sic etiam Raimund. & Contius, *calicem quendam argenteum*, concil. plenius.
*ee* Sic etiam Raimund. *Unde quia*, concil. *ff* Sic etiam Raimund. *ut ejuſdem*, concil. quod æque placet: *ut eidem*, fuerat in uno ex veteribus Gregor. poſtea, *ut ejuſdem*. *gg* *Et* omittunt Raim. & Cont. eſt in conc.
*hh* *Sacris miniſteriis*, concil. & Raimund. quod non æque placet.

UNED

f. t. per A. ſ. pr. (*a*) m. qua. ſi verum eſt, quod aſſerit (*b*), filium ejus Walterium [*c*], qui ex ſucceſſione ipſius patrimonii (*d*) jus dicitur obtinere, moneas diligenter (*e*), & compellas, ut res ipſas pignoratas recolligat (*f*), & eas eccleſiæ reſtituat [*g*]: quod ſi facere [*h*] noluerit, eum vinculo anathematis non differas coercere.

## TITULUS XVIII. DE FIDEJUSSORIBUS.

### CAPUT I.

*Hieronymus in Parabolis (i).*

Non ponitur.

*Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti animam tuam apud extraneum [k], illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus (l).* Littera patet (*m*), quia ſuadet ei, qui ſpoponderit (*n*) proximo ſuo (*o*), ut eum (*p*) ſollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia, quam debet creditori, ipſum & ſe liberet [*q*].

### CAPUT II.

*Salomon in Parabolis [r].*

*Tolle veſtimentum ejus, qui fidejuſſor extiterit alieni (s), & pro extraneis aufer ab eo pignus (t),* & infra. *Noli eſſe cum eis, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis (u). Si enim non habes, unde reſtituas, quid cauſæ eſt, niſi ut tollat operimentum de cubili tuo? [x]* Non ponitur.

### CAPUT III.

*Ex concilio Carthaginen. [y]*

Clericus fidejuſſionibus inſerviens abiiciatur [*z*]. De fidejuſſ. c. 1.

CA-

*a* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *fraternitati tuæ* &c. *quatenus*, concil.
*b* *Quod aſſeritur*, concil. & Raim. & duo Tarrac. ſed in altero, ut editum eſt, prius fuerat.
*c* *V.* concil. omittunt Raim. & Cont. *Walterum*, vetus Tarrac. *Galterum*, duo Tarracon.
*d* *Patrimonii ipſius*, vetus Gregor. *ejus*, *ipſius patrimonii*, concil. ut editum eſt, Cont. & alii.
*e* Vox *diligenter*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa: exſtat in concil. *f* Sic etiam in concil. *ut eas recolligat* veteres Gregor. *ea* pro *eas* Cont. & alii: ſic etiam mutatum in uno ex veteribus Gregor.
*g* *Reſtauret* pro *reſtituat* concil. & *reſtituat eccleſiæ memoratæ*, Raimund. & Contius.
*h* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt autem in conciliis. *i* Proverb. cap. 6.
*k* *Defixiſti apud extraneum manum tuam*, Complut. & Hieron. vox *pro* in uno Tarracon. non eſt. Υἱὲ ἐὰν ἐγγυήσῃ σὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ. LXX. *Fili ſi ſpoponderis pro tuo amico, trades tuam manum inimico*, Complut. Sunt, qui ita interpretari poſſe putent: *Fili mi, ſi fidejuſſeris pro amico tuo, ſi ſtipulatus fueris alieno manu tua, illaqueatus es verbis oris tui.* *l* Sic etiam Complut. & Hieron. Παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη, καὶ ἁλίσκεται ῥήμασιν ἰδίου στόματος. LXX. *Laqueus enim fortis viro propria labia (ſunt) & capitur verbis proprii oris*, Complut. excepto verbo *ſunt*: verbum *es*, in uno Tarr. deſideratur.
*m* *In promptu eſt litteræ ſenſus*, Hieron. *n* *Qui ſpopondit*, Hieron.
*o* *Pro amico*, Hieron. *pro proximo ſuo*, vetus Tarracon. ſed vox *pro* olim non erat.
*p* *Ut ipſum amicum*, Hieron. *q* *Et ſe, & ipſum liberet*, Hieron. & tres Tarrac. poſterius &, in veteri olim non fuerat. Verba Salomonis de hac re fuerunt: *Fac ergo, quod dico fili mi, & temetipſum libera; quia incidiſti in manum proximi tui, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum: ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ; eruere quaſi damula de manu, & quaſi avis de laqueo*: ſic apud Hieron. & in Complut. exceptis ultimis verbis, pro quibus eſt, *& quaſi avis de manu aucupis.* ὥσπερ ἐκ παγίδος. LXX. *tamquam avis ex rete*, Compluten. *r* Priora verba ſunt ex capite 20. proverbior. poſteriora ex cap. 22.
*s* Sic etiam Complut. & Hieron. *extitit*, duo Tarrac. Ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον τοῦ ἐγγυόντος ἀντὶ ἀλλοτρίου. LXX. *Tolle veſtimentum ſpondentis pro alieno*, Complut. ſimilis fere ſententia eſt cap. 27. *Tolle veſtimentum ejus, qui ſpopondit pro alieno, & pro alienis aufer ei pignus*, licet LXX. aliis ea verbis expreſſerint. Utrubique dici creditur, ut pignori potius, quam fidejuſſori credamus. *t* *Aufer pignus ab eo*, Complut. & Hieron. Καὶ ἀντὶ ἀλλοτρίας λάβε ἐνέχυρον παρʼ αὐτοῦ. LXX. *& pro aliena accipe pignus ab eo*, Complut.
*u* *His* pro *eis* Complut. & Hieron. Μὴ δίδου σεαυτὸν εἰς ἐγγύην αἰσχυνόμενος πρόσωπον. LXX. *Ne des te ipſum in ſponſorem erubeſcens vultum*, Complut. Defigere manus videtur eſſe, quod veteres manus conſerere, ſive nexum facere dixerunt. *x* *Coperimentum*, Barcin. vox *niſi* in Complut. non eſt, neque in duobus Tarr. *ſi enim non habet, unde reſtituat, quid cauſæ eſt, ut tollat operimentum de cubili tuo?* Hieronym. Ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃς πόθεν ἀποτίσῃς, λήψονται τὸ στρῶμα τὸ ἐπὶ τὰς πλευρὰς σου. LXX. *Si enim non habueris, unde ſolvas, accipient lectum, qui ſub lateribus tuis (eſt)*, Complut. excepta voce *eſt*. στρῶμα cur lectus dicatur potius, quam ſtragula veſtis, non video.
*y* *Cap.* 70. Burch. lib. 2. cap. 173. & Ivo parte 6. cap. 264. decreti. *Ex concilio Cantuarien.* Raimund. & Cont. *ex canonibus Apoſtolorum cap.* 20. in concil. & in marg. Ivonis. Hi canones ſumpti ſunt ex lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum B. Clementis, in quo libro eſt hic canon 16.
*z* Sic etiam concil. Burch. Ivo, Raim. & Cont. *alias ab eccleſia abiiciatur*, Cont. in marg. *deponatur* pro *abiiciatur*, vetus liber concil. aptius. Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω. Til. & Clemens: hoc eſt, *Clericus fidejubens deponatur.* Κληρικὸς ἐγγύας οὐ δίδωσι, δοὺς δὲ καθαιρεῖται. Ariſten. in epitome: *Clericus*, inquit, *non fidejubeat, ſi fecerit, deponatur.* Hæc poſtea ita interpretatur, ut non fidejubeat lucro aliquo ductus, ſed pro paupere miſericordia ductus ſi fidejubeat, laudandus eſt: & Epiſcopi pro Epiſcopis in quarta actione concilii Chalcedonenſis fidejuſſores fuerunt. Licebit igitur judicii ſiſtendi cauſſa pro clerico clericum fidejubere. Sic etiam Joann. Zonaras ait diſtinguendum eſſe pro ſe, an pro alio fidejubeat: ſi pro alio, an lucri cauſſa, an charitatis zelo: jubemur enim animas noſtras pro fratribus noſtris ponere, quod etiam Ariſtenus dixit: ſed ſi nundinationis gratia pro publicano obligemur, vetitum eſt clericis, ne implicentur litibus, & negotiis ſæcularibus, ſed clericum pro clerico ſiſtendi cauſſa cavere, licitum eſſe conſtat ex generali quarta ſynodo. Leges autem etiam jubent clericos fidejuſſores præſtare, ſi conveniantur. At Balſamon Theodorus dubitari ait, num fidejuſſores præbere, an fidejubere prohibeatur clericus: durum tamen eſſet, ut inops datis fidejuſſoribus deponeretur. Si pro alio commodi ſui gratia fidejubeat, jure coercetur: at qui miſericordia ductus eſt, deponi non debet: idque confirmatur ex geſtis in quarta generali ſynodo, & ex novella Juſtiniani CXXIII. qua prohibentur quibuſdam civilibus muneribus clerici fungi, & pro eis cauſis fidejubere: adſert etiam cap. 30. Chalced. ſynodi, quod pars actorum eſt, & mentio fit fidejuſſorum quorundam Epiſcoporum.

## CAPUT IV.

*Lucius III. Helien. Epiſcopo, & Archidiacono Norwicen.* [a]

cap. 2. eod. PErvenit ad nos ex tranſmiſſa nobis conqueſtione [b] R. clerici de S. Albano [c], quod cum ipſe pro Helia, & Philippo (d) clericis Lundon. ad eorum (e) inſtantiam pro altero Helia (f) videlicet in VI. & pro altero [g] in VII. marchis (h) argenti mercatoribus Bon. fidejuſſit (i) eis, ſicut unus (k) fide, & alter (l) juramento (m) promiſerant (n), præſcriptam pecuniam non ſolventibus coactus eſt creditoribus pro ipſis pecuniam, ſicut inter eos convenerat (o), exhibere (1). Ne igitur (p) ſupradictus R. [q] diſpendium patiatur, unde videtur præmium meruiſſe, vener. f. noſtro (r) Bonon. Epiſcopo dedimus in mandatis, ut ſuper debitis illis [s] inſtrumenta, quæ ſunt apud creditores, inſpiciat, & eorum reſcripta (t) ſuo ſigillo ſignata vobis mittere (u) non poſtponat. Mandamus itaque diſcretioni veſtræ, atque pr. (x) qua. ſi (y) ex confeſſione (z) prædictorum clericorum, vel alias legitime vobis rem ita ſe habere conſtiterit, prædictos clericos moneatis (aa), ut procuratori memorati R. (bb) pecuniam, quam pro eis ſolvit, dil. & ap. ces. (cc) reſtituant, ipſumque ſervent indemnem. Si vero ad veſtram (dd) commonitionem non egerint, vos auctoritate Apoſtolica freti, de eorum redditibus præſcripta debita faciatis ap. remota m m. (2) ſolvi [ee], & damna (ff), quæ idem R. (gg) propter hoc pertulerit (hh), reſarciri, aut procuratori ejus prædictos redditus (ii) aſſignetis tamdiu ſine moleſtia detinendos, donec ipſa (kk) damna reſarcita fuerint, & debita ſine deminutione ſoluta: præfatos vero clericos, ſi religionem fidei, & juramenti ſui eos violaſſe conſtiterit, ſub. ap. ob. (ll) ab officio, & beneficio (mm) ſuſpendatis. Ceterum, quia (nn) novis morbis nova convenit antidota præparari, volumus, & mandamus, ut ad veritatem eliciendam ap. re. præſtari faciatis ab utraque parte calumniæ juramentum.

## CAPUT V.

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo.*

COnſtitutus in præſentia noſtra (oo) dilectus filius noſter (pp) magiſter Stephanus (qq), ſua nobis aſſertione monſtravit, quod pro magiſtro P. Bleſenſi cancellario (rr) tuo tempore Lateranen. (ſſ) concilii ad preces (tt) ipſius in XV. marchas (uu) ſterlingorum legalium, & communium interceſſit (xx), quas quoniam (yy) uſque modo debitor non perſolvit, iſte plurimas aſſerit (zz) a creditoribus (aaa) moleſtias pertuliſſe, & antiquum debitum plurimum augmentari (bbb). Unde quia (ccc) c. 3. eod.



(1) Alii, *ſolvere.*

(2) *Memorato*, forte.

*a Morinen.* pro *Norwicen.* vetus Gregor. *G. Helien. Epiſcopo, & Archid. Nowicen.* Barcin. *Archiepiſcopo Norvicen.* Cont. & alii mendoſe, cetera, ut edita ſunt. *Lucius III. Epiſcopo Elien. & S. Archidiacono Norwicen.* in concil. parte 23. cap. 5. vide ſupra de juramento calumniæ cap. 6. in hac collectione.

*b De* pro *ex* concil. *ex quæſtione*, veteres Gregor. aliis omiſſis: *ex conqueſtione*, Cont. & alii; vox *nobis* olim in uno Tarrac. non erat. *c* Hæc omittunt Raim. & Contius; ſunt in concil. & ſub tit. de juram. calumn. in Gregor. *ſancto* pro *S.* in tribus Tarrac. *d Pro Ph. & pro Helia*, concil. *pro E. & F.* vetus Greg. *pro C. & F.* Contius, & alii. *I. & F. canonicos*, tit. de juram. calumn. Raimund. *pro E. & S.* alter minus vetus Gregor. *e* Hæc uſque ad vocem *mercatoribus* omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. ſed pro *Lundon.* eſt *de Lund.* *f Pro altero eorum Helia*, Barcin. & duo Tarracon. *illorum* pro *eorum*, concil.

*g* Vox & in concil. non eſt. *h In VIII. aliis marchis*, vetus Tarrac. *in VII. aliis marchis*, duo alii Tarr. *i Fidejuſſiſſet*, Barcin. & tres Tarracon. *fidejuſſerit*, vetus Gregor. *fidejuſſiſſet mercatoribus Bononiæ*, conc. *Bononien.* Cont. & alii, cetera ut vetus. *k* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad vocem *præſcriptam*: tantum pro *eis* habent *illis: Et ei unus* &c. concil. *l Sicut & alter*, concil.

*m Pro juramento*, duo Tarracon. quod non placet: *proprio juramento*, forte ſcribendum.

*n Promiſerat*, Barcin. & concil. *o Prædictis creditoribus pro ipſis, ſicut inter eos convenerat, prædictam pecuniam exhibere*, concil. *ſatisfacere de eadem*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *prædictis creditoribus*, tres Tarrac.

*p* Hæc in concil. non ſunt; ſunt in Gregorianis. *q* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*r I.* additur in Barcin. & in duobus Tarracon. omnia Raimund. omiſit, & Cont. *vener. fratri noſtro Joanni* vetus Tarracon. *s* Vox *illis* non eſt in duobus Tarracon. *t Scripta*, Barcin. *traſcripta*, Raim. & Cont. apertius. *u Nobis* pro *vobis*, unus Tarracon. *x* Hæc omittunt Raim. & Cont. *atque præcipimus*, vetus Tarracon. *y Si* duo Tarrac. altera voce omiſſa. *z* Sic etiam veteres Gregor. *ex conceſſione*, Contius, & quidam alii non recte. *aa Moneatis eoſdem*, Raimund. & Contius.

*bb Ut memorato R.* Raimund. *cc* Hæc omittunt Raimundus, & Contius.

*dd* Pro his uſque ad illa, *de eorum*, eſt in Gregorianis, *alioquin:* pro *Si vero*, eſt in Barcin. *Si hoc vero.*

*ee Ap. ceſ. in integrum ſolvi*, Barcin. *exſolvi*, Raim. & Cont. aliis omiſſis *ap. remota, in integrum perſolvi*, vetus Tarrac. *ap. re. in integrum ſolvi*, alter Tarracon. *ff Etiam*, addit Raimund.

*gg* Hæc omittunt Raimund. & Contius. *hh Pertulit*, Barcin. & Raim. & unus Tarrac.

*ii Ac prædictos redditus ſibi*, veteres Gregor. *aut* pro *ac*, Contius, & alii.

*kk Donec ei ipſa*, unus ex veter. Gregor. *ll* Hæc etiam omiſit Raimund. ut ſæpe alias.

*mm* Hæc in Barcin. deſiderantur *nn* De his verbis vide ſupra tit. de juram. calumn. cap. 6.

*oo* Sic etiam Raim. & Contius, & in concil. d. parte 23. cap. 6. *apud nos*, Barcin.

*pp* Hæc omittunt Raim. & Contius, & concilia. *qq M. Stephanus*, concil. *magiſter S.* Raim. & Cont. *L.* pro *S.* unus ex veteribus Gregor. *rr Beleſenſi*, Barcin. *Ma. P. de Bleis cancellario*, concil. voce *pro* omiſſa: *pro cancellario*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *Belvenſi*, vetus Tarracon. *Pleſeuſi*, duo alii libri.

*ſſ Lateran.* Raimund. & Contius. *Laterani*, concil. non recte. *tt* Pro his verbis uſque ad verbum *interceſſit*, eſt in Gregor. *in quadam ſumma pecuniæ:* ut editum eſt, in concil. *uu Marcis*, vetus Tarrac.

*xx* Sic etiam Raim. & Cont. *interceſſerit*, concil. *yy* Hæc uſque ad illa, *Quia vero*, in concil. non ſunt: *quam* pro *quas*, Raim. & Cont. vox *quoniam* in altero veteri Gregor. non eſt, in altero minus veteri eſt: *quia* pro *quoniam* Cont. & alii. *zz Se aſſerit*, Barcin. & tres Tarrac. *ſe aſſerit plurimas*, Raim. & Cont.

*aaa Bonon.* addit Raim. *bbb Et debitum augmentatum*, Raim. & Cont. *& debitum antiquum* &c. unus Tarr.

*ccc* Pro his uſque ad illa, *m. qua*, eſt in Gregor. *Ideoque:* vox *quia* olim in vet. Tarrac. non erat.

pro noſtro volumus officio providere, ne qui gratiam meruit, pœnam ſuſtineat, ſ. t. per A. s. pr. m. qua. ſi legitime de hujuſmodi tibi aſſertione conſtiterit, præfatum P. (*a*) ut eum a præſcripta (*b*) interceſſione ſine dilatione prorſus abſolvas (*c*) omni gratia (*d*), & timore poſtpoſito, nullius ap. ob. eccleſiaſtica diſtrictione compellas (*e*). Quia vero diverſa (*f*) experimenta morborum varia nos compellunt remedia invenire, præſentium ſignificatione injungimus, ut ſi præfatus P. debitum, vel acceſſiones forte negaverit, conſuetudine, quæ legi contraria eſt, non obſtante, juramentum calumniæ ſubripere cogatur. Præterea quia difficile foret interceſſori teſtes in Angliam (*g*) ducere, judicibus Bon. ſatisdatione idonea a P. (*h*) accepta, quod ad teſtes audiendos vadat, vel mittat, infra terminum competentem, litteris tuis ſignifices, ut eos vice tua recipiant, examinent, & interrogent (*i*) diligenter, & depoſitiones eorum tranſmittant (*k*) incluſas, & ſignificent [*l*] quanta fides teſtibus, vel inſtrumentis poſſit haberi [*m*]. Ceterum (*n*) ſi jam dictus P. citatus præſentiam tuam adire, vel judicio ſtare contempſit (*o*), eum infra triginta dies poſt harum ſuſceptionem [*p*] reddas beneficio alienum (*q*), & redditus ejus in debitorum ſolutionem convertas, quouſque fuerit debitoribus (*r*) ſatisfactum.

## TITULUS XIX.
## DE SOLUTIONIBUS.
### CAPUT I.

*Alexander III. Decano & capitulo* [*s*] *Monen.* [1] c. 1.

AD hoc in Apoſtolicæ &c. & infra (*t*). Sicut filius (*u*) debita patris, ita prælatus ſui prædeceſſoris pro eccleſiæ neceſſitate certa perſolvere tenetur (*x*). De ſolut. c. 1.

## TITULUS XX.
## DE DONATIONIBUS.
### CAPUT I.

*Gregorius Aſclepiodoto Patricio Gallorum* (*y*).

PRudentes &c. [*z*] & infra. Hanc ſibi (*aa*) quodammodo nobilitas legem ponit (*bb*), ut debere ſe, quod ſponte tribuit, æſtimet (*cc*), & niſi in beneficiis ſuis (*dd*) creverit, nil præſtitiſſe putet (*ee*), & apud nobilium mentes (*ff*) ſemiplenum bonum videtur, quod ſine adjectione relinquitur. De donat. c. 1.

### CAPUT II.

*Alexander III. Epiſcopo Papienſi* (*gg*).

FRaternitatem tuam credimus non latere, quod cum Epiſcopus, & quilibet prælatus alius eccleſiaſticus (*hh*) eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, non dominus (*ii*), condicionem eccleſiæ meliorare poteſt, facere vero deteriorem non debet; accepimus autem, quod bonæ memoriæ P. [*kk*] prædeceſſor tuus graves dona- c. 2. eod.

[1] *Morin.* Greg. IX.

*a Præfatum debitorem*, Raimund. & Contius. *b A prædicta*, Raimund.

*c* Scribendum eſt, *abſolvat*, ut eſt in Gregorian. & in Barcinon. & Tarracon. quattuor.

*d* Hæc uſque ad vocem *eccleſiaſtica*, omiſit Raim. *e* Sic etiam in veteribus Gregor. *cenſura compellas*, Contius, & alii. *f* De his verbis ſcripſimus ſub tit. de juram. calumn. cap. ult.

*g Suos teſtes*, Barcinon. & Raimundus. *h A cancellario ipſo*, Raimund. & Cont.

*i Et examinent*, Raimund. aliis omiſſis: *examinentur*, vetus Tarracon. quod vix ferri poteſt.

*k Tranſmittentes*, in Gregor. *l* Vox & omittitur a Raimund. & Contio.

*m Adhiberi* Barcin. *poſſint inſtrumentis*, & *teſtibus adhiberi*, vetus Greg. *vel* pro & Cont. & alii.

*n* Hæc omittunt Raim. & Cont. *o Contempſerit*, duo Tarrac. *judicio tuo ſtare contempſerit*, Barc. plenius.

*p Litterarum*, additur in Barcin. apertius: & in duobus Tarracon. poſt vocem *harum*.

*q Beneficio eccleſiaſtico alienum*, Barcin. non male, & vetus Tarracon. in quo olim ut editum eſt.

*r* Scribendum *creditoribus*, ut eſt in Barcin. & in vet. Tarrac. *s Morian.* concil. parte 29. cap. 9. *Mor.* vetus Gregor. *Morin.* unus Tarrac. & Cont. & alii: *Morien.* alter minus vetus liber, & duo Tarrac.

*t* Sic etiam Raim. & Cont. excepto &c. Integra clauſula ſcribi poteſt ex concil. in hanc rationem: *Ad hoc in Apoſtolicæ ſedis ſpecula ſumus, licet immeriti, domino diſponente conſtituti: ut aciem noſtræ conſiderationis ad univerſas eccleſias extendamus, & earum commodis, & profectibus omnino intendamus* &c. Quæ poſtea ſequuntur, a lectoribus videantur: mihi enim non eſt otium, ut eadem hoc loco totidem verbis deſcribam.

*u* Altius verba referre ex conc. placet: *Quod ſi contigerit eundem Epiſcopum ante ſolutionem debitorum, quæ pro utilitate, & neceſſitate eccleſiæ ſibi commiſſæ contraxerit, ex hac luce migrare, de redditibus, qui ſpectant ad menſam ejus, donec alius loco ejus ſubſtituatur, eadem debita ſolvere ſtudeatis. Quo ſubſtituto Epiſcopum ad eorundem debitorum ſolutionem omnino adducetis, & ſicut filius* &c. *x* Scribendum eſt, *contracta* pro *certa*, ut in Barcin. & in duobus Tarracon. eſt: forte *cepta*, *vel capta*: *contracta tenetur perſolvere*, concil. *ſolvere tenetur*, Raim. & Cont. ſcribunt ante illa, *ita prælatus*, & *contracta* pro *certa*, in fine totius capitis.

*y A.* pro *Aſclepiodoto*, Raim. *Aſchelpidato*, Cont. in marg. ex lib. 12. indict. 7. epiſt. 17. regiſtri B. Gregorii: in meo eſt *Aſcelpidato*, in veteri *Aſcelpteudo*, *Accepidoto*, vetus Tarrac. *Aſdepidoto*, alter. *Aſdepodito*, tertius

*z* Recte Contius addidit quædam a Raimund. prætermiſſa: *Prudentes viros, ſicut eſtis, Regibus adhærere, multorum ſolamen eſt: nam dum præſtanti ſibi locum ad animæ utilitatem datum intelligunt, certum eſt, quia mercedis cauſas, ubi inveniunt, non poſtponunt. Quanto igitur affectu, quantaque devotione Gloria ſe veſtra in cauſis pauperum ſtudio pietatis impenderit, dilectiſſimo filio noſtro Candido presbytero renuntiante comperimus*, ſic in veteri regiſtro: *præſtandi* pro *præſtanti* eſt in editis. *aa* Sic etiam Raim. & Cont. *Sed cum hanc ſibi*, regiſtr.

*bb* Sic etiam vetus Raim. liber, & vetus regiſtr. *legem imponit*, editi libri, & Cont. & alii: *impoſuit*, alter ex veter. Raim. libris: *legem præponit*, unus Tarrac. *cc* Sic etiam regiſtr. *extimet*, vetus Raimund. liber, & duo Tarrac. *exiſtimet*, Cont. & alii. *dd* Vox *ſuis*, in Barcinon. non eſt, habent ceteri.

*ee Nihil præſtitiſſe ſe reputet*, regiſtr. *nihil ſe præſtitiſſe putet*, Raimund. & Contius.

*ff* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in regiſtro, ſed poſt alia verba, quibus presbyterum, & patrimonium eccleſiæ commendat: *paterna*, inquit, *dilectione ſalutantes*, *Gloriæ veſtræ ſupraſcriptum presbyterum*, & *patrimoniolum eccleſiæ noſtræ fiducialiter commendamus, ut ope gratiæ veſtræ præmunitum, moleſtias*, & *onera nulla ſuſtineat*: & poſtea: *Augete favoris veſtri præſidia: quia nobilium mentium ſemiplenum* &c. Quæ poſt verba hujus capitis ſcripta ſunt, in regiſtro videantur: toto autem hoc capite ſine ulla jactura carere poteramus.

*gg Pariſien. Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Pap.* duo Tarrac. *hh* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*ii* Sic etiam veteres Gregor. & *non dominus*, Cont. & alii. *kk* Hæc omittunt Raim. & Cont.

nationes, & oneroſas eccleſiæ (*a*) in rebus Epiſcopatus ad quorumdam inſtantiam (*b*) fecit, in detrimentum eccleſiæ canonicis ſuis [*c*] catholicis † inconſultis. Unde quoniam (*d*) donationes hujuſmodi de jure non tenent (*e*), ſ. t. auctoritate Ap. [*f*] indulgemus, ut donationes (*g*) hujuſmodi, tam a clericis, quam a laicis tibi liceat legitime revocare.

## CAPUT III.

*Idem* (*h*).

c. 3. eod. CEterum, ſi Abbatem [*i*] tuæ diœceſis donationem cum priore, & quibuſdam de conventu ſuo, vel ſolum Abbatem facere contigerit, & pars conventus poſtea reclamaverit, datæ rei quantitas, & illius terræ conſuetudo, quæ tamen ſacris canonibus non manifeſte obviet, eſt diligentius attendenda, & ſecundum hoc donum ratum, vel irritum judicandum. Verum ſi alicui eccleſiæ poſſeſſio quælibet interpoſita condicione donetur, non poteſt a donatore poſtea revocari, niſi forte tali ſit condicione collata, quod ea ceſſante poſſeſſio revocari debeat.

# TITULUS XXI.
# DE PECULIO CLERICORUM.
## CAPUT I.

*Ex concilio Lateran.* [*k*]

INveſtigandum eſt, ſi nil [*l*] patrimonii habens presbyter, quando provectus eſt [*m*] ad eccleſiaſticum ordinem, & poſtea emerit prædia [*n*] cujus juris ſint [*o*], quoniam eccleſiæ, ad quam nil habens [*p*], promotus eſt, eſſe debet [*q*] juxta canonicam auctoritatem. De peculio cleric. c. 1.

## CAPUT II.

*Ex concilio Arauſico* (*r*).

PResbyter cum (*s*) diœceſim tenet [*t*], de hiis, quæ ſuperemerit [*u*], ad eccleſiæ [*x*] nomen ſcripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat (*y*). c. 2. eod. t.

## CAPUT III.

*Ex epiſtola Pii Papæ* [*z*].

UT unuſquiſque (*aa*) presbyter res, quas poſt dies (*bb*) conſecrationis acquiſierit, propriæ eccleſiæ relinquat [*cc*]. cap. 3. eod.

## CAPUT IV.

*Ex dictis Auguſtini* (*dd*).

EGO, qui in primis conceſſi clericis habere proprium, nunc dico [*ee*], quiſquis cleri- Non ponitur.



*a* Hæc etiam ab eiſdem omittuntur. *b* Hæc ſunt itidem ab eiſdem omiſſa.

*c* *Suis Canonicis* Raimund. alia voce omiſſa: forte *catholicæ*, ſive *cathedralis eccleſiæ*.

*d* *Unde cum*, unus ex veter. Greg. *e* *Non teneant*, idem vet. Greg. *f* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*g* *Indulgemus, ut tibi liceat donationes hujuſmodi tam a clericis, quam a laicis legitime revocare*, veteres Gregor. *indulgemus tibi, ut liceat* &c. ut veteres, Cont. & alii. *h* *Wigor. Epiſcopo*, Barcin. & tres Tarrac. *Wigorn. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vigor.* Cont. & alii. *Idem* in concil. parte 29. cap. 3. *Alex. 3.* ſupra de conſuetudine cap. 2. in hac collectione. *i* Ante hæc verba eſt in Barcin. & tribus Tarrac. *pars cap.* MEMINIMUS: & in d. cap. 2. & apud Cont. in marg. vide quæ diximus d. cap. 2. quod totidem verbis ſcriptum eſt.

*k* *Arelat.* Raim. & Cont. *ex concilio Remenſi, cap. 6.* Burchard. lib. 3. cap. 118. & Ivo parte 3. cap. 94. decreti, & lib. 2. tit. 4. cap. 23. Panorm. in conciliis editis nondum inveni.

*l* *Nihil* pro *nil*, Ivo & Raimund. *Inveſtigandum ſi nihil*, Burchard. *m* Sic etiam Burch. & Ivo, & veteres Gregor. *promotus eſt*, Cont. & alii. *n* Vox *&* omiſſa eſt a Burch. Ivone, & Raim. *poſtea prædia emit*, Panorm. *poſtea emit prædia*, unus ex veter. Gregor. *o* Sic etiam Raim. & Burch. *ſunt*, Ivo.

*p* *Nihil habens*, Raim. & Cont. *de nihil habente*, Barcinon. Burch. & Ivo. *q* Scribe, *eſſe debent*, ut duo Tarracon. & alii omnes habent, præter Panorm. & unum Tarracon. *eſſe debeant*, vetus Burch. liber.

*r* *Auraſico*, Tarrac. quattuor, & Contius: in marg. ex eodem Raim. hoc eſt *ex Arelaten. Arauſico cap.* 54. Burchard. lib. 3. cap. 119. rectius Ivo *ex concil. Agathenſi cap.* 54. parte 3. cap. 95. & d. tit. 4. cap. 24. *in concil. Agathen.* Grat. 12. q. 4. cap. ult. & recte Demochares addidit *cap.* 54. *ex concil. Magocien.* eſt in uno veteri Gratiani libro mendoſe. *s* *Dum* pro *cum* in concil. ceteri libri *cum*. *t* *Habet* vetus Grat. liber.

*u* Sic etiam Raim. & Cont. *emerit*, concil. Burch. Ivo, & Grat. *x* *Ad ipſius eccleſiæ*, Raim. & Cont. vox *ipſius* in aliis Burchard. Ivonis & Gratian. libris non eſt, neque etiam in concil.

*y* Sic etiam concil. Burch. & Grat. *aut ab ejus ordinatione diſcedat*, Raim. & Cont. *ut* pro *aut* Ivo, & *non diſcedat* pro *diſcedat*, quod non æque placet: *ut* pro *aut* unus ex veter. Grat. libris: *ordinationem* pro *ordinatione*, unus Tarrac. *z* Sic etiam Raim. & Cont. *ex concilio Carthagin. cap.* 45. Burch. lib. 3. cap. 121. & Ivo d. titul. 4. cap. 26. Panorm. ſed rectius idem parte 3. cap. 96. decreti *ex concil. Carthagin. 3. cap.* 48. & videtur eſſe ſumptum ex titulo capitis 49. ejuſdem concilii: verba ejuſdem capitis 49. exſtant apud eoſdem Burch. cap. 120. d. libri 3. & Ivon. cap. 25. Panorm. & d. cap. 96. decreti, & apud Grat. 12. q. 3. cap. 1.

*aa* Sic Burch. Ivo, & Raim. ſed in conciliis editis eſt hic titulus capitis 49. *Ut ea, quæ quis in eccleſiaſtico poſitus gradu adquiſivit, eccleſiæ conferantur*: & in veteri libro Romano cap. 38. concilii Carthaginen. *Ut ne quis eccleſiaſticas res ſibi mancipet*. Apud Creſcon. cap. 248. hæc verba ſunt: *Ut ſi quis clericorum pauper promotus in ordine, aliquid poſtea habuerit, eccleſiæ poteſtati ſubjaceat*, concil. *Carthag. tit.* 32. eſt autem idem titulus cap. 32. concilii Carthag. in corpore canonum, excepta voce *Ut*. Ἔαν τις τῶν κληρικῶν πενιχρὸς προκόψας εἴς τινα τάξιν κτήσηται τίποτε, ὑποκεῖσθαι τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων. Tilius, cap. 32. Carth. pro *eccleſiæ poteſtati* eſt, *poteſtati Epiſcoporum*, in Græcis verbis. *bb* Sic etiam Raimund. & Cont. *poſt diem* Burch. & Ivo, & unus Tarracon. *cc* *Cenſemus*, additur in veteri Tarracon. ſed olim, ut editum eſt.

*dd* Ex ſermone 53. ad fratres in eremo de communi vita clericorum: exſtat etiam is ſermo relatus totidem verbis in concilio Aquiſgranenſi ſub Ludovico Imp. cap. 113. magna etiam pars refertur ab Anſelmo Lucenſi lib. 7. cap. 6. aliquot verba refert Grat. 12. q. 1. cap. 10. cujus initium eſt, *Nolo ut aliquis*, &c. quod initium ſumptum eſt ex ſermone 52. ejuſdem Auguſtini.

*ee* *Ego, qui primis conceſſi clericos* &c. vetus Tarrac. olim. *Dixeram enim, & ſcio me dixiſſe, ut ſi nollent ſuſcipere ſocialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum: ſeorſum manerent, ſeorſum viverent: quomodo noſſent, Deo viverent. Et tamen ante oculos poſui, quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos; quam plangere mortuos: qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo quicumque voluiſſet extra manere, & de ſuo vivere, non ei tollerem clericatum: ita modo quia placuit illis Deo propitio ſocialis hæc vita; quiſquis cum hypocriſi vixerit*, concil. Pro *ut ſi nollent*, eſt in editis Auguſt. libris, *quod ſi nollem*, mendoſe: & ante *ſeorſum manerent*, addi-

ricus inventus fuerit [a] habens proprium, non illi permitto, ut inde faciat [b] teſtamentum, ſed delebo eum [c] de tabula clericorum.

CAPUT V.

*Ex concilio Toletano (d).*

Non ponitur.

CEterum presbyteri ſi [e] poſt ordinationem ſuam (f) aliquid acquiſierint [g], illud obſervandum eſt, quod in canonibus de conſecratis, & nil [h] habentibus conſtitutum eſt [i].

CAPUT VI.

*Ex concilio Remenſi (k).*

cap. 4. eod.

INquirendum eſt, ſi aliquis (l) presbyterorum de redditibus eccleſiæ, vel oblationibus, ac votis (m) fidelium, alieno nomine (n) res comparaverit (o), & ibi ſtructura (p) fecerit, vel quæ ad eccleſiam pertinent, ibidem collocaverit, quia ſicut nec ſuo (q), ita nec alieno nomine, presbyter (r) fenus exercere debet, multo minus (s) fraudem [t] facere de facultatibus eccleſiaſticis, quoniam hoc (u) ſacrilegium eſt, & par crimen [x] Judæ furis (y), qui ſacras oblationes aſportabat (z), & furabatur.

CAPUT VII.

*Ex concilio Toletano [aa].*

c. 5. eod.

SI quis ſane clericorum agella, vel vineolas (bb) in terra (cc) eccleſiæ ſibi feciſſe probabitur [dd] ſuſtentandæ vitæ cauſa [ee], uſque ad diem obitus ſui poſſideat. Verum poſt ſuum de hac luce deceſſum (ff), juxta priorum canonum inſtitutiones, jus ſuum [gg] eccleſiæ reſtituat (hh), nec teſtamentario, aut [ii] ſucceſſorio jure cuiquam heredum, pro heredumve (kk) relinquat, niſi forſitam [ll] cui Epiſcopus ſervitiis (mm), ac præteſtatione [1] eccleſiæ largiri voluerit.

TITULUS XXII.

DE TESTAMENTIS, ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

CAPUT I.

Non ponitur.

T*Gregorius in regiſtro [nn].*

Eſtamentum Baucadi (oo) quondam xenodo-

[1] Pro *ſervitiis*, *ac præſtatione*, Greg. IX.

additur *ſed* non male. Anſelm. ut concil. Ante vocem *ſocialem* eſt apud Grat. *etiam*, & ante *ſeorſum* eſt *ſed*, & poſt verbum *viverent* deſiderantur multa uſque ad verbum *Malui*; pro *placuit illis*, eſt apud eundem *placuit eis*. In uno veteri Grat. libro eſt, *Dixeram etenim*: & in tribus veteribus libris eſt vox *etiam* ante verbum *ſuſcipere*, in uno eſt omiſſa: pro *cæcos*, *& claudos*, eſt in uno *languidos*, in altero *debiles*, *vel claudos*, in tertio *claudos* tantum, in quinto additur *illos* ante vocem *cæcos*, pro *qui enim*, in tribus veteribus eſt, *quicumque enim*.

*a* Vox *clericus* non eſt apud Aug. neque apud Anſelm. neque Gratianum: *quiſquis fuerit*, concil. aliis omiſſis.

*b Inde facere*, unus ex veter. Gratiani libris. *c* Sic etiam Aug. Anſelm. & Grat. *deleo eum*, concil. vide cap. 2. concilii Agathen. apud Grat. diſt. 50. cap. 21. & Ivo parte 6. cap. 366. decreti. Poſt verba hujus capitis additur in Aurelii Auguſtini ſermone, & in concil. Aquiſgran. & apud Anſelm. *Interpellet contra me mille concilia; naviget contra me, quo voluerit: ſit certe, ubi potuerit; adjuvabit me Dominus: ut ubi ego Epiſcopus ſum, ille clericus eſſe non poſſit*, &c. *conſilia* pro *concilia*, & *illic* pro *ille*, & *Deus*, pro *dominus*, in editis Aug. libris; apud Grat. his omiſſis alia verba ſequuntur ex alia parte ejuſdem ſermonis. Appellantur autem hi ſermones in concil. de vita, & moribus clericorum, ab Anſelmo, ſermo de communi vita clericorum, item a Gratiano. *d* Sic etiam Burchard. lib. 3. cap. 122. & Ivo parte 3. cap. 96. decreti, ſed in conciliis non inveni. *e Presbyter*, Barcin. Burch. & Ivo; *ſi presbyteri*, vet. Tarrac.

*f* Vox *ſuam* omittunt Burchard. & Ivo. *g Acquiſierit*, Barcin. Burch. & Ivo.

*h Et nihil*, Ivo; *nihil*, Burchard. editus, & omiſſo: ſed in veteri libro eſt.

*i* Sic etiam Ivo, & Burchard. editus: *ſtatutum eſt*, vetus Burchard. liber.

*k Capite X.* Burch. lib. 3. cap. 123. & Ivo d. cap. 96. Raim. & Cont. ut editum eſt.

*l* Sic etiam Ivo, & veteres Gregor. vox *eſt* a Burch. omittitur: *ſi quis* pro *ſi aliquis*, Cont. & alii.

*m* Sic etiam Burch. & Ivo: *vel* pro *ac*, Raim. *n* Sic etiam Raim. & Cont. *alio nomine*, Burch. & Ivo.

*o* Sic etiam Burchard. & Ivo, & veteres Gregor. *comparavit*, Contius, & alii.

*p* Hæc uſque ad illa, *quia ſicut*, omittunt Raimund. & Cont. habent Burch. & Ivo. Poſt verbum *collocaverit*, apud Burch. eſt: *& mulierum frequentationem inibi fieri permiſerit; vel quod turpius eſt, tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificium ſuum exerceant, & curam domus agant; & in eadem presbyter frequenter veniens manſerit, & contra decreta canonum hoc malum agat.* Totidem verbis Ivo: *hoc agant malum*, vetus Burch. liber.

*q* Hæc ſunt Leonis Papæ verba epiſt. 1. cap. 4. ex concil. & regiſtr. & corp. can. cap. 4. Leonis: refert Grat. diſt. 46. cap. ult. Anſelm. lib. 7. cap. 150. & Burch. lib. 2. cap. 121. varietas nonnulla eſt.

*r Aliquis clericorum*, Leo ubi ſupra. *s* Hæc in Gregor. omiſſa ſunt: habent ea Burch. & Ivo.

*t Fraudes*, unus Tarrac. *in fraudem*, alter. *u Quando hoc*, Ivo, *debet quoniam hoc*, Raim. *quon. hoc*, vetus Burch. liber. *x* Sic etiam Burchard. *pars crimini*, Ivo; *par criminis*, vet. Gregor. *par crimini*, Cont. & alii, & tres Tarracon. olim, poſtea ut editum eſt. *y* Sic etiam Burch. & Raim. *Judæ fit*, Ivo. Similis locus ex Clem. epiſt. 2. Grat. 17. q. 4. cap. 15. SI FORTE. Ivo parte 2. c. 65. & parte 6. c. 88. decreti.

*z Aſportavit*, unus Tarrac. *aa* Sic etiam Raim. & Cont. adde *ſecundo capite quarto*, ex concil.

*bb* Sic etiam Raim. & Cont. *agellos*, *vel vineolas*, *ſeu alia ædificia*, concil. rectius.

*cc* Sic etiam Gregor. IX. *in terris*, conc. *in terram*, duo Tarrac. *dd Probatur*, conc. *probabitur*, Raimund. & Cont. *probabit*, unus Tarracon. *ee* Sic etiam Raimund. *vitæ ſuæ cauſa*, concil.

*ff Poſt ſuum vero de hac luce deceſſum*, concil. *Verum poſt ſuum deceſſum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *diſceſſum* pro *deceſſum* eſt in marg. conc. *gg Conſtitutiones* pro *inſtitutiones*, Barcin. & concil. omittunt omnia Raimund. & Contius. *hh* Sic etiam in Gregor. *eccleſiæ ſanctæ reſtituat*, concil. *ſuæ* pro *ſanctæ*, tres Tarrac.

*ii* Sic etiam Raim. *ac* pro *aut*, conc. *nec a teſtamentario*, *aut*, Barcinon. *kk* Sic etiam Raim. & Cont. *aut pro heredum*, concil. *ll* Sic etiam in concil. *niſi forſan*, Cont. *niſi forte*, unus ex veter. Gregor.

*mm* Scribendum *pro ſervitiis*, *ac præſtatione*, ut in conc. eſt, & in Barcin. & in Gregorian. *pro ſervitiis*, *ac de præteſtatione*, vetus Tarr. olim tamen *de*, & *pro* fuerant omiſſa; in altero *præſtatione*: quam vocem Alanus probat: utramque interpretatur, *ideſt præ ordinatione*, *& prætextu*, quod non placet.

*nn Gregorius Petro ſubdiacono*, ſcribendum ex libro 1. epiſt. 9. regiſtri.

*oo Baucadæ* eſt in tribus Tarracon. *Baricardæ* in Barcin. *Teſtamentum autem Bacandæ* in regiſtro: *vero* pro *autem* eſt in vet. reg. ſic *Baccudæ* Epiſcopo Formienſi mittitur epiſt. 8. lib. 1. & de obitu *Bacaudæ* Antiſtitis mentio fit lib. 6. epiſt. 16. cap. 180. indict. 15. *Bacadæ* eſt in editis, in veteri *Bacaudæ*. Ante hæc verba ſcribi potuit, *pars cap.* GREGORIUS: vide 16. q. 4. cap. 2. ex eadem epiſt.

UNED

dochi, nunc vero Foren. Epiſcopi (*a*) in ea, qua conditum eſt, volumus firmitate perſiſtere (*b*).

## CAPUT II.

*Idem Anthemio ſubdiacono* (*c*).

De teſtam. c. 1.

QUorundam ad nos relatione pervenit, quod Importunus (*d*) Atellanæ (*e*) civitatis Epiſcopus, dum de hac luce migraret (*f*), condito teſtamento in octo unciis totius ſubſtantiæ (*g*) ſuæ nurum ſuam inſtituit heredem (*h*), eccleſiam ſuam [*i*] in reſiduis quattuor, hortamur ergo experientiam tuam (*k*), ut ſollicita inquiſitione (*l*) diſcutias, & quidquid eccleſiæ ipſius eſſe patuerit (*m*), a qualibet perſona detineri nullatenus patiaris, niſi hoc ſolum, quod eum ante Epiſcopatus ordinem proprium habuiſſe conſtiterit. Quidquid vero, vel ante [1] eccleſiæ (*n*) ipſius eſſe (*o*) cognoveris, vel in Epiſcopatus ordine prædictum Epiſcopum acquiſiviſſe (*p*), in ejuſdem eccleſiæ dominio conſervetur.

[1] Alii addunt, *vel poſt*.

## CAPUT III.

*Gregorius* (*q*).

QUia ingredientibus, &c. & infra (*r*). Gabiniana Abbatiſſa queſta eſt (*s*) Syricam (*t*) monaſterii ſui Abbatiſſam, poſtquam ſuſcepit officium regendi, condito teſtamento legata quibuſdam reliquiſſe [*u*], dicens eam (*x*) uſque in diem obitus ſui [*y*] monaſticam veſtem non induiſſe (*z*), ſed in veſtibus, quibus utuntur loci illius presbyteri permanſiſſe (*aa*), ſicut & illa (*bb*), quæ ante ipſam fuerat (*cc*) Abbatiſſa, & hoc pœne (*dd*) ex conſuetudine licuiſſe: & infra. Neceſſarium ergo viſum eſt [*ee*], tam cum conſiliariis (*ff*) noſtris, quam cum aliis hujus civitatis doctis viris, ſi quid [*gg*] eſſet de lege, tractaret (*hh*), qui tractantes (*ii*) dixerunt (*kk*), poſtquam Abbatiſſa ab Epiſcopo ordinata eſt [*ll*], & monaſterio c. 2. eod.

rio

*a Formiani* fortaſſe, ut d. ep. 8. hæc in regiſtr. non ſunt. *b* Sic vetus liber regiſtri: in editis, *in firmitate perſiſtere*, aut *firmitate*, altera voce omiſſa.

*c Greg. Anthemen. ſubd.* vetus Raim. liber. *Aut. ſubd.* alter minus vetus. *Gregor. 3. Antonio ſubdiac.* Cont. & alii. *Gregor.* 1. in marg. Cont. ex lib. 7. epiſt. 52. regiſtr. recte: ſcribo; *Idem Anthemio ſubdiacono Campaniæ*, ex veteri regiſtro. *Campano ſubdiacono*, editus liber. *d Eo quod Importunus*, regiſtr. *quod I.* Raim. & Cont. qui in marg. ſcripſit *Importunus*. *e Attellanæ*, regiſtr. & vetus Gregor. ego Stephanum ſequor, & nummos.

*f* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in regiſtr. *g* Vox *totius* ab eiſdem omittitur, eſt in regiſtro.

*h Heredem inſtituit*, duo Tarrac. *inſtitueret*, Barcin. pro *inſtituit*: *nurum ſuam heredem inſtituerit*, regiſtr. *nurum ſuam heredem conſtituit*, vetus Raim. liber; *nurum heredem inſtituit*, Contius, & alii.

*i* Sic etiam Raimund. & Contius, *& eccleſiam ſuam*, regiſtr. & unus ex veter. Raim. libris.

*k* Sic etiam in regiſtro: *hortamur ergo*, veteres Raim. libri; aliis omiſſis: *igitur* pro *ergo*, Cont. & alii.

*l* Sic etiam in regiſtro: *ut ſollicite hoc*, Raim. & Cont. *m* Sic in regiſtr. *ipſum habuiſſe patuerit*, Raim. & Cont. *eccleſiæ ipſius eſſe ſuis potuerit*, vetus Tarracon. olim, mox *eccleſiæ tuæ patuerit*.

*n* Sic in regiſtro. *Quidquid vero poſt, vel ante eccleſiæ*, Barcin. *vel ante, vel poſt*, in marg. Tarracon. unus. *Quidquid vero eccleſiæ ante*, Raimund. & Contius, *& poſt*, additur pro ſcholio in veteri Tarrac.

*o* Sic etiam in regiſtro: *ipſius conſecrationem fuiſſe*, Raim. & Cont. vox *eſſe* in veteri Tarrac. olim non erat.

*p* Sic etiam Raim. *acquiſiſſe*, alter ex editis regiſtri libris, & alter ex veteribus Raim. libris. Poſt verba hujus capitis additur in regiſtro: *nec quiſquam exinde aliquid uſurpare qualibet occaſione præſumat* &c. mox adduntur alia, quæ pertinent ad electionem Epiſcopi. *q Idem*, Raim. & Cont. aptius: ſed addi potuit, *Januario Epiſcopo Caralitano*, ex epiſt. 7. ejuſdem libri 7. regiſtri, & Anſelm. Lucenſ. lib. 7. cap. 182. *Carolitano* mendoſe Gratian. 19. q. 3. cap. 7. ſed in duobus veteribus eſt *Caralitano*.

*r* Sic etiam Raim. & Cont. excepta voce *&c.* Integra clauſula in regiſt. eſt hæc: *Quia ingredientibus monaſterium convertendi gratia, ulterius nulla ſit teſtandi licentia: ſed res eorum ejuſdem monaſterii juris fiant: aperta legis definitione decretum eſt. Quod cum pœne omnibus notum ſit; in magna nos Gabinæ Abbatiſſæ monaſterii ſanctorum Gabini, atque Luxurii inſinuatio admiratione perduxit* &c. hæc in veteri regiſtro ſunt, pro *nulla ſit*, in quibuſdam editis vox *ſit* deſideratur, pro *Gabinæ* eſt *Graviniæ*, pro *Gabini, atque Luxurii*, eſt *Gavini, & Luxorii.* Anſelmus refert verba ſupraſcripta uſque ad illa *decretum eſt;* pro *ſed res*, habet, *ſed ut res.* Gratianus itidem uſque ad illa *decretum eſt*, refert, & eodem modo ſcribit, *ſed ut res*, ut Anſelm. & hoc amplius pro *monaſterii juris fiant*, habet, *monaſterii ſint*: vide Novell. 5. cap. 4. & Nov. 123. cap. 56. Juſtiniani. Pro *res eorum*, in uno veteri Grat. libro eſt, *res omnes.* *s Sabiniana*, Barcin. *Gibinia*, vetus Raim. liber. *Gabina Abbatiſſa conqueſta eſt*, Cont. & alii. *Gadimatia*, in marg. Cont. pro his omnibus eſt in regiſtro unica vox *quæ*, & refertur ad *Gabinam. Quod* pro *quæ* eſt in veteri libro non recte. *t* Sic etiam in regiſtro. *S.* quondam, Raim. & Cont. qui in marg. habet *Silicam.* *u* Sic etiam veteres Raimund. libri; *quibuſdam aſſeruit reliquiſſe*, regiſtr. *reliquiſſe*, Cont. & alii, ceteris omiſſis. *x* Sic etiam Raimund. & Cont. multa pro his verbis ſunt in regiſtro: *Et dum de ſanctitatis veſtræ ſollicitudine quæreremus, cur res monaſterio compeventes, ab aliis pertulerit detineri, communis filius Epiphanius Archipresbyter veſter præſens inventus reſpondit, memoratam Abbatiſſam*: ſic vetus regiſtri liber, *monaſterii* pro *monaſterio* eſt in editis. *y* Sic etiam Raimund. & Cont. *uſque ad diem obitus*, regiſtr. omiſſa voce *ſui*, eſt tamen in veteri libro. *Ad* pro *in* unus ex vet. Raimund. libris.

*z Non induiſſe habitum monachalem*, Greg. 9. *indui ſe monachica veſte noluiſſe*, regiſtr. *monachicam*, duo Tarracon. *monachiam*, tertius. *aa* Sic etiam Raim. & Cont. *presbyteræ* pro *presbyteri* eſt in regiſtro aptius. Sic dicebantur olim presbyterorum uxores, cum quibus, ut ſorores vivebant.

*bb* Totidem verbis Raim. & Cont. uſque ad verbum *Neceſſarium*: ſed in regiſtro hæc ſunt: *Ad hæc replicabat prædicta Gabina, hoc pœne ex conſuetudine licuiſſe; adeo ut Abbatiſſam, quæ ante ſupraſcriptam Syriacam fuerat talibus uſam fuiſſe veſtibus allegaret. Cum ergo de qualitate veſtium nec nos mediocriter cœpiſſemus ambigere.* Pro *Gabina*, quæ vox eſt in veteri libro, *Gravinia* eſt in editis: pro *Gum ergo*, eſt in veteri, *Cumque ergo.*

*cc* Sic olim, mox *fuerit*, in vet. Tarrac. *dd* Sic etiam in regiſtr. & in veteribus Raimund. libris; *hoc plene*, Cont. & alii non recte. *ee* Vox *ergo* in regiſtro non eſt. *In contrarium ergo uſum eſt*, vetus Raim. liber non ſine mendo: ut editum eſt, Cont. & alii. *ff* Hæc uſque ad illa, *poſt quam Abbat.* omittunt Raim. & Contius, ſunt in regiſtro, una voce addita, *ut tam cum conſil.* &c.

*gg* Vox *ſi* in regiſtro non eſt. *hh Tractare*, Barc. & tres Tarrac. aptius: *tractarem*, regiſtr. non male.

*ii Qui contractantes*, tres Tarrac. *kk Reſponderunt*, regiſtr. *ll Ab Epiſcopo*, omittunt Raim. & Cont.

poſt.

rio (*a*) per annos plurimos uſque ad obitum [*b*] præfuit (*c*), veſtis qualitatem ad culpam forte Epiſcopi pertinere [*d*] qui eam ſic eſſe permiſit (*e*), non tamen potuiſſe [*f*] monaſterio præjudicium irrogare (*g*), ſed res ipſius eidem loco ex eo, quo illic (*h*) ingreſſa Abbatiſſa [*i*] conſtituta eſt, de jure [*k*] competere, & ideo ſi litigium (*l*) oritur inter monaſterium, & xenodochium, cui reliquit, præcipimus, ut quod legalis ſuaſerit ordo, diffiniatur.

## CAPUT IV.

*Ex concilio Lateran.* (*m*)

c. 7. eod. CUM in officiis charitatis primo loco illi (*n*) teneamur obnoxii, a quibus beneficium nos cognovimus recepiſſe (*o*); e contra (*p*) quidam clerici, cum ab eccleſiis ſuis multa beneficia (*q*) perceperint: bona tamen per eccleſiam (*r*) acquiſita, in alios transferre præſumunt (*s*), hoc igitur quia & antiquis (*t*) canonibus conſtat inhibitum (*u*), nos etiam inhibemus. Indemnitati igitur eccleſiarum (*x*) providere volentes, ſive inteſtati deceſſerint, ſive alii (*y*) conferre voluerint, penes eccleſias (*z*) eadem bona præcipimus remanere.

## CAPUT V.

*Alexander III.* (*aa*) *pars c. Tua nos* (*bb*).

AD hæc præſentibus litteris tibi innoteſcat, quod clerici de mobilibus, quæ per eccleſias ſunt adepti, de jure teſtari non poſſunt, viventes tamen, & ſui compotes, moderate valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ intuitu erogare in ægritudine conſtituti (*cc*). c. 8. eod.

## CAPUT VI.

*Idem Vigilenſi Epiſcopo* (*dd*).

QUia nos tua (*ee*) duxit prudentia (*ff*) conſulendos, utrum clerici de mobilibus, vel immobilibus (*gg*) poſſint condere teſtamentum, conſul. t. taliter reſpondemus, quod licet de iis, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, aut amicorum ſuorum non habito reſpectu ad eccleſiam pervenerit (*hh*) ad ipſos, libere diſponere valeant, de iis tamen, quæ conſideratione eccleſiæ ſuæ (*ii*) perceperunt (*kk*), nullum de jure poſſunt facere teſtamentum. c. 9. eod.

## CAPUT VII.

*Idem Salernitano Archiepiſcopo, pars c. Tua nos: & infra* (*ll*).

AD hæc licet conſuetudo (*mm*) illa non ſit con- De præb. c. 13.

*poſtquam ſollemni more Abbatiſſa ab Epiſcopo ordinata eſt*, regiſtrum. *a Et in monaſterio*, Raimund. vox *&* in uno ex veter. Raimund. libris deſideratur: *& in monaſterii regimine*, regiſtr.

*b* Sic etiam Raim. *ad vitæ ſuæ tranſitum*, regiſtr. *c Præfuerit*, unus ex veteribus Raim. libris.

*d* Sic etiam Raim. *reſpicere*, regiſtr. *e Eſſe permiſerit*, vetus regiſtri liber: *permiſerit*, editi libri altera voce omiſſa: ut editum eſt, Raim. & Cont. *f Debuiſſe*, unus ex veter. Raim. libris.

*g Generare*, quidam editi Raimund. libri, & unus ex veter. libris. *h Quod* pro *quo*, Barcinon. & unus Tarrac. vox *eo* a Raim. eſt omiſſa: *ex eo, quo illuc*, vetus regiſtri liber: *quod* pro *quo* editi libri.

*i* Sic etiam in regiſtris editis: *ingreſſa, & Abbatiſſa*, vetus liber, & Raim. in uno tamen veteri Raim. libro, *&*, recenti manu additum eſt. *k* Sic etiam Raimund. *manifeſto jure*, regiſtr.

*l* Hæc omittunt Raimund. & Contius: ſunt etiam aliter ſcripta in regiſtro in hunc modum: *Et ideo, quia ex dimiſſis illicite rebus xenodochium poſſeſſionem aſſerit indebite retinere; his vos hortamur affatibus, ut quia & monaſterium, & xenodochium ipſum in veſtra eſt civitate poſitum; omni cura, ac ſtudio providere debeat; quatenus ſi poſſeſſio ipſa ex nullo præcedenti contractu, ſed ex memoratæ Syricæ legato deſcendit; ante dicto monaſterio, poſtpoſito ſtrepitu, vel excuſatione reddatur. Si vero ex alio forte dicitur obveniſſe contractu; aut fraternitas veſtra inter partes cognita veritate, quod legalis ſuaſerit ordo definiat, aut mutuo ſibi conſenſu arbitros eligant.* Et poſtea: *Alia igitur omnia, quæ ex teſtamento prænominatæ Syricæ detinentur, quippe quod nullum eſſe legali ſanctione permittitur; neceſſe eſt, ut juri monaſterii fraternitatis veſtræ ſollicitudine, ſacerdotali per omnia ſtudio reparentur* &c. In fine adduntur verba a Gratiano relata 25. q. 2. cap. 13. *m* Sic etiam Raim. & Cont. qui in marg. addit *cap.* 27. ſed in editis conciliis eſt *cap.* 15. *concilii Lateranenſis ſub Alex.* 3. *n Illis*, ſcribendum, ut in Barcin. & tribus Tarrac. & Gregorianis eſt; *illis primo*, concil. omiſſa voce *loco*. *o Cognoſcimus recepiſſ*, Barcinon. & tres Tarrac. & Raimund. *cognoſcimus accepiſſe*, concil. *dinoſcimur recepiſſe*, unus ex veter. Gregor.

*p* Sic etiam Raim. & Cont. *eccleſiaſtici*, in concil. mendoſe. *q* Sic etiam Greg. 9. *multa bona*, concil.

*r Bona per eas*, Raim. *bona per eccleſias*, concil. *eos* pro *eas* unus ex veter. Gregor.

*s* Sic etiam Raimund. & Contius: *in alios uſus præſumunt transferre*, concil.

*t* Sic etiam in concil. vox *&* in Gregor. eſt omiſſa. *u. Eſſe inhibitum*, unus ex veter. Gregor.

*x Nos etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati itaque eccleſiarum*, concil. *nos indemnitati eccleſiarum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis, *nos etiam nihilominus*, unus Tarrac. & Barcin. cetera, ut edita ſunt.

*y* Sic etiam veteres Gregor. *ſive aliis*, concil. & unus Tarracon. & Contius, & alii.

*z* Sic etiam Raim. & Cont. *penes eccleſiam*, concil. & unus Tarrac. Poſt verba hujus capitis ſunt in concil. verba poſita ſub tit. ne prælati vices ſuas, cap. 1. *aa* Sic etiam Raim. & Cont. *Cenomanenſi Epiſcopo*, additur in concil. parte 29. cap. 8. *bb* Sic etiam Cont. in marg. *Tua nos duxit*, Barcin. Integra clauſula exſtat, ut ſuſpicor, ſub tit. de clericis peregrinis, cap. 1. *cc* Sic etiam Raimund. & Cont. *in ægritudine etiam conſtituti*, concil. aptius. Alias varias lectiones ſcribere noluimus; lectores tam in hoc, quam in aliis capitibus erunt diligentiores: nos enim feſtinamus, variis occupationibus impediti.

*dd Vigilienſi epiſcopo*, vet. Tarrac. & vetus Gregor. *Vigilen.* Cont. & alii. *Panorm. Archiepiſcopo*, in concil. d. parte 29. cap. 5. *ee Tua nos*, alias *Quia nos, & infra:* vetus Gregor. *Quia tua nos* &c. concil. *Quia nos, & infra*, Cont. & alii. Recte autem Cont. omiſſa a Raim. rettulit paucis exceptis.

*ff* Sic etiam in concil. *fr.* Cont. *gg Clerici ſæculares de mobilibus, vel immobilibus rebus*, Barcin. & unus Tarrac. *clerici ſcholares de rebus mobilibus aut immobilibus*, concil. *clerici ſæculares de mobilibus rebus*, Cont. placet Barcin. ſcriptura: *&* pro *vel* eſt in uno Tarrac. *hh* Scribe, *pervenerint*, ut eſt in Barcin. & in tribus Tarrac. & in veteri Gregor. *perveniunt*, concil. *pervenerunt*, Cont. & alii, & unus Tarrac.

*ii* Vox *ſuæ* in uno Tarrac. non eſt. *kk* Sic in concil. & in Gregor. *perceperint*, Barc.

*ll* Hæc omittunt Raim. & Cont. *pars cap.* Supra, *de clericis matrimonio copulatis* in concil. d. parte 29. cap. 6. ille vero tit. eſt parte 18. caputque primum eſt *Alex.* 3. *Salernitano Epiſcopo*, ut hoc ipſum inſcriptum: de verbis ejus capitis dictum eſt ſub tit. de cohabitatione clericorum &c. cap. 4. Prima ejus capitis clauſula olim fuiſſe notatur *Cum tu*: exſtatque ſub tit. de uſuris. Hoc fortaſſe initium mendoſum eſt. *mm Ad hæc licet,*

*&*

conſona rationi, ſecundum quam clericus ſi a Kal. Mart. uſque ad Kal. Novembris (a) deceſſerit, totum fructum beneficii, quod debet (b) anno illo percipere, ſecundum ſuam voluntatem (c) largitur, quia tamen in multis eccleſiis obſervatur, eam ſatis in Epiſcopatu (d) tuo poteris tollerare, præſertim ſi clericus in deceſſu ſuo gravetur onere debitorum [e]. Illud eſt omnino [f] rationi contrarium, ut unus clericus in una eccleſia, vel in diverſis eccleſiis Archidiac. & Decanatum obtineat (g), cum ſingula officia in eccleſiis (h) aſſiduitatem exigant perſonarum.

## CAPUT VIII.

*Idem Carnoten. Epiſcopo (i).*

De ren. c.4. ADmonet nos cura (k) ſuſcepti regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, ut pro ſtatu eccleſiarum ſimus ſolliciti, & earum profectibus, & incremento, integro ſtudio intendamus. Qua propter f. t. (l) per A. s. pr. m. quatenus auctoritate noſtra, & tua ſtatuas, & ordines, ut eccleſiaſticæ perſonæ tui Epiſcopatus de iis, quæ ſibi de earum bonis (m) proveniunt, aut ratione ipſarum acceſſerint (n), nullum audeant condere teſtamentum, ſed bona ipſis eccleſiis (o), prout juſtum eſt, & canonicum cedant. Si enim aliquæ de perſonis ipſis inteſtatæ deceſſerint, bona, quæ ipſis pro (p) eccleſiis aut ratione ipſarum acceſſerunt (q), nihilominus eccleſiis eiſdem cedere decernas. Sane de bonis illis, quæ jure patrimonii, aut aliunde favore perſonæ acquiſita ſunt, teſtandi liberam habeant facultatem, nihilominus etiam ex parte (r) noſtra, & tua univerſis eccleſiaſticis perſonis tui Epiſcopatus ſub diſtrictione prohibeas, ne eccleſias tuæ diœceſis, ad ordinationem tuam pertinentes, abſque tuo aſſenſu intrare audeant, aut detinere [s], aut te inconſulto dimittere. Quod ſi quis contra prohibitionem tuam (t) venire præſumpſerit, in eum auctoritate noſtra, & tua fretus (u) canonicam exerceas ultionem.

## CAPUT IX.

*Idem Ubaldo Oſtienſi Epiſcopo, & Archiep. & canonicis Velletra.* [x]

CUM eſſes frater Epiſcope [y] in noſtra præſentia conſtitutus, diligenti nobis narratione propoſuiſti (z), talem in tuo Epiſcopatu conſuetudinem inoleviſſe [aa], quod teſtamenta, quæ fiunt in ultima voluntate ab iis, qui poteſtatem habent ſuper alios (bb), pœnitus reſcinduntur (cc), niſi cum ſubſcriptione VII. aut V. teſtium fiant, ſecundum quod humanæ leges decernunt (dd). Quia vero a divina lege, & ſanctorum patrum ſtatutis, & a generali eccleſiæ conſuetudine id eſſe noſcitur alienum, cum ſcriptum ſit, *in ore (ee) duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum*, præſcriptam conſuetudinem penitus improbamus, & teſtamenta, quæ parochiani veſtri [ff], coram presbytero ſuo, & tribus [gg], vel duobus (hh) aliis idoneis perſonis in extrema voluntate de cetero fecerint, firma decernimus permanere, & robur obtinere perpetuæ firmitatis, ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis præſumptione qualibet, hujuſmodi audeat reſcindere teſtamenta. De teſtam. c. 10.

## CAPUT X.

*Idem judicibus Velletr.* [ii]

RElatum eſt auribus noſtris, quod cum ad veſtræ diſcuſſionis examen aliqua ſuper teſtamentis relictis eccleſiæ cauſa deducitur (kk), c. 11. eod.

vos

& *infra*, Raimund. & Cont. ceteris omiſſis uſque ad illa, *Illud eſt*: ſunt autem in concil. *Ad hoc* unus Tarrac.

*a Ad kalendas Septembris*, unus Tarracon. *b Quem deberet*, concil. aptius: *quem debet*, unus Tarrac.

*c Pro ſua voluntate*, Barcinon. *pro voluntate ſua*, concil.

*d Archiepiſcopatu*, Barcin. & concil. rectius, & duo Tarrac. *e Gravetur debitis*, concil.

*f Illud vero eſt omnino*, Barcin. *Et illud eſt omnino*, concil. *Illud eſt omni*, Raim. & Cont. *omnino*, unus ex veter. Gregor. *g Archid. & Cant. aut Archid. & Decan. obtineat*, Barcin. & duo Tarrac. excepto *vel* pro *aut* in altero eorum: *Archidiaconatum, & Cantoriam, vel Decanatum obtineat*, concil. *plures dignitates, vel perſonatus obtineat*, Raimund. & Contius; *vel perſonam*, unus ex veter. Gregor. *h* Sic etiam Raimund. & Cont. *quæ ſunt in eccleſiis*, concil. *i Tornacen. Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Carnoten.* unus ex veter. Gregor.

*k Admonet & infra*, Raim. & Cont. omittunt autem omnia uſque ad illa, *univerſis eccleſiaſticis perſonis*: ſed & ipſum verbum *hoc eccleſiaſticis*. *l Fraternitati tuæ*, vetus Tarracon.

*m De eccleſiarum*, Barcinon. & duo Tarracon. *n Acceſſerunt*, Barcinon.

*o Bona ipſa ipſis eccleſiis*, Barcinon. & unus Tarracon. *bona eccleſiis ipſis*, duo Tarracon.

*p Quæ pro ipſis*, tres Tarrac. *q Acceſſerint*, unus Tarrac. *r* Vox *etiam* deleta eſt in vet. Tarrac. non eſt in altero. *s Aut etiam detinere*, unus ex veter. Gregor. *t* Sic etiam veteres Gregor. *ſuam* pro *tuam*, Contius, & quidam alii mendoſe. *u* Hæc omittunt Raim. & Cont. *tuaque*, pro *& tua*, duo Tarrac.

*x Velletren.* tres Tarrac. & Barcin. & *Archipresbytero* pro *Archiepiſcopo*, aptius: *Idem Oſtienſi Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Idem Huboldo Hoſtien. Epiſcopo, & Archipresbytero, & canonicis Vuellectur.* in concil. parte 50. cap. 20. additurque ſumptum eſſe ex lib. 13. regiſtri Alex. 3. *Hubaldo Hoſtienſ.* tres Tarrac.

*y* Sic etiam in conc. *Cum eſſes*, Raim. *Cum (tu frater Epiſcope) eſſes*, Contius.

*z Diligenti nobis aſſertione innotuiſti*, concil. *propoſuiſti*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *vobis diligenti*, unus Tarr.

*aa* Sic etiam in conc. *obtinere*, Raim. *bb Illos* pro *alios*, duo Tarrac. *ut ab his*, concil. hæc omnia Raim. & Contius omittunt. *cc* Sic etiam veteres Gregor. *reſcindantur*, concil. & Cont. & alii.

*dd Decreverunt*, unus Tarrac. *ee* Sic etiam in concil. & in uno ex veter. Gregor. *quod in ore*, Cont. & alii: de his verbis alibi diximus. *ff* Vox *veſtri*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa.

*gg* Sic olim in vet. Tarracon. mox *vel* pro *&*, non ineptiſſime.

*hh* Scribe, *vel duabus*, ut in Barc. & in concil. & in Greg. *duobus*, olim in uno Tarrac. mox *duabus*. Alias varias lectiones omittimus. In fine hujus capitis eſt in concil. *Præterea cum Principes* &c. integram clauſulam adhuc quærimus. *ii Velletren.* Tarrac. duo *Velletr.* vetus Gregor. alter ut Tarracon. *Vellenen.* d. parte 50. cap. 8. & Cont. & alii: additur in concil. *ex libro 1. regiſtri Alex. 3.* quod ſi verum eſt, ante caput 9. hoc ſcribi debuit habita temporum ratione. *kk* Vox *relictis* in conc. non eſt, & in veteri Tarracon. olim non fuerat, *Relatum eſt, quod cum ad veſtrum examen ſuper relictis eccleſiæ cauſa deducitur*, Raimund. & Cont.

UNED

vos ſecundum [a] humanam, & non ſecundum divinam legem in ea vultis procedere, & niſi VII. aut V. idonei teſtes producti fuerint (b), omnino poſtponitis exinde judicare [c]. Unde quia (d) hujuſmodi cauſa (e) de judiciis eccleſiæ (f) non ſecundum leges, ſed ſecundum canones debet tractari (g), & his (h) divina ſcriptura teſtante duo, aut tres idonei teſtes ſufficiunt, d. v. per A. s. pr. m. qua. cum aliqua cauſa ſuper teſtamentis eccleſiæ relictis [i] ad veſtrum fuerit examen deducta, ea non (k) ſecundum leges, ſed ſecundum decretorum ſtatuta (l) tractetis, & tribus (m), aut duobus legitimis teſtibus (n), quoniam ſcriptum eſt *in ore d. vel t. teſt. ſ. omne verbum.*

### CAPUT XI.

*Ex concilio Magocen.* [o]

cap. 6. eod. SI heredes juſſa teſtatoris non adimpleverint, ab Epiſcopo loci illius omnis res, quæ his relicta eſt, canonice interdicatur, cum fructibus, & ceteris [p] emolumentis, ut vota defuncti impleantur.

### CAPUT XII.

*Gregorius (q).*

cap. 5. eod. NOS (1) quidem &c. & infra (r). Pervenit ad nos Stephanum de hac luce migrantem [s] eulogio (t) ſupremæ voluntatis monaſterium præcepiſſe fundari, cujus deſiderium Theodoſia † religioſa fœmina ab ejus dilatione protrahitur (u). Quamobrem te hortamur [x], ut prædictam fœminam (y) commoneas, quatenus infra annum [z] monaſterium, quod juſſum (aa) eſt, debeat ordinare, & cuncta ſecundum voluntatem (bb) defuncti ſine altercatione conſtruere, quod ſi infra prædictum tempus (cc), ſive in loco [dd], quo conſtitutum fuerat (ee), ſeu certe ſi ibi (ff) non poteſt (gg), & alibi placet ordinari (hh), tecum implere neglexerit (ii), tunc per te ædificetur [kk], & omnia per te (ll) loco ipſi venerabili [mm] ſine minutione aliqua ſocientur [nn], ſic enim ſecundum [oo] piiſſimas leges dilatas defunctorum pias voluntates Epiſcopali ſupplere ſtudio decens eſt (pp).

### CAPUT XIII.

*Idem Petro ſubdiacono Siciliæ (qq).*

JUdicare &c. & infra (rr). Cognovi autem Romano referente (ſſ), quia moriens uxor redempti (tt) unam concham argen- c. 4. eod.

[1] Alii, *Eos.*

*a* Hæc omittunt Raimund. & Cont. uſque ad illa, *niſi VII.* excepta voce *vos*: ſunt in concil. omnia.
*b* Sic etiam in concil. *intervenerint*, Raim. *c Non proponitis* pro *poſtponitis*, conc. *inde poſtponitis judicare*, Raim. & Cont. *d* Recte Cont. addit hoc loco a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil.
*e* Vox *cauſa* in concil. non eſt: eſt apud Cont. *cauſæ* pro *cauſa*, duo Tarracon.
*f* Vox *eccleſiæ* in Barcin. deſideratur, habent alii. *g* Sic etiam Cont. *debent* pro *debet*, concil. & duo Tarr.
*h Et in his*, Barcin, & concil. & tres Tarrac. *& in ipſis*, Cont. *i* Sic etiam in concil. *talis*, Raimund. & Contius. *k* Scribe, *eam non*, ut eſt in concil. & in Gregorianis, & in duobus Tarracon.
*l* Sic etiam Raim. & Cont. *ſecundum canones*, *juxta decretorum ſtatuta*, concil.
*m* Vox *&*, non eſt in concil. neque in Gregor. *n Requiſitis*, additur in concil. & in Gregor.
*o Maguntino*, Raim. & Cont. *Maguncenſi*, cap. 1. in concil. parte 43. cap. 5. tit. de ſepulturis, & defunctorum voluntatibus. *p Et aliis*, unus ex veteribus Gregor. Sunt aliæ variæ lectiones, quas omiſimus.
*q* Idem Raim. & Cont. qui hoc caput collocant poſt cap. 2. Gregorii: addi debuit, *Januario Epiſcopo Caralitano*: ex lib. 3. epiſt. 10. regiſtri B. Gregorii. *r* Sic etiam Raim. & Cont. excepta voce *&c. eos*, pro *nos*, in Barcin. & in duobus Tarracon. non recte. Integra clauſula in regiſtro eſt hæc: *Nos quidem arbitramur, quod ad imminentia expletionis piarum rerum ipſe te tuus ſatis ordo compellat: ſed ne zelum tuum cujuslibet interventus remiſſionis emolliat; de his etiam te ſpecialiter judicavimus exhortandum.*
*s Pervenit ſiquidem ad nos Stephanum veſtrum de hac luce migrantem*, regiſtr. *Pervenit ad nos S. de hac luce migrantem*, veteres Raim. libri; *migrante*, Cont. & alii. *t Elogio*, Barcin. & duo Tarracon. & vetus regiſtr. quod malo: *eloquio* unus ex editis, alter *eulogio*: item *eulogio*, vetus Raim. liber: *elogio*, Cont. & alii.
*u A T. religioſa fœmina ejus herede protrahitur*, Raim. & Cont. apertius. *A Theodoſiæ honeſtæ fœminæ herede ejus fertur, quod hactenus dilatione protrahitur*, regiſtr. *Theodoſia honeſta fœmina herede* &c. alter editus liber. *Theodoſia honeſta fœmina relicta ejus faciente .... ejus fertur* &c. vetus liber non ſine mendo. *Ad ejus dilationem*, pro *ab ejus dilatione*, unus Tarrac. utrumque diſplicet. *x* Sic etiam Raim. *hortamur fraternitatem tuam*, regiſtr.
*y Ut eam*, Raim. & Cont. *ut maximum de prædicta cauſa ſtudium geras*, *atque ante nominatam fœminam*, regiſtr.
*z* Sic etiam Raim. *intra annale ſpatium*, regiſtr. *aa* Sic etiam Raim. & vetus regiſtri liber: *ut juſſum*, editi libri. *bb Secundum juſſum*, unus Tarr. *cc* Sic etiam Raim. *intra prædicti temporis metam aliqua perficere negligentia*, *vel calliditate diſtulerit*, regiſtr. *prædictam* pro *prædicti* vetus liber: *intus* pro *infra*, unus Tarrac. forte *intra*. *dd* Sic etiam Raimund. & Cont. *ut ſine in loco eo*, regiſtr. *ee Inſtitutum fuerit*, unus ex veter. Raim. libris. *ff* Vox *ſi* in regiſtro, & in duobus Tarrac. deſideratur: *ſeu ſi ibi*, Raim.
*gg* Sic etiam Raim. & unus ex editis regiſtri libris: *non poterit*, alter editus. *hh Ordinare*, unus ex veter. Raim. libris. *ii* Sic etiam Gregor. 9. *& dilatione interveniente negligitur*, regiſtr.
*kk* Eadem Raim edidit: *tunc volumus*, *ut fraternitatis tuæ ædificetur ſtudio*, regiſtr.
*ll* Sic etiam Raimund. & Cont. *ordinatiſque omnibus res*, *atque redditus*, *qui relicti ſunt*, *per te*, regiſtr.
*mm* Hæc vox a Raimund. & Cont. eſt omiſſa, exſtat in regiſtro: deſideratur in duobus Tarrac.
*nn Imminutione* pro *minutione*, Barcin. & regiſtr. *ſine deminutione qualibet adſignentur*, Raim. & Cont.
*oo* Sic etiam Raim. & Cont. *ſic enim & ante tremendum judicem tuum ſententiam remiſſionis effugies*, *& ſecundum*, regiſtr. *pp Adimpleri* pro *ſupplere*, Barcin. *Epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri*, Raimund. & Cont. *Epiſcopali ſupplebis ſtudio*, regiſtr. *qq* Vox *Siciliæ*, omittitur a Raimund. & Contio, eſt in regiſtro lib. 12. epiſt. 30. *De univerſis cauſis*, additur in Barcin. malo, *de diverſis cauſis*. Tota enim ea epiſtula de diverſis cauſis agitur; ſic etiam eſt in uno ex editis regiſtri libris. *rr* Scribendum eſt, *Indicante*, ut in duobus Tarrac. & in Barcin. & in Gregor. Integra clauſula hæc in regiſtro eſt: *Indicante Romano defenſore cognovi*, *quia monaſterium ancillarum Dei*, *quod eſt in fundo Monotheo ab eccleſia noſtra de Villa nova de fundo juris ſui violentiam pertulit*, *quod eidem monaſterio dicitur dimiſſus* &c. pro *Monotheo*, quod eſt in vet. libro, in editis eſt *Monaſtro*, ſive *Monaſteo*. *ſſ* Sic in regiſtro *poſt alia negotia*: *cognovimus R. referente*, Raim. & Cont.
*tt* Sic etiam in regiſtr. *quod* pro *quia* Raim. *Redempti* Cont. & alii, & in marg. *Recepti*: nomen viri eſſe exi-

genteam (*a*) nudis verbis juſſit venumdari [*b*], & libertis ſuis dari [*c*]. Scutellam quoque (*d*) argenteam monaſterio cuidam reliquit [*e*], in quibus utriſque (*f*) voluntatem ejus per omnia volumus impleri (*g*).

## CAPUT XIV.

*Idem Dono Epiſcopo* [*h*].

c. 5. eod. FIlius noſter Fauſtinus (*i*) conqueſtus eſt nobis (*k*), quod Pel. quondam pater ſuus (*l*) aliqua eccleſiæ veſtræ ſepulturæ ſuæ gratia juris alieni reliquerit (*m*), & quidem leges ſæculi hoc habent (*n*), ut heres [*o*] ad ſolvendum cogatur [*p*], ſi auctor ejus aliena legaverit (*q*), ſed quia fraternitas veſtra [*r*] lege Dei, non autem lege vivit ſæculi [*s*], valde mihi injuſtum videtur, ut calix (*t*) electrinus, & puer, qui cujuſdam eccleſiæ (*u*) eſſe perhibetur (*x*), a te (*y*) teneatur, cum enim vir (*z*) reverentiſſimus Palumbus Archid. [*aa*] ita fuiſſe teſtatus eſt, vos ejus (*bb*) fidei credere, & reſtituere omnia aliena (*cc*) debuiſtis.

# TITULUS XXIII.

# DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

## CAPUT I.

*Ex concilio apud Altheum habito* [*dd*].

ET hoc ibidem [*ee*] inventum eſt de Epiſcopis, presbyteris, & clericis, ſi hereditatem a Domino Rege (*ff*), vel ab alio Principe, vel amico ſuo, ſeu per hereditariam ſortem ſibi devenerint, acquiſierint [*gg*], donare eis liceat hanc (*hh*), cui voluerint, dum vivunt [*ii*], pro remedio animæ ſuæ (*kk*) ad eccleſiam quamcumque elegerint, vel conſanguineis ſuis, vel amicis; ſin autem antea obierint, quam firmiter perfecerint [*ll*], altari, cui ſerviunt, omnia perpetuo ſanctificentur, & in jus tradantur (*mm*). De ſucceſſ. ab int. c. 1.

## CAPUT II.

*Ex concilio Triburien.* [*nn*]

COncilio (*oo*) allatum eſt, quod quidam laici improbe agant contra [*pp*] presbyteros ſuos, ita ut de morientium presbyterorum ſubſtantia partem ſibi vindicet (*qq*), ſicuti de propriis ſervis (*rr*). Interdicimus itaque canonica auctoritate (*ſſ*), ne hoc ulterius fiat, ſed ſicut liberi facti ſunt ad ſuſcipiendum gradum, & agendum (*tt*) divinum officium, ita nil c. 2. eod.



exiſtime. *Reddendi* eſt in duobus Tarrac. *a* Sic in regiſtro: *urnam argenteam*, vetus Raim. liber: ut editum eſt, Contius, & alii. *b* Sic etiam Raim. *dixerit* pro *juſſit*, regiſtr. *juſſerit*, tres Tarrac.

*c* *Tradi*, regiſtr. & *ſuis dari libertis*, veteres Raim. libri: *dare* pro *dari*, Cont. non recte.

*d* Sic etiam in regiſtr. & *ſcutellam*, Raim. *e* *Reliquerit*, regiſtr. *reliquiſſet*, Raim.

*f* Vox *utriſque* eſt in regiſtr. non eſt apud Raim. *g* Sic etiam in regiſtr. *adimpleri*, Raim. & Cont. Additur ratio in regiſtro: *ne ex rebus minimis peccata majora capiamus.* Poſtea de aliis rebus agitur.

*h* T. pro *Dono*, Raimund. & Cont. *Dono Epiſcopo Meſſanen.* vetus regiſtri liber epiſt. 4. lib. 7. Ind. 1. *Epiſcopo Meſſalino*, editi. *i* F. pro *Fauſtinus*, Raim. & Cont. *Fauſtinus vir eloquentiſſimus ad nos veniens*, regiſtr.

*k* Vox *nobis* a Raim. eſt omiſſa: *queſtus nobis eſt*, regiſtr. *confeſſus* pro *conqueſtus*, unus Tarrac.

*l* *Quod quondam P. pater ſuus*, Raim. *quod pater ejus quondam Peltraſius*, regiſtr. *P.* pro *Pel.* unus Tarrac.

*m* Sic etiam regiſtr. *reliquit*, Raim. *n* *Quædam* pro *quidem* vetus Raim. liber: *quidem*, Cont. & alii: & *quidem quid de hac re ſæculi leges habeant*, & *ipſe novit*, & *nos audivimus*, vetus regiſtri liber: *noſtis* pro *novit*, editi: malo *noſti*.

*o* Sic etiam Raim. *quia heres*, regiſtr. *p* *Cogitur*, regiſtr. *cogatur*, Raim. & Cont.

*q* *Vel*, addunt ante hæc verba regiſtr. & tres Tarr. & Barc. *rem legaverit alienam*, Raim. & Cont. *rem alienam legaverit*, duo Tarr. *r* *Tua* pro *veſtra*, vet. Raim. libri: *fraternitatem veſtram*, reg. omnia omittunt Cont. & alii.

*s* Sic etiam vetus Raim. liber olim, ſed poſtea *vivis* pro *vivit* in eo ſcriptum eſt; in altero ex *vivis*, *hujus* mutarunt: *lege ſæculi novimus vivere*, regiſtr. *lege hujus ſæculi vivimus*, Cont. & alii: *utimur* in marg.

*t* Pro his verbis eſt apud Raim. *ut res tibi legatæ, quæ cujuſdam eccleſiæ eſſe perhibentur, a te teneantur, qui aliena reſtituere debuiſti:* ut editum eſt, eſt in regiſtro. *u* *Cujuſdam alterius eccleſiæ*, vet. Tarr. vox *alterius* olim non erat in eodem. *x* *Eſſe perhibentur*, Barcin. *in poſſeſſione ejus poſitæ diœceſeos Conſentinæ eccleſiæ eſſe perhibetur*, regiſtr.

*y* *A tua fraternitate*, regiſtr. *z* *Cum enim & vir*, regiſtr. *aa* *Palumbus nunc Epiſcopus, tunc vero Archid.* regiſtr. *Archidiaconus*, duo Tarrac. *bb* *Vos omnino ejus*, regiſtr. *cc* *Et aliena reſtituere*, regiſtr. vox *omnia* in tribus Tarr. deſideratur, eſt in quarto, quem ſemper ſumus ſecuti in hac edit. Quæ poſt verba hujus capitis ſequuntur, ad titulum de ſepulturis pertinent, ut gratis loca ſepulchrorum dentur.

*dd* Sic etiam veteres Gregor. *Altenen.* pro *Altheum*, Cont. & alii: ſed in marg. *Alteum*, Cont. *Alpheum*, duo Tarrac. *Altheim. cap. 37. cui interfuit Rex Conradus*, Burchard. lib. 1. cap. 227. eſt autem poſtremum ejus concilii caput, namque ei ſubſcriptiones Epiſcoporum addidit Burchardus.

*ee* *Sed* pro *Et* Raim. & tres Tarrac. in duobus tamen *Set* ſcribitur. *Sed & hoc*, Barcin. & Burch.

*ff* Sic etiam editus Burch. liber: *hereditas* pro *hereditatem*, vetus liber aptius: *ſi per hereditatem, vel alio modo intuitu perſonæ aliquid acquiſierint*, Raim. & Cont. *gg* *Devenerit*, *vel acquiſierunt*, Burch. editus, *vel acquiſierint*, vetus liber: *devenerit*, olim fuit in uno Tarr. *acquiſierit*, in tribus aliis *devenerit*, *vel*, in duobus.

*hh* Vox *hanc* omittitur a Raim. eſt apud Burch. *ii* Sic olim in vet. Tarrac. mox *dum viverint*, non recte: *dum vixerint*, ſcribi potuit, ſive *dum viverent*. *kk* Vox *ſuæ* omittitur a Burch. omnia in Gregorianis deſiderantur, uſque ad illa, *ſin autem*. *ll* Sic etiam Burch. *quam hoc fecerint*, Raim. *perfecerint*, unus ex veter. Gregor. *teſtamenta* additur alia manu ante verbum *perfecerint* in uno Tarracon.

*mm* Sic etiam Burch. *in jus ejus tradentur*, vetus Greg. alias *tradantur. In jus ejus tradantur*, Cont. & alii. Poſt verba hujus capitis habet hæc Burch. *Similiter de presbyteris ſtatutum eſt. Hildibertus Moguntinenſis Archiepiſcopus ſubſcripſit* &c. Adduntur aliæ ſubſcriptiones. *nn* Sic etiam Raim. & Cont. *cui interfuit Arnolphus Rex cap. 23.* Burch. addit lib. 2. cap. 206. & Ivo parte 6. cap. 281. In veteri Burch. libro eſt cap. 209. & inſcribitur aliis omiſſis, *ex conc. Triburien. cap. 23.*

*oo* *Sancto concilio*, Barcin. & duo Tarracon. & Raim. & Burch. & Ivo.

*pp* *Agantur contra*, duo Tarrac. ſed in altero mutatum eſt, *agat*. *qq* *Partes vindicent*, Barcin. voce *ſibi* omiſſa: *ſibi vindicent partes*, vetus Gregor. *partes ſibi vindicent*, Cont. & alii, & tres Tarrac. & Burch. & Ivo: *vindicant*, vetus Burch. liber. *rr* *Suis ſervis*, unus ex veter. Gregor. *ſuis*, tantum unus Tarrac.

*ſſ* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt apud Burchard. & Ivon.

*tt* Sic etiam vetus Burch. liber, ſed varia lectio eadem manu eſt, & *ad agendum.*

ab eis exigatur, præter divinum officium. De peculio vero [a] ſacerdotum nihil ſibi uſurpent, ſed totum in quattuor dividatur partes, una Epiſcopo, altera altari (b), tertia pauperibus, quarta parentibus (c); & ſi non ſunt idonei (d) parentes, Epiſcopus eam recipiat, & in uſum eccleſiæ diligenter diſtribuat, & ſi quis contra hoc (e) facere præſumpſerit (f), anathematizetur.

### CAPUT III.

*Gregorius Maximiano Epiſcopo (g).*

Non ponitur.

EUpolus (h) præſentium portitor Euſenum [i] Agrigentinæ civitatis Epiſcopum ſuum fuiſſe aſſerit (k) genitorem, quem quoniam (l) inteſtatum aſſerit eſſe (m) defunctum, ideo jam dicti (n) Epiſcopi patris ſui ſe promit (o) ſubſtantiam adipiſci: proinde de rebus (p) paternis, quas ante Epiſcopatum noſcitur habuiſſe jam dictus Epiſcopus (q), ſi eas in jure (r) eccleſiæ ſuæ quolibet modo non tranſtulit (s), ei, quantum portioni ejus legaliter ſit competens (t), ut ſatisfieri poſſit, fraternitati tuæ [u] immineat.

### CAPUT IV.

*Idem Sergio defenſori.*

Non ponitur.

QUia † Pantaleon (x) notarius eccleſiaſticis ſit utilitatibus [y] occupatus, noviſti (z), & ideo quoniam Joannes avunculus Megalis ſocrus ipſius nullo alio proximiore (aa) obiiſſe inteſtatus, & ſine filiis memoratur, ne per abſentiam generi ſui illa damnum poſſit incurrere (bb), quia ſi ita eſt, lex prædictam mulierem ad inteſtati avunculi vocat ſucceſſionem (cc), tibi præcipimus, ut quaſcumque (dd) res ille, qui [ee] defunctus eſt, reliquit ſub brevi (ff), quouſque Pantaleon prædictus veniat, debes facere [gg], & infra (hh) etiam (1) prædictus Joannes ſacra vaſa habuiſſe dicitur, & ea inquire (ii), nobiſque (kk) quidquid inventum [ll] fuerit, indica (mm).

## TITULUS XXIV.

## DE SEPULTURIS [nn].

### CAPUT I.

*Gregorius Anglorum Epiſcopo [oo].*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 43. c. 4.

MOnachi corpora [pp] tam vivorum, quam mortuorum deferre (qq) ad eccleſiam ſuam nequaquam audeant, niſi aſſenſu (rr), & petitione eccleſiæ, quæ eis, dum viverent, conſuluit, & conſulendo ſervivit, ac miniſtravit [ſſ]: quod ſi fecerint, ut invaſores ſanctæ eccleſiæ ſub diſtricti anathematis interpoſitione, quouſque ſatisfaciant eccleſiæ, fieri præcipimus. Omni itaque ſemota (tt) fraternitatis occaſione, ſimili modo unaquæque eccleſia totius ordinis, aliam quamlibet invadere pertimeſcat. Si autem [uu], eodem anathematis vinculo ſciat ſe a nobis proculdubio ſubigi (xx).

### CAPUT II.

*Paſchalis Papa II. [yy]*

Non ponit. Poſt conc. Lat. part. 43. cap. 1.

VOlumus, & juxta canonum ſtatuta [zz], pro-

(1) *&c.* forte.

*a Peculiari* pro *peculio*, Burchard. & Ivo, & tres Tarracon. & Barcinon. *Peculium vero ipſorum dividatur*, Raimund. *b Altera eccleſiæ*, Raimundus, & Contius; *alia altari*, Burchard. & Ivo.

*c* Sic etiam Burch. & Ivo: *aſſignetur*, addit Raim. *d Non ſint prædicti*, unus Tarrac.

*e* Sic etiam Ivo, & Raim. *contra hæc*, Burch. *f* Vox *facere* in Gregor. non eſt: habeant Burch. & Ivo.

*g* Sic etiam in regiſtro lib. 3. epiſt. 36. Indict. 12. *Syracuſano*, additur in aliis epiſtulis.

*h Euplus*, regiſtr. quod malo: niſi forte, *Eupoſis*, ſcribendum ſit. *i Euſanium*, Barcinon. & regiſtr. *Euſinum*, vetus Tarracon. *Euſonum*, duo alii Tarracon. *k Memorat*, regiſtr.

*l* Ante hæc verba eſt in regiſtro: *matriſque ſuæ res apud eum plurimas indicat manſiſſe.*

*m Inquit eſſe*, regiſtr. *n Ideo ante dicti*, Barcin. & duo Tarrac. *ideoque, & res maternas ſibi petit debere reſtitui, & ante dicti*, regiſtr. *ideo ante jam dicti*, vet. Tarrac. ſed vox *jam* olim illic non erat.

*o Se permitti*, regiſtr. *ſe promittit*, vetus Tarrac. *debere ſe promiſit*, alter Tarrac.

*p* Ante hæc verba in regiſt. hæc ſunt: *Qua de re fraternitati tuæ hujus præcepti ſerie deputamus, quatenus diligenter curet addiſcere; & ſi quid apud prædictam eccleſiam de rebus matris ipſius inveniri potuerit, ſiquidem nihil eſt, quod ante dicto Euplo rationabiliter poſſit obſiſtere, ei ſecundum ſuam faciant portionem reſtitui. Proinde & de rebus* &c. pro ea voce *Proinde* eſt in veteri *Perinde*, & in alio edito *Provide*, ſed nihil muto.

*q Dignoſcitur habuiſſe*, regiſtr. aliis omiſſis. *r In jus*, regiſtr. aptius.

*s Quodammodo tranſtulit*, regiſtr. editum mendoſe: *quolibet modo tranſtulit*, veteres libri.

*t Scit competere*, regiſtr. & vet. Tarrac. *ſcis competere*, alter Tarrac. *u* Hæc in regiſtro non ſunt. Poſt verba hujus capitis alia ſunt ad eandem rem pertinentia, quæ lector in regiſtro B. Gregorii inveniet.

*x* Sic eſt in quattuor Tarrac. & lib. 7. epiſt. 45. Indict. 2. regiſtr. *Ut* pro *Quia*, vel *Quantum* malim, ſed feramus: ſic enim Gregorius ſæpe eſt uſus. *y Sit in eccleſiaſt. utilitatibus*, regiſtr.

*z Experientia tua non habet incertum*, regiſtr. *aa Exiſtente*, additur in regiſtro.

*bb Provideas*, addit unus Tarracon. *cc Succeſſionem vocare dignoſcitur*, regiſtr.

*dd Hac tibi præceptione injungimus, ut reverentiſſ. fratrem, & coepiſcopum noſtrum Vitalianum, atque Bonifacium notarium in ſolatio tuo adhibeas; & quaſcumque*, regiſtr. *ut quaſque*, olim vetus Tarrac. *ee Eum, qui*, regiſtr.

*ff Conſtiterit reliquiſſe, ſub brevi annotare*, regiſtr. aptius: *reliquit, ſub breve*, tres Tarracon. ideſt *inventario*, ut 12. q. 2. caritatem R. *gg Redeat, in totum ſtudioſe facere debeas*, regiſtr. *in tutum* fortaſſe ſcribendum, ut infra mox, pro *in totum*. *hh* Malo, *& infra. Etiam.* Sequuntur enim in regiſtro tum alia, tum hæc verba. *Pariter etiam ſtudii tui ſit, quoniam quædam apud ſe ſacrata prædictus Joannes habuiſſe miniſteria perhibetur: &* pro *etiam*, unus Tarrac. *ii Et ea diligenter inquirere, & cum omni cautela in tutum facere*, regiſtr.

*kk Subtiliter*, additur in regiſtro. *ll Factum*, duo Tarrac. *mm Indicare*, regiſtr.

*nn* Sic etiam Raim. *mortuorum*, additur in Barcin. *De ſepulturis, & defunctorum voluntatibus*, in concil. parte 43. poſt concil. Later. *Alex. 3. De ſepulcris*, unus Tarracon.

*oo Auguſtino Anglor. Epiſcopo*, concil. in regiſtro B. Gregorii hoc caput non inveni, licet ſint multa reſponſa Gregorii ad Auguſtinum Anglor. Epiſcopum, ſuſpicor eſſe alterius Pontificis. *Eugenius*, vetus Tarracon. *Aug.* duo alii Tarracon. *pp Hominum*, additur in concil. *qq Efferre*, vetus Tarrac.

*rr Sine conſenſu*, concil. aptius. *ſſ Conſulendo viaticum ſuum adminiſtravit*, conc. *tt Omni remota*, conc.

*uu Sin autem*, concil. & tres Tarrac. hoc eſt, *Sin minus.* εἰδὲ μὴ, Græci.

*xx Subici* duo, Tarrac. aptius. *yy III.* unus Tarracon. non recte. *zz Canonum ſententiam*, concil.

probabile nobis videtur, ut ſicut morienti conceditur judicium rerum ſuarum facere, cuicumque loco ſibi placuerit, ſic nimirum juſtum eſt, ſui corporis habere licentiam, illud judicandi (*a*) in quocumque loco voluntas ejus (*b*) extiterit, ſive in monaſteriis, ſive in aliis religioſis locis (*c*).

## CAPUT III.

*Leo III.*

De ſepult. c. 10. NOS inſtituta majorum patrum [*d*] conſiderantes, illorum decreta firmando ſtatuimus (*e*), quod ſanctiſſimum eſt (*f*), unumquemque videlicet [*g*] in majorum ſepulchris jacere, ut patriarcharum exitus docet, nulli tamen denegamus propriam eligere ſepulturam, & alienam. Dominus enim & magiſter alienam elegit, ut propriam [*h*], qui ſine peccato erat [*i*], ſed quia dignus eſt operarius mercede ſua (*k*), tertiam partem ſui judicii illi eccleſiæ cenſemus jure dari (*l*), in qua cæleſti pabulo a principio ſui exordii quotidie refectus cognoſcitur (*m*), ut juxta Apoſtolum ſint ſocii conſolationum, qui [1] fuerunt etiam paſſionum (*n*), & ſic demum ubicumque libitum fuerit, eundi habeat licentiam (*o*); aliter ne fiat, auctoritate D. N. J. Chriſti (*p*), qui per Prophetam locutus eſt, dicens, *ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui* (*q*), *& Apoſtolorum P. & P.* (*r*) *omniumque Sanctorum* (*s*), ſub vinculo anathematis prohibemus (*t*), deteſtamur (*u*), & contradicimus, quia nec noſtrum (*x*) eſt, nec alicui unquam (*y*) ſacerdoti, nec fideli laico licuit, qualicumque ratione (*z*), ſine manifeſta (*aa*) delicti culpa in talibus inferre præjudicium (*bb*).

## CAPUT IV.

*Leo Papa* (*cc*) *omnibus fidelibus per Dardaniam conſtitutis.*

RElatum eſt auribus noſtris eſſe quoſdam (*dd*) perverſe agentes, qui ſubvertere nituntur (*ee*), atque dividere conantur eccleſiæ unitatem, videlicet Abbates, monachos (*ff*), qui non ſtudio charitatis, ſed zelo rapacitatis (*gg*) invigilant, atque ſeducere conantur (*hh*) ſæculares, quos (*ii*) illaqueare poſſunt, ut (*kk*) res ſuas, atque poſſeſſiones (*ll*), ſive in morte, ſive in vita, monaſteriis ſuis tradant, & eccleſiis, quibus ſubjectæ (*mm*) eſſe videntur, & a quibus baptiſmum, pœnitentiam, euchariſtiam, necnon pabulum vitæ [*nn*], cum lacte carnis acceperint [*oo*], vel accipiunt (*pp*), nihil de bonis relinquunt [*qq*]. Hunc denique c. 2. eod. fo-



[1] Alii, *ſicut.*

*a Eligendi ſepulturam*, concil. *inde* pro *illud*, vetus Tarracon. olim.
*b* Vox *ejus*, non eſt in concil. neque in Barcin. *c Aliis locis*, concil. *aliis locis religioſis*, tres Tarrac.
*d* Sic in concil. parte 43. cap. 2. & in Gregor. ſed mihi alterutrum verbum ſolum magis placuiſſet.
*e* Sic etiam in concil. *illorum quoque decreta confirmando ſtatuimus*, Barcin. *ſtatuimus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis; *illorumque*, prior concil. editio. *f* Hæc neque in conc. ſunt, neque in Gregor. *quibus ſancitum eſt*, prior conc. editio. *g* Hæc vox omittitur a Raimund. & in poſteriori editione concil. erat in priori.
*h Sibi alienam elegit*, *non propriam*, conc. ut editum eſt, Raimund. & Contius.
*i* Sic etiam in concil. hæc omittunt Raimund. & Cont. non ſine cauſſa.
*k Cibo ſuo*, Matth. cap. 10. ἄξιος γὰρ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστί. *Mercede ſua*, Lucas cap. 10. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστίν. Et Paul. epiſt. 1. ad Timoth. cap. 5. καὶ ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. ut editum eſt, conc. & Raim. *l* Sic etiam in concil. vox *jure* a Raim. eſt omiſſa.
*m* Vox *cotidie*, in concil. deſideratur: *refici conſuevit*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis.
*n Ut fuerunt paſſionum*, concil. *ut fuerunt & paſſionum*, tres Tarracon. in uno *ut* olim, mox *ſicut: ſic ſint* &c. *ut fuerunt etiam paſſionum*, Barcinon. *ſint conſolationum ſocii*, *ut fuerant paſſionum*, veteres Gregor. *fuerunt*, Cont. & alii. Ὅτι ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτως καὶ τῆς παρακλήσεως. Paul. epiſt. 2. ad Corinth. cap. 1. vide caput prox. *o* Sic etiam prior editio concil. *habeant* pro *habeat*, Barcin. *eligendi* pro *eundi*, forte ſcribendum: *eligat ſepulturam*, Raim. & Cont. & poſterior editio concil.
*p Domini noſtri*, Raim. & poſterior editio concil. ut editum eſt, prior.
*q Veſtri*, concil. *tui*, Raimund. & Cont. ſic etiam eſt proverb. cap. 22. Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔστησαν οἱ πατέρες σου. LXX. *Ne tranſgrediaris terminos æternos*, *quos ſtatuerunt patres tui*, Complut. *poſuerint* pro *poſuerunt*, olim unus Tarracon. *r Petri*, *& Pauli*, prior editio concil. hæc neque in Gregorianis ſunt, neque in poſteriore concil. editione. *s* Hæc etiam omittunt Raimund. & concil.
*t* Hoc verbum etiam ab eiſdem eſt omiſſum, neque eſt in tribus Tarracon.
*u* Sic etiam Raim. & poſterior editio concil. *adſtringimus*, prior concil. editio, non recte.
*x* Vox *quia* in concil. deſideratur: omnia, quæ ſequuntur, omittunt Raim. & Cont.
*y Undique* in concil. *forte* UTIQUE in marg. *z Unquam licuit*, concil. & vet. Tarracon. olim tamen, *qualicumque licuit. Licuit*, Barcin. aliis omiſſis. *aa Sine magna*, concil.
*bb* Mendoſe in concil. *præferre judicium*, &c. Poſt hæc verba adduntur hæc in concil. *Ea quidem*, *quæ mortuo poſito ante ſepulturam ejus facta fuerint*, *vel exigendo*, *quod debitum eſſe dicetur*, *vel confeſſiones aliquas*, *aut fidejuſſores*, *aut pignora capiendo*, *penitus amputari præcipimus.* *cc* Sic etiam Raim. & Cont. *Decretum Leonis Papæ*, Ivo parte 7. cap. 150. decreti. *Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus fidelibus in Chriſto per totam Italiam.* Anſelm. lib. 5. cap. 51. Leo IX. Gregorian. in Polycarpo lib. 4. cap. 34.
*dd* Recte Cont. addit a Raimund. prætermiſſa; eadem habent Ivo, & Anſelm.
*ee* Hæc vox apud Ivonem deſideratur. *ff Et monachi*, Ivo, & Anſelm. *& monachos*, unus Tarrac.
*gg* Sic etiam Ivo, & Anſelm. *non zelo charitatis*, *ſed ſtudio rapacitatis*, Cont. *impietatis* pro *rapacitatis*, unus Tarracon. *hh Invigilant*, *& docent*, *atque ſeducere non ceſſant*, Ivo, & Anſelm.
*ii* Sic etiam Cont. *ſæculares homines*, *quos*, Barcin. & Ivo, & tres Tarrac. *ſæculares homines*, Anſelm.
*kk* Sic etiam Ivo, *poſſint*, *ut*, vetus Tarrac. & Cont. Apud Anſelm. aliquot verba deſiderantur.
*ll Potiones*, unus Tarr. *mm* Scibendum *ſubjecti*, ut eſt in Barcin. & apud Ivonem & Anſelm. & Cont. & in tribus Tarr. *nn* Sic etiam Ivo, & Anſelm. & Cont. *non*, in uno Tarrac. omittitur: forte *nec non*, tollendum eſt. *oo Acceperunt*, Ivo, & Anſelm. & Cont. & duo Tarracon.
*pp* Hæc Anſelm. ſolus omittit. *qq Suis relinquant*, Ivo, & Anſelm. *relinquunt*, Cont.

UNED

fomitem (*a*) diſcordiæ nos animadvertendo (*b*), modis omnibus inhibere volumus, & ne amplius fiant [*c*], omnino prohibemus, conſiderantes non eſſe bonum, ſi illi (*d*), qui olim ſocii fuerant paſſionis (*e*), ſecundum Apoſtolum, ſint immunes a ſocietate [*f*] conſolationum. Et quia dignus eſt operarius (*g*) mercede ſua, ideo præcipimus, atque mandamus, ut (*h*) quicumque amodo monaſterio [*i*] converti voluerit, ſive in morte, ſive in vita, omnium rerum, & poſſeſſionum [*k*], quas pro ſalute animæ ſuæ decrevit [*l*], medietatem eccleſiæ, cui ipſe [*m*] dignoſcitur pertinere, relinquat, & ſic [*n*] in monaſterio, prout libitum [*o*] fuerit, eundi, convertendique habeat licentiam. Quicumque autem hujus edicti violator [*p*] extiterit gladio anathematis ſubjaceat [*q*].

CAPUT V.

*Innocentius ſecundus Januenſi Epiſcopo* (*r*).

c. 3. eod. FRaternitatem tuam ignorare non credimus mortuorum ſepulturas, & cœmeteria (*s*) apud illas eccleſias, & monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quibus religioſorum fratrum conventus ſunt conſtituti, & orationes, atque miſſarum ſollemnia tam pro vivis, quam pro defunctis frequentius celebrantur, unde ipſorum devotioni, & extremæ voluntati, qui apud hujuſmodi eccleſias ſepeliri deſiderant, minime contradicendum eſt; qui vero relictis antiquis eccleſiis, & patrum, aliorumque parentum ſuorum ſepulchris, contra conſuetudinem patrum [*t*] veteris teſtamenti, qui cum patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad nova, & minus religioſa loca ſe transferunt, irrationabiliter, & contra antiquam inſtitutionem facere videntur. Unde ſi forte P. de Caſtello contra tam antiquam, & rationabilem conſuetudinem aliquid de corpore ſuo ſepeliendo mandaſſe dicitur, hoc non præjudicat rationi, & viribus carere debet. Quo circa per præſentia ſcripta mandamus, & pr. mandando (*u*), quatenus corpus ipſius P. dilectis filiis noſtris [*x*] monachis ſancti Stephani reddi faciatis (*y*), & cum ſuis fratribus (*z*) ſepeliri.

CAPUT VI.

*Alexander III. Spalen. Epiſcopo* (*aa*), *pars c. Continebatur* (*bb*).

DE iis, qui in infirmitate, vel ſanitate cum bonis ſuis (*cc*) ad religioſa loca ſe tranſtulerunt (*dd*), nihil tibi, vel eccleſiis, a quibus receperunt ſalutis pabula (*ee*), relinquentes, hoc tuæ prudentiæ volumus innoteſcere, quod ſi in ægritudine ipſa ad religionem tranſeunt, dummodo de ægritudine decedant [*ff*], de bonis ipſis eccleſiis [*gg*], a quibus aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religioſa loca ſe in ſanitate tranſtulerunt, de iis, quæ locis ipſis conferent (*hh*), cogi non poſſunt aliquid præſcriptis [*ii*] eccleſiis impartiri, quia liberum eſt eis tunc bona ſua non ſolum religioſis locis (*kk*), ſed etiam quibuſlibet (*ll*) perſonis privatis conferre. cap. 4. eod.

CAPUT VII.

*Lucius III. Epiſcopo Floren.* (*mm*) *pars c. Litteras* (*nn*).

DE uxore vero, utrum, quemad. & vir [*oo*], libe- c. 7. eod.

*a* Sic etiam Cont. *Hanc denique famam*, Ivo, & Anſelm. *b Animadvertentes*, Ivo ſolus.

*c Fiat*, Barcin. & tres Tarrac. & Ivo, & Anſelm. & Cont. aptius. *d* Sic etiam Cont. *ut illi*, Ivo, & Anſelm. *e Qui fuerunt ſocii paſſionis*, Cont. *qui olim fuerunt ſocii paſſionum*, Ivo, & Anſelm *paſſionum*, eſt etiam in uno Tarrac. De his verbis vidimus cap. 3. *f Fuer. immunes ſocietate*, Cont. ut editum eſt, Ivo, & Anſelm. *g Mercenarius*, Anſelm. & Contius: *operarius*, Ivo: vide cap 3.

*h* Sic etiam Cont. *Ideoque præcipimus, atque jubemus, ut*, Ivo, & Anſelm. *qua* pro *ut*, vet. Tarrac.

*i In monaſterio*, Barcinon. & Raimund. & Ivo, & Anſelm. & duo Tarracon.

*k Ut omnium rerum ſuarum, atque poſſeſſionum*, Ivo: *ut omnium rerum, & poſſeſſionum*, Anſelm.

*l Diſponere*, addunt Barcin. & Raim. *diſponi decreverit*, Ivo & Anſelm. *decernit*, duo Tarrac.

*m Ad quam*, Raim. & Cont. *cui ipſe*, Ivo, & Anſelm. *n* Hæc omittunt Raim. & Cont. *& ſic demum* Ivo; *& ſic in monaſterio demum*, Anſelm. *o Prout, ſibi libitum*, Ivo, & Anſelm.

*p Edicti convulſor, ac temerator*, Barcin. *noſtri decreti contradictor, convulſor, ac temerator*, Ivo & Anſelm.

*q* Sic etiam Ivo, addit Anſelm. *Data Romæ menſe Aprili, die XX. Indict. V.*

*r Innoc. III. Januen. Archiepiſcopo*, Raim. *ex regiſtro Innocentii Papæ II. Jan. Archiepiſcopo*, Barcinon. & unus ex veter. Gregor. præter vocem *Archiepiſcopo*, pro qua eſt *Epiſcopo: immo* SECUNDUS, Cont. in marg. & pro *Januen. alias* ARIMINENSI, *Archiepiſcopo* pro *Epiſcopo*, tres Tarr. *s Cimiteria*, Tarracon. quattuor & Barc. *ſepulchra, & cimiteria*, Raim. *t* Sic etiam Raimund. & Contius, *ſanctorum patrum*, Barcinon.

*u Scripta tibi*, Barcin. pro *ſcripta. Mandamus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis & *mand. pr.* tres Tarracon.

*x* Hæc omittunt Raim. & Cont. *Petri* pro *P.* eſſe exiſtimo in duobus Tarrac. obſcure.

*y* Sic etiam vetus Gregor. *reddi facias*, Barcinon. & Contius & alii.

*z Patribus*, Barcinon. & Raimund. & Cont. *fratribus*, tamen eſt in uno ex veter. Gregor.

*aa* Sic etiam Raim. & Cont. *Spal.* tamen eſt in veteri Gregor. forte *Spalatren. Lucius III.* in concil. parte 49. capite 6. *bb* Hæc omittunt concil. & Raim. & Cont. Integra clauſula quærenda; vide cap. 5. Qui clerici, vel voventes, in hac collectione. *cc* Hæc in concil. non ſunt, ſunt in Gregor.

*dd Se tranſtulerint*, concil. *ſe transferunt*, Raim. *ee* Sic etiam Raim. *ſalutis pabulum*, concil.

*ff In ægritudine ipſa decedunt*, concil. *de ægritudine illa decedant*, Raimund. & Cont.

*gg Prædictis eccleſiis*, concil. aliis omiſſis: *de bonis ſuis, ipſis eccleſiis*, Raim. & duo Tarrac.

*hh Conferunt*, vetus Gregor. *conferent*, Cont. & alii: omnia hæc in concil. deſiderantur.

*ii Prædictis*, vetus Tarrac. *kk* Vox *locis* in Gregor. non eſt, eſt in concil.

*ll* Sic etiam Raim. *quibuſcumque*, concil. *mm Lucius III.* aliis omiſſis Raim. & Cont. *Urbanus* pro *Lucius*, Barcin. & concil. parte 50. cap. 63. cetera, ut edita ſunt: *Florentino* eſt in veteri Tarrac. plenius.

*nn Litteras frater*, duo Tarracon. hæc omittunt Raim, & Cont. Integra clauſula exſtat in concil. & cap. 3. de conjugio leproſ. in hac collectione, ubi id eſſe caput dicitur *Urbani* 3. ſic etiam habent Raim. & Cont. eod. tit cap. ult. eadem inſcriptio eſt cap. 5. de divort. in hac collect. & in Gregor. cap. 6. eod. ſunt autem utriuſque capitis verba in conciliis, ante verba hujus capitis.

*oo* Sic etiam in concil. *&*, omittunt Raim. & Cont., eſt tamen in uno ex veter. Gregor.

liberam habere debeat (*a*) ſepulturam, videtur nobis, quod nulla ſuper hoc inter virum, & mulierem ſit facienda diſtinctio [*b*], & in utroque caſu iſto (*c*), æqualem eſſe credimus facultatem, cum electio iſta ad eum potius ſtatum pertineat, in quo mulier ſolvitur a lege viri. Utrum autem pater, quo magis voluerit, minores filios valeat ſepelire, non invenimus a ſanctis patribus diffinitum, & propterea terræ conſuetudini decernimus relinquendum.

### CAPUT VIII.

*Idem Præpoſito, & Canonicis Faventinis* (*d*).

c. 8. eod. CUM ſuper quodam capitulo, quod religionis favore &c. Inde ſiquidem eſt, quod [*e*] præſentium auctoritate ſtatuimus, ut ſi aliquem parochianorum veſtrorum alibi contigerit eligere ſepulturam, ſecundum ſtatuta beati Gregorii [*f*], quarta vobis in teſtamentis portio reſervetur (*g*).

[1] Alii, *ubi*.

## TITULUS XXV.

## DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

### CAPUT I.

*Ex concilio Africano* (*h*).

SI Epiſcopus ex Donatiſtis ad catholicam unitatem converſus eſt (*i*), æqualiter inter ſe dividant eas, quæ ſic fuerint inventæ (*k*), niſi (1) ambæ partes fuerunt (*l*), ideſt, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant (*m*), ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat (*n*). Quod ſi forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plures elegerint (*o*), quod ſi forte catholici antiqui ſuum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte converſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur (*p*). Si autem partes æquales ſunt, majoris temporis Epiſcopo depu- De paroch. c. 1.

*a Debeat habere*, concil. ut editum eſt veteres Gregoriani: *debet habere*, Contius & alii.

*b* Sic etiam Raimund. & Cont. *ſit differentia*, concil. *c Sed utrique in caſu iſto*, unus Tarracon. & poſterior editio concil. & Raimund. *& in utroque in caſu iſto*, prior concil. editio.

*d Capitulo Faventin.* Raim. & Cont. *e* Hæc omittunt Raim. & Cont. integram clauſulam nondum inveni.

*f* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. *g De teſtamento ipſius quarta vobis portio relinquatur*, Raimund.

*h* Sic etiam Raim. & Cont. adde *cap. LXXXV.* ex conciliis Latinis, & corpore canon. Græcis vero eſt *cap.* 118. *concilii Carthagin.* apud Ariſtenum, & Zonaram, 119. Tilio, 120. in alia editione 122. Balſamoni. Videtur autem eſſe concilii Carthag. habiti Honorio XII. & Theodoſio VIII. Augg. Conſulib. *capite* 8. in Latinis libris, in Græcis *capite* 10. *i* Sic etiam Raim. & Cont. *Ita ſane, ut ſi Epiſcopus* &c. concil. & corpus can. pendet autem ſententia ex proximo capite: ſic etiam apud Græcos, Οὕτω δηλαδὴ, ἵνα εἴπερ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν πρὸς τὴν καθολικὴν ἑνότητα ἐπέστρεψαν. Tilius, οὕτω μερίζονται τὰς διοικήσεις ἐπίσκοποι, ἵνα &c. vetus liber. Sed mihi Tiliana magis placent, Οἱ ἐπιστρέψαντες ἀπὸ Δονάτου. Ariſten. in epitome: *Reverſi*, inquit, *a Donato*. Ἐὰν οἱ τῶν Δονατιστῶν ἐπίσκοποι πρὸς τὴν καθολικὴν ἐπιστρέψωσιν ἐκκλησίαν. Idem in interpret. *Si Donatiſtæ*, inquit, *Epiſcopi ad catholicam eccleſiam reverſi ſint.*

*k* Sic etiam concil. & corp. can. & Raim. *fuerant inventæ*, unus ex veter. Gregor. Ἐξ ἴσου πρὸς ἀλλήλους διέλωσι τὰς οὕτως εὑρισκομένας διοικήσεις. Tilius, Διελέσθωσαν τὰς διοικήσεις. Ariſten. in epit. *dividant*, inquit, *diœceſes*, Καὶ μεταξὺ αὐτῶν ἢ καὶ ἑτέρων καθολικῶν ἐπισκόπων παροικίαι τινὲς ἦσαν, ἐν αἷς καὶ ἀμφότεροι ἐπισκοπικὰ δίκαια εἶχον. γενέσθω ἡ διαίρεσις τῶν ὄντως ἀνακειμένων ἐνορίων ἤγουν παροικιῶν καὶ διοικήσεων μεταξὺ αὐτῶν ἐπίσης. Idem in interpr. οὕτως pro ὄντως. ſcribo, hoc eſt, *& inter eos, etiam alios catholicos Epiſcopos parochiæ aliquæ fuerunt, in quibus ambo Epiſcopi jura Pontificia habuerunt: diviſio ſic conſtitutarum vicinarum parochiarum, & diœceſium inter eos æqualis fiat.*

*l Ubi* pro *niſi*, Barcin. & tres Tarrac. & corp. can. & concil. & Raim. qui *fuerint* pro *fuerunt*, habet, & unus Tarracon. ἔνθα ἦσαν ἀμφότερα τὰ μέρη, Tilius.

*m* Sic etiam concil. & corp. can. *ita, ut alia loca ad illum, alia ad alium, pertineant*, veteres Gregor. ut editum eſt, Contius, & alii, præter poſterius *illum*, pro quo eſt *alium*, & in duobus Tarracon. Τουτέστιν ἵνα ἄλλοι τόποι πρὸς ἐκεῖνον, καὶ ἄλλοι πρὸς ἐκεῖνον ἀνήκωσιν. Tilius: quæ verba cum editis faciunt.

*n* Sic etiam concil. & corp. can. & Raimund. *habuit* pro *habet*, unus ex veter. Gregor. οὕτως ἵνα ὁ παλαιότερος ἐν τῇ ἐπισκοπῇ μερίζῃ, καὶ ὁ ἥττων ἐπιλέγηται. Tilius, καὶ ὁ μὲν παλαιότερος ἐπιμερίζοι, ὁ δὲ νέος ἐκλέγοιτο. Ariſten. in epitome, πλὴν οὕτως ὥστε τὸν μὲν παλαιότερον ἐπίσκοπον ποιεῖσθαι τὸν μερισμόν. τὸν δὲ ὑστέρως μετ᾽ ἐκεῖνον γινόμενον ἔχειν τὴν ἐπιλογήν. Idem in interpret. excepto quod inquit: *antiquior Epiſcopus partes faciat, qui poſt eum eſt, electionem habeat.*

*o Quem plebs elegerit*, Raim. & Cont. & tres Tarrac. *Cui vicinior invenitur. Quod ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat, quem plebs elegerit*, concil. & corpus can. Εἰ δὲ τυχὸν εἷς ἔσται τόπος, ἐκείνῳ προχωρήσῃ, ᾧ τινὶ μᾶλλον γειτνιάζειν εὑρίσκεται. ἐὰν δὲ ἀμφοτέροις τοῖς θρόνοις ἴσως γειτνιάζῃ, ἐκείνῳ παραχωρηθῇ, ὃν τὸ πλῆθος ἐπιλέξηται. Tilius: excepta voce ἐκείνῳ ante προχωρήσῃ, quam ex veteri libro adjecimus. Conveniunt autem Græca verba cum Latinis conciliorum. Εἰ δὲ εἷς τυχὸν ἐστι τόπος, εἰς ὃν ἦσαν καὶ Δονατισταὶ οἰκοῦντες καὶ ὀρθόδοξοι, εἰ μὲν γειτνιάζει τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἀπὸ τῶν Δονατιστῶν ἐπιστρέφοντι, ἐκείνῳ κατὰ τὸ ἀκέραιον παραχωρηθῇ. εἰ δὲ μᾶλλον τῷ καθολικῷ πλησιάζει, ἐκείνῳ ὡς αὔτως προχωρήσας εἴη. Ariſten. *Si vero*, inquit, *unus locus eſt, in quo & Donatiſtæ, & orthodoxi habitent; ſi quidem propinquior ſit Epiſcopo ex Donatiſtis reverſo, apud eum firmus permaneat; ſi vero magis catholico Epiſcopo vicinus ſit, eodem modo eidem pertineat.*

*p Quod ſi forte antiqui catholici ſuum Epiſcopum voluerint* &c. concil. & corp. can. *Sed ſi antiqui catholici ſuum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donatiſtis converſi ſunt*, &c. Raim. & Cont. *ſuum Epiſcopum habere voluerint*, unus ex veter. Gregor. Εἰ δὲ τυχὸν οἱ ἀρχαῖοι καθολικοὶ τὸν ἴδιον θελήσουσι, καὶ οἱ ἐκ τοῦ μέρους τοῦ Δονάτου μεταστρέψαντες τὸν ἴδιον, τῶν πλειόνων ἡ γνώμη προτιμηθῇ τῶν ὀλιγωτέρων. Tilius, εἰ δὲ ὁ τόπος ἐπ᾽ ἴσης ἀμφοτέροις τοῖς θρόνοις πλησιάζει, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς ὄντες ἀρχαῖοι ὀρθόδοξοι τὸν ἴδιον θέ-

UNED

putentur (*a*). Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerunt, ut non poſſint æqualiter dividi, velut ſi impari numero fuerint (*b*), diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus permanſerit (*c*), hoc in eo ſervetur, quod ſuperius dictum eſt, cum de uno tractaretur loco (*d*).

## CAPUT II.

*Ex concilio Nannetem.* (*e*)

cap. 2. eod. IN dominicis diebus, vel feſtis (*f*) presbyteri, antequam miſſam celebrent (*g*), plebem interrogent, ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero, ibi miſſam velit audire, quem ſi invenerit (*h*), ſtatim ab eccleſia eiiciant (*i*).

## CAPUT III.

*Hadrianus Papa* (*k*).

cap. 3. eod. NUllus Epiſcopus alterius parochianum judicare præſumat, & infra [*l*]. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus potuit [*m*].

## CAPUT IV.

*Alexander III. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis* (*n*) *Prælatis per Angliam conſtitutis.*

LIcet univerſa loca &c. uſque ſervare (*o*). Non ponitur. Univerſitati veſtræ per A. s. pr. m. qua. nullus veſtrum in monachos prætaxati monaſterii, vel cujuslibet obedientiarum ejus excommunicationis, vel interdicti ſententiam audeat de cetero promulgare. Cum autem ſententia in parochianos alterius ab aliquo veſtrum prolata fuerit, de jure non teneat, multo minus illa, quæ in ſpeciales [*p*] Romanæ eccleſiæ filios, qui ſcilicet nullum Epiſcopum præter Romanum Pontificem habent, profertur, debet ab aliis obſervari. Quod ſi quis veſtrum attemptare præſumpſerit, ejus in hac parte factum nullas vires obtineat, ſed irritum potius habeatur, & vacuum (*q*).

CA-

θέλουσιν ἔχειν ἐπίσκοπον, οἱ δὲ ἐκ τοῦ Δονάτου μὴ στρέψαντες πάλιν τὸν ἴδιον, τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατείτω. Ariſten. mendoſe, ut opinor, tum in his, quæ omittit, tum in μὴ στρέψαντες pro μεταστρέψαντες. *Si vero*, inquit, *locus æque vicinus eſt utrique ſedi, & qui illic ſunt veteres orthodoxi ſuum Epiſcopum volunt habere, illi vero, qui ex Donatiſtis reverſi ſunt, item ſuum: plurimum ſententia rata ſit.*

*a Deputetur*, concil. & corp. can. & duo Tarr. & Barcin. & Raim. vox *ſunt* in veteri Gregor. deſideratur; pro *deputentur* olim in veteri Tarrac. fuit *deputatur*, mox *deputetur* Εἰ δὲ τὰ μέρη εἰσὶν ἴσα, τῷ παλαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ καταλογισθείη. Tilius. εἰ δὲ τὰ μέρη ἴσα εἰσί, τῷ ἀρχαιοτέρῳ ἐπισκόπῳ ὁ τόπος ἅπας προσκυρωθήσεται. Ariſten. *Si vero*, inquit, *partes ſunt æquales, vetuſtiori Epiſcopo omnis locus addictus erit.*

*b* Sic etiam concil. *fuerunt* pro *fuerint*, vetus Gregor. *fuerint* pro *fuerunt*, Cont. & alii: item *in impari* pro *inpari*: ſed in duobus veteribus eſt *inpari*: & pro *ut*, eſt in duobus Tarracon. & *poſſunt* pro *poſſint*. Ἐὰν δὲ οὕτως πλεῖστοι οἱ τόποι εὑρεθῶσιν ἐν οἷς ἀμφότερα τὰ μέρη εἰσὶν, ὡς μὴ δύνασθαι ἐξ ἴσου μερισθῆναι, τοῦ ἀριθμοῦ τῶν αὐτῶν τόπων λιπὸς ὑπάρχοντος. Tilius. Hanc partem omittit Ariſtenus: pauca etiam dicunt Zonaras, & Balſamon hujus canonis Græci interpretes; quod hujus capitis decretum illius temporis contentionibus editum ſit. *c Remanſerit*, concilia, & corp. can. & tres Tarrac. & Raim. vox *eis* in Greg. non eſt. Πρῶτον μερισθῶσιν οἱ ἴσοι ἀριθμοὶ, καὶ τῷ ἀπομένοντι τόπῳ. Tilius.

*d* Sic in concil. & in corp. can. *cum de uno loco ſuperius tractaretur*, Raimund. Τοῦτο φυλαχθῇ, ὅπερ ἀνωτέρω λέλεκται, ὅτε περὶ τοῦ ἑνὸς ἐζητεῖτο τόπου. Tilius.

*e Cap.* 1. ex concil. non *cap.* 419. ut refert Burch. lib. 2. cap. 92. neque *cap.* 19. ut refert Ivo parte 2. cap. 122. decreti: neque *ex concil. Meldenſi*, ut apud Grat. ſive Paleam, 9. q. 2. cap. 4. ut editum eſt, Raim. & Cont. *Meten.* eſt in veteri Grat. libro. *f* Sic etiam Grat. *feſtivis*, vetus Grat. liber. *Ut dominicis, & feſtis diebus*, concil. *vel* pro *&*, Barcin. & Burch. & Ivo. *Et dominicis, vel feſtivis diebus*, vetus Gregor. *Ut* pro *Et*, Cont. & alii. *g* Sic etiam Raim. & Cont. & unus ex veteribus Grat. libr. *miſſas* pro *miſſam*, Barcin. concil. Burchard. Ivo, & Grat. *miſſam*, unus ex veterib. Gregor. *miſſa celebretur*, unus Tarrac.

*h* Sic etiam Ivo: *ſi invenerint*, tres Tarrac. & omnes alii, aptius; *ſi invenerit*, duo veteres Grat. libri.

*i* Sic etiam conc. & Burch. & Ivo, & vetus Grat. liber, & unus ex veter. Gregor. *abiiciant*, Grat. & Raim. Poſt verba hujus cap. additur in concil. *& ad ſuam parochiam venire compellant*: *redire* pro *venire*, Burch. Ivo, & Grat. Operæ pretium eſt etiam addere alia verba, quorum neque Bern. neque Grat. neque Raim. rationem habuerunt: ſunt autem in conciliis hæc: *Similiter interrogent, ſi aliqui diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implicabitem habeant, & ſi inventi fuerint, ſtatim reconcilientur: quod ſi renuerint pacem ſuſcipere, ab eccleſia eiiciantur, uſque quo ad charitatem redeant. Non enim poſſumus munus, vel oblationem ad altare offerre, donec prius fratri reconciliemur. His ita peractis ſacerdotes miſſarum ſollemnia rite peragant. Noluerint*, pro *renuerint* habet Burch. & *itaque* pro *ita noluerint*, quoque eſt apud Ivonem, & *oblatam* pro *oblationem*: & *niſi* pro *donec*. Quod ſcribitur, *Non enim poſſumus munus* &c. ſumptum videtur ex cap. 5. Matthæi: *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus babet aliquid adverſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Adde ſimile eſſe huic ſententiæ caput 93. concilii Carthag. 4. relatum a Burch. lib. 5. cap. 38. & ab Ivone parte 2. cap. 47. decreti, & a Grat. diſt. 90. cap. 2.

*k* Sic etiam Raim. & Cont. *ex decretis Hadriani Papæ cap.* 15. Burch. lib. 2. cap. 39. & Ivo parte 6. cap. 140. decreti: nobis eſt *cap.* 16. *ex epiſt. Hadriani ad Mediomatricis Epiſcopum*, ſumptum ex Nicæno concilio cap. 26. ut teſtatur Julius Papa epiſt. 2. cap. 6. vel potius *cap.* 5. ut in veteri libro eſt.

*l* Sic etiam Raim. & Cont. *præſumat retinere, aut ordinare abſque ejus voluntate, vel judicare: quia ſicut irrita erit ejus ordinatio, ita & dijudicatio; quoniam cenſemus nullum alterius judicis, niſi ſui, ſententia teneri*, Burch. *judicium* pro *dijudicatio*, Ivo: ſed ut Burch. Hadr. in concil. Poſt illa *abſque ejus* additur *Epiſcopi*, d. cap. 26. in editis, ſed in veteri non additur: at poſt verbum *judicari* hæc ſunt in utriſque: *ſalva tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate. Niſi ſua*, pro *niſi ſui*, vetus Burchard. liber.

*m Poterit*, concil. utrubique: *poteſt*, Barcinon. & duo Tarracon. & Burchard. & Ivo. In Gregorianis omiſſa voce *ullatenus*; *poteſt*. *n Archiepiſcopis, & aliis eccleſiarum*, Barc. *o* Integram clauſulam nondum inveni.

*p In ſpirituales* unus Tarracon. & Barcinon. quod reiicio.

*q* Poſt hæc verba in Barcin. hæc ſunt: *Nos etenim cujus*, &c. *Datum Beneventi.*

## CAPUT V.

*Urbanus III. de novo loco, & de Viget Priorib.* (*a*) *pars c. Prout* (*b*).

c. 4. eod. SUper eo vero, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus, & iis, quæ finibus cohærent (*c*), non præſcribendis, ſtatutum per canones eſſe dignoſcitur, ſit in parochialium (*d*) limitibus, ſicut in provincialibus admittendum. Illud vobis duximus reſpondendum, quod bene videtur in utroque (*e*) ſervandum, ſi provinciarum fines (*f*), legitima probatione, vel alias [*g*] indubitata fide conſtiterit eccleſiaſtica ordinatione ſtatutos (*h*).

## TITULUS XXVI.

## DE DECIMIS, ET PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS.

## CAPUT I.

*Alexander III. Mediolanen. Archiepiſc.*

Non ponitur. QUerela venerabilis fratris noſtri Vercellen. Epiſcopo ad nos tranſmiſſa pervenit, quod quidam clerici in ejus diœceſi conſtituti decimas novalium, quæ ad jam dictum Epiſcopum pertinent, tenere pro ſua voluntate præſumunt, laici vero parochiani ipſius, cum decimas quaſdam non ſine creatoris [*i*] offenſa percipiant, contendunt ſibi decimas novalium vindicare, in quo tanto offendunt gravius (*k*), quanto ſpecialius decimæ ipſæ ad Epiſcopalem diſpoſitionem reſpiciunt; ſuper quibus conſtat, nil laicis fuiſſe conceſſum. Quo circa f. t. (*l*) per A. s. m. qua. (*m*) laicos ad decimas, novalium occaſione, & excuſatione poſtpoſita reſignandas per excommunicationis ſententiam ap. re. compellas; clericos autem moneas, & eccleſiaſtica diſtrictione compellas, ut eas, quas detinent, memorato Epiſcopo ſine mora, & difficultate in pace dimittant, ut ſub (*n*) examine tuo (*o*) juſtitiæ non differant plenitudinem exhibere.

## CAPUT II.

*Idem Cant. Archepiſc. & ejus ſuffraganeis.*

PErvenit ad nos, quod cum parochiani (*p*) veſtri decimas bonorum ſuorum conſueverunt [*q*] eccleſiis, quibus debentur (*r*), cum integritate [*s*] perſolvere: nunc tamen (*t*) laudabili conſuetudine prætermiſſa, quidam ex ipſis (*u*) de lana, de feno, de (*x*) proventibus molendinorum, & piſcariorum (*y*), ipſis eccleſiis ſubtrahere non verentur. Sed quoniam (*z*) inſtitutioni divinæ manifeſtius obviant, qui decimas ipſis eccleſiis (*aa*) non perſolvunt: (*bb*) f. v. per A. s. pr. m. qua. parochianos veſtros monere curetis, & ſi opus fuerit, ſub excommunicationis diſtrictione compellere (*cc*), ut de proventibus molendinorum, & piſcariorum, & feno, & lana (*dd*), decimas eccleſiis, quibus debentur, omni contradictione ceſſante [*ee*] cum integritate perſolvant. De Decim. c. 1.

## CAPUT III.

*Idem Winton. Epiſcopo* (*ff*).

NUntios, & litteras (*gg*) tuæ fraternitatis ea, qua decuit, benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curavimus exaudire, ſicut illius perſonæ, quam pura (*hh*) in domino, & ferventi charitate diligimus, & cujus commodis, & profectibus intendere volumus diligenter. Cum igitur (*ii*) ad officium tuum ſpectent ea, in quibus præcepti noſtri deſideras noſtra auctoritate (*kk*) muniri, tanto in his debuiſti facilius exaudiri, quanto ipſam eorum (*ll*) ſpecialius ſalutem reſpiciunt, de quibus in extremo judicio redditurus es rationem. Inde eſt, quod f. t. per A. s. pr. m. qua. tam Comites (*mm*), quam Barones, necnon & milites, & omnes alios de parochia tua moneas propenſius, & inducas, & ap. ceſ. eccleſiaſtica diſtrictione compellas (*nn*), ut decimas eccleſiis matricibus de ſuis bonis omnibus (*oo*) communi in- cap. 6. eod.

*a* Hæc omittunt Raim. & Cont. *Vigert* pro *Viget*, Barcin. *Turgam*, concil. parte 38. cap. ult. titulo de præſcriptionibus. *Viger*, ſub tit. de dolo & cont. cap. 4. in hac collectione, ubi alias varias lectiones ſcripſimus. *Nigert.* vetus Tarracon. *Vigerit*, duo alii Tarracon. *b* Hæc etiam omittunt concil. & Raimund. & Cont. Aliquot verba ejus clauſulæ ſunt d. cap. 4. de dolo, & contumacia.

*c* Sic etiam Raim. *ſcilicet*, *an quod* &c. concil. poſterior. editio; *ſcilicet*, *an quid de cohærentibus finibus*, prior concil. editio: & *de iis*, unus ex veter. Gregor. *d In parochiarum*, Barcin. & concil. & tres Tarrac. & Raim. aptius. *e Ubique* prior concil. editio: *in utroque caſu*, unus ex veteribus Gregor.

*f Si parochiarum fines*, conc. rectius: *ſi fines*, Raimund. & Contius. *g* Sic etiam conc. & Raim. *vel alia*, Barcinon. *vel aliter*, unus Tarrac. *h* Sic etiam Raimundus: *conſtitutos*, concil.

*i Non ſine ſui creatoris*, Barcin. & vetus Tarracon. ſed vox *ſui* olim deſiderabatur.

*k Deum*, additur in uno Tarracon. *l F. v.* duo Tarracon. *dis. v.* tertius.

*m Pr. m. qua.* duo Tarrac. *n Aut ſub*, unus Tarracon. aptius. *o Veſtro*, duo Tarrac.

*p* Recte Contius addidit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. parte 4. cap. 2. titulo de decimis præſtandis.

*q* Sic etiam in concil. *conſueverint*, Contius. *r Debent*, duo Tarracon.

*s* Hæc in concil. ſunt omiſſa: habet Contius. *t Nunc tam*, concil. & Cont.

*u* Ex *eis*, concil. & Contius. *x Et de feno*, *& de*, concil. & Contius, & tres Tarrac.

*y Piſcariarum*, Barcinon. & concil. & Cont. & duo Tarracon. ſed in altero olim *piſcariorum*.

*z Quoniam igitur*, concil. & Cont. *Unde quoniam*, duo Tarracon. *Quoniam*, tertius.

*aa Ipſas* pro *ipſis*, Cont. utraque vox in concil. deſideratur. *bb Non perſolverint*, tres Tarrac.

*cc* Sic etiam Raim. *compellatis*, concil. *dd Piſcariarum*, Barcin. & duo Tarracon. *piſcaria*, *feno*, *& lana*, vetus Gregor. *piſcariarum*, *feno*, *& lana*, Cont. & alii; *& piſcariarum*, *& de feno*, *& de lana*, concil.

*ee Omni occaſione*, *& app. ceſſante*, concil. omnia in Gregor. deſiderantur: *omni occ. ceſ.* duo Tarrac.

*ff Wintonien.* unus Tarracon. *gg* Recte etiam Contius addidit a Raimundo prætermiſſa, quæ ſunt in concil. dicta parte 4. cap. 3. *hh Quam pure*, concil. *quam pura*, Cont. *ii* Sic etiam Cont. *Cum ergo*, conc.

*kk* Vox *noſtra*, in concil. non eſt, neque in duobus Tarrac. eſt apud Cont. *auct. noſtra*, vet. Tarrac.

*ll* Sic etiam Contius: *ipſa eorum*, concil. & tres Tarrac. ſed in uno olim, ut editum eſt.

*mm* Sic etiam in concil. pro his verbis uſque ad illa, *apibus*, *& de omni*, eſt in Gregor. *parochianos tuos de apibus.* *nn Et appellatione ceſſante*, *& E. D. con.* eſt in concil. non recte.

*oo De divitiis ſuis*, concil.

UNED

integritate [a] perſolvant. Præter ea parochianis tuis, de [b] feno, equitio, pomis, piris, apibus [c], & de omni (d) fructu decimas ſolvere (e) eccleſiaſtica diſtrictione ap. ces. conſtringas (f).

### CAPUT IV.

*Idem Exonen. & Wigor. Epiſcopis* [g].

c. 7. eod. CUM homines de Ortona (h) ſecundum generalem Anglicanæ eccleſiæ inſtitutionem (i) de frugibus ſuis in autumno (k) IX. partibus ſibi retentis decimas eccleſiæ Sancti Michaelis (l), cujus parochiani ſunt, ſine deminutione ſolvere teneantur, antequam eccleſiæ (m) decimas ad eam ſpectantes perſolvant, ſervientibus & mercenariis ſuis de frugibus non decimatis debita totius anni pro ſervitio ſuo impendunt, tunc demum (n) de reſiduo decimam perſolventes. Unde diſcretioni veſtræ per A. s. pr. [o] m. qua. ſub anathematis diſtrictione [p] illos cogatis (q), ut decimas tam de frugibus (r), quam de nutrimentis animalium ſuorum ſine fraude, & deminutione aliqua, in autumno, ſicut moris eſt, ſtatim collectis frugibus (s), & aliis temporibus, prout debent [t], perſolvant, atque de ſubtractis, & retentis dignam ſatisfactionem exhibeant (u).

### CAPUT V.

*Idem Conſano * Epiſcopo* [x].

* *Archiepiſ.* Cujac. Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 4. c. 1. * *de Lavian.* Cujac.

INtelleximus ex litteris tuis, quod R. * de Ju. S. (y) ſex annis decimam capellæ ſuæ tibi detinuit, aſſerens, quod in mutatione [z] ipſius decimæ prædeceſſori tuo redditus quorundam dederit villanorum (aa), quos etiam tibi ipſi (bb) vult aſſignare, quia decimæ (cc) cum temporalibus non ſunt commutandæ [dd], auctoritate tibi præſentium inhibemus, ne præſcriptos redditus in commutatione (ee) ipſius decimæ præſumas recipere, ſed prædictum R. ad reſtituendas tibi ſubtractas (ff) decimas, & ad eas ſolvendas in poſterum eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

### CAPUT VI.

*Idem Monachis de Neub.* (gg).

DIlecti filii noſtri Abbas, & fratres Sanctæ Crucis tranſmiſſa nobis quæſtione demonſtraverunt (hh), quod prædia, unde decimas (ii), & in magna parte ſuſtentationem [kk] habere conſueverunt, conduxiſtis (ll), & recepiſtis ad firmam. Unde [mm] quoniam iidem fratres ex hoc immoderate, & enormiter [nn] gravantur, nec intentionis noſtræ, aut [oo] anteceſſorum noſtrorum, ut de poſſeſſionibus, quas conducitis (pp), decimas non debeatis perſolvere (qq), univerſitati veſtræ m. pr. ut eis de fructibus (rr) de prædiis, quæ conduxiſtis in parochiis ſuis, de quibus conſueverunt (ſſ) decimas percipere, plenarie perſolvatis, vel cum ipſis, tam pacifice, & amicabiliter conveniatis (tt), quod nulla inter vos debeat ſcandali malitia (uu) ſuſcitari, & vos videamini (xx) ultra, quam vobis indultum eſt, manus extendere. c. 8. eod.

CA-

*a* Scribendum, *cum omni integritate*, ut eſt in concil. & in duobus Tarracon.
*b* *Parochianos veſtros*, concil. & Barcin. aptius & vet. Tarrac. *parochianos tuos*, duo alii Tarr.
*c* *Et piris, & apibus*, concil. *d* Sic etiam Raim. vox *de* in concil. non eſt.
*e* Sic etiam concil. *perſolvere*, Raimundus. *f* *Appellatione ceſſante compellas*, concilia: *compellas*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis.
*g* *Exon. Epiſcopo*, Raim. & Cont. *Ryomen. & Vuinton. Epiſcopis*, d. parte 4. c. 4. *Vuigorien.* pro *Ryomen.* in marg. concil. *h* *De Hortim.* concil. *de Hortona*, duo Tarrac. & vetus Gregor. *de Hortonen.* Cont. & alii: *de Ortone*, alter minus vetus Gregor. *i* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in conciliis.
*k* Hæc etiam in Gregor. non ſunt: ſunt in concil. *l* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa: mendoſe autem editum eſt in concil. *& mihi.* *m* *Antequam eidem eccleſiæ* &c. Barcinon. & tres Tarrac. & concil. *& antequam id faciant*, Raim. & Cont. *n* *Impendunt, & tunc deinde*, concilia; *impendant, tunc demum*, Raim.
*o* Hæc plenius, & rectius ſcripta ſunt quam in concil. deſiderantur omnia in Gregorianis.
*p* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *q* *Eos cogatis*, Raim. *compellatis eos*, concil.
*r* *Ut decimas ſtatim*, veteres Gregor. aliis multis omiſſis: *ut decimam ſtatim*, Cont. & alii: at in conciliis ordo verborum mutatur; cetera, ut edita ſunt. *s* Sic etiam concil. *ſtatim fructibus collectis*, Raim.
*t* *Et in aliis temporibus, prout debentur*, Barc. & conc. hæc omnia in Greg. non ſunt: eſt etiam varietas in conc. *debent* pro *debentur*, *& in aliis* &c. duo Tarr. *u* Sic etiam in concil. *exhibere procurent*, Raim. & Cont.
*x* *Cuſano Epiſcopo*, concilia. *y* *R. tamdiu ſ.* Barcin. *R. de Lantino parochianus tuus tamdiu ſcilicet*, concil. pro *Lantino*, in marg. eſt *Lantmo. R. diu ſcilicet*, tres Tarrac. aptius: idem elicitur ex Vincentii verbis.
*z* *In commutatione*, Barcin. & concil. aptius, & duo Tarrac. *aa* *Quarundam dedit villarum*, concil.
*bb* Vox *ipſi*, in concil. non eſt. *cc* *Ceterum quia decimæ*, concil. *quia vero decimæ*, duo Tarrac.
*dd* *Attendentes*, additur in concil. *ee* *In commutationem*, concil. & unus Tarr. non male.
*ff* Vox *tibi*, in uno Tarrac. non eſt. *gg* o ſupra *B* eſt in uno Tarracon. forte *Neuburgo*. *De Neubro*, vetus Tarracon. *de Nembroſia*, alter: *de Conlembroſio*, tertius: *de Nenolo*, vetus Gregor. *de Novella*, alter minus vetus: *de Neuclen.* Cont. & alii: *Idem monachis*, in concil. parte 13. cap. 2. titulo de religioſis viris decimas ex privilegio non præſtantibus, & de privilegio abutentibus. *hh* *Conqueſtione* pro *quæſtione*, concil. & tres Tarrac. *ſua conqueſtione monſtrarunt*, vetus Gregor. *ſua nobis* &c. Cont. & alii.
*ii* Sic etiam Raim. *de quibus decimas*, concil. *kk* *Vitæ*, additur in uno ex veter. Gregor.
*ll* Sic etiam concil. *a pleriſque laicis conduxiſtis*, Barcin. & Raim. *mm* *Verum*, unus ex veter. Gregor.
*nn* Sic etiam concil. *enormiter*, Raim. aliis omiſſis. *oo* *Intentionis*, concil. aliis omiſſis: ut editum eſt, Raim. & Cont. *nec* pro *aut*, unus ex veter. Gregor. *pp* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *quas conduxiſtis*, Cont. & alii. *qq* *Deberetis* pro *debeatis*, concil. *non ſolvatis*, Raimund. & Contius.
*rr* *Diſcretioni veſtræ per* &c. *quatenus eiſdem fratribus*, concil. *mandamus, quatenus*, Raimund. *univerſitati veſtræ*, in Barcinon. non ſunt; cetera, ut ſunt edita: *man. qua.* unus Tarrac. pro *m. pr.*
*ſſ* Sic etiam Raimund. *conſueviſtis*, concil. quod non æque placet.
*tt* Sic etiam in concil. *amicabiliter*, *componatis*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.
*uu* *Materia* pro *malitia*, tres Tarrac. aptius, *debeant inter vos ſcandali mala*, concil.
*xx* *Et vos non videamini*, Barcinon. & duo Tarracon. *& ne vos videamini*, concil.

UNED

## CAPUT VII.

*Paſchalis II.*

cap. 2. eod. NOvum genus exactionis eſt, ut clerici a clericis frugum decimas, vel animalium exigant (*a*); nuſquam in lege (*b*) Domini hoc præcipi legimus, aut permitti, non enim levitæ a levitis decimas accepiſſe, vel extorſiſſe [*c*] leguntur. Illi profecto clerici (*d*), qui a clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

## CAPUT VIII.

*Alexander III. Eboracen. Archiepiſc.*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 13. c. 3. FRaternitatem tuam ſcire volumus, & firmiter tenere, quod te (*e*) ex charitatis fervore ob multiplicia tuæ devotionis gratiſſimæ (*f*) obſequia nobis frequenter impenſa diligimus, ut aliquando (*g*) tibi negare nolumus, quod cuilibet fratrum noſtrorum concedere deberemus (*h*). In eo autem [*i*], quod de compellendis monachis albis, vel nigris (*k*), vel canonicis ſæcularibus, vel (*l*) regularibus ad ſolvendas decimas de terris conductis, quas habent ad terminum, vel ad firmam a nobis (*m*), tuæ diſcretionis prudentia poſtulavit, te, vel quemlibet alium audire, vel exaudire nulla ratione poſſumus, niſi manifeſte velimus obviare juſtitiæ, & prædeceſſorum noſtrorum inſtitutis contraire, ne videamur religionem perſequi, quam ſi forte in nobis non habemus, in aliis diligere, & fovere tenemur. Cautum ſiquidem in ſcriptis [*n*] habetur prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontificum, quod religioſi viri ab exactione decimarum de laboribus, quos propriis ſuis [*o*] manibus, vel ſumptibus colerent, & de nutrimentis animalium ſuorum prorſus eſſent immunes, ſed piæ recordationis Hadrianus Papa (*p*) prædeceſſor noſter labores in novalia pro ſua voluntate convertit. Illud etiam nos a tuæ petitionis effectu retrahere videtur, quod in veteri teſtamento (*q*) non recolimus nos umquam legiſſe, ut levitæ levitis decimas ſolverent. In novo (*r*), ſicut tua diſcretio non ignorat, non ambigimus eſſe ſtatutum, ut populus eccleſiis illis decimas ſolvat [*s*], ubi eccleſiaſtica recipiunt ſacramenta. Unde Apoſtolus ait, non eſt magnum, ſi temporalia metamus, ubi ſpiritualia ſeminamus (*t*). Non grave tibi ſit, ſicut eſſe non debet, ſi ratione divinæ ſcripturæ, & noſtra honeſtate penſata, petitionem illam, quantumcumque te diligamus (*u*), & ſicut Kariſſimo fratri noſtro deferentes (*x*), non duximus admittendam. In nullo enim patieris repulſam, quod ſecundum juſtitiam a nobis fieri poſtulares.

## CAPUT IX.

*Idem Abbati, & fratribus de Lorengio* [*y*].

SUggeſtum eſt nobis ex parte veſtra (*z*), c. 9. eod.
quod Abbas, & fratres monaſterii de Urſino [*aa*] decimas a vobis auferre conantur, & alia damna (*bb*), & gravamina vobis irrogare non ceſſant; quia vero non decet honeſtatem veſtram, ſive religionem monaſticam litibus, & contentionibus intendere, di. v. per A. s. m. conſulimus, & hortamur, quatenus (*cc*) cum prædicto Abbate, & fratribus ſuper decimis ipſis, & aliis (*dd*), unde inter vos eſt controverſia, pacifice conveniatis, ne (*ee*) pro hujuſmodi contentionibus fama veſtræ religionis valeat denigrari: nam quando Romana eccleſia ordini veſtro privilegia dederat de decimis, ita erant raræ (*ff*), quod exinde (*gg*) nulli poterat de jure ſcandalum ſuboriri; ſed nunc per gratiam Dei [*hh*] in tantum ſunt augmentatæ, ac poſſeſſionibus ditatæ, quod multi viri eccleſiaſtici de fratribus veſtris (*ii*) apud nos querelam [*kk*] ſæpe proponunt (*ll*).



*a Frugum, vel animalium decimas exigant*, d. parte 13. cap. 16. *decimas exigant*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*b* Hæc uſque ad illa, *non enim levitæ*, omittunt Raimund. & Cont. *Numquam enim hoc in lege* &c. concil. vide cap. 8. *c Extorſiſſe*, concil. & in margine, *cepiſſe*: *accepiſſe*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. De decima decimæ, quæ dabatur a Levitis ſacerdoti, vide num. 18. & ex Hieron. cap. 1. hoc tit. in ſecunda collectione.
*d* Sic etiam Raimund. & Cont. *Illi profecto ſolvere laborum ſuorum decimas debent, qui a clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt*, concil. Hæc videntur ad laicos pertinere: ut etiam infra cap. 8.
*e Quod ut te*, concil. *f* Sic etiam concil. *gratiſſima*, Barcinon. non male.
*g Et* pro *ut*, Barcin. *ita & aliquando*, concil. *h Debemus*, concil. & vetus Tarrac.
*i Super eo*, concil. *k Et* pro *vel*, poſterior concil. editio: utrumque deſiderabatur in priore editione.
*l* Hæc in concil. non ſunt. *m* Scribendum, *ad firmam, a nobis*, ut in concil. eſt: *ad firmam*, ideſt locationis titulo, & eſt vulgare Anglorum. Alan. Anglus. *n In præſcriptis*, tres Tarrac. ſed male, *in reſcriptis*.
*o* Vox *ſuis*, in vet. Tarracon. non eſt. *p* Vide cap. 10. & 15. & Tancr. cujus verba habemus cap. 10. hoc tit. in Gregor. *q* Vide cap. 7. *r* T. additur in Barcinon. & in uno Tarracon. hoc eſt *teſtamento*. *Immo*, concil. pro *In novo*. *s Ut eccleſiis illis decimas perſolvant*, concil. *ſolvant*, tres Tarrac.
*t Seminavimus*, Barcinon. & concil. *metimus* pro *metamus*, duo Tarracon. *ſi metimus temporalia*, concil. Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν. Paul. epiſt. 1. ad Corinthios cap. 9. *Si nos*, inquit, *vobis ſpiritalia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos veſtra carnalia metamus?*
*u* Sic etiam in concil. vox *te*, in Barcin. non eſt. *x Chariſſ. fratrem noſtrum defendentes*, concil. quod non æque placet. Alias varias lectiones neglexinus. *y Dolen.* vetus Gregor. *Delen.* alter minus vet. *Dolon.* Cont. & alii. *Idem*, concil. d. parte 13. cap. 4. aliis omiſſis. *Abbatibus* pro *Abbati*, duo Tarracon. *de Loreg.* unus Tarrac. *de La.* alt. *z Tua*, vetus Tarr. *aa De Urſin.* Raim. & Cont. *de Urſitun.* d. p. 13. cap. 4. *de Urſinenſi*, unus ex veter. Gregor. *bb* Hæc uſque ad illa, *di. v.* omiſit Raim. pro quibus in veteribus Gregor. eſt, *& infra.* Contius ea quoque omiſit: ſunt tamen in aliis editis libris: ut editum eſt, in concil.
*cc Diſcr. veſtræ mand. quatenus*, Raim. *diſcretioni veſtræ per A. ſ. monendo conſulimus, & hortamur, quatenus*, concil. *pr. m.* pro *m.* vetus Tarracon. *dd* Hæc omittunt Raim. & Cont. uſque ad vocem *pacifice*, ſunt autem in concil. *ee* Sic etiam concil. *componatis*, Raim. aliis omiſſis uſque ad illa, *nam quando*, vel ut in altero veteri Gregor. eſt, *quia quando*. *ff* Ante hæc verba eſt in concil. *domus veſtræ*, ſed in Gregor. eſt poſt hæc verba, *Abbatiæ veſtri ordinis*. *gg* Sic etiam concil. & Raim. *quod eccleſiæ exinde*, Barcinon. forte vox *eccleſiæ*, ſcribi debet poſt vocem *raræ* in hunc modum: *ita erant raræ eccleſiæ, quod exinde* &c.
*hh* Hæc omittunt Raim. & Cont. *ii De vobis*, Raim. *de confratribus veſtris*, Barc. & duo Tarr. *de confinibus veſtris*, conc. non male. *kk Querimoniam*, unus ex veter. Gregor. *ll* Sic etiam Raim. *deponant*, concil.

## CAPUT X.

*Idem Tarracon. (a) Epiſcopo* (1).

c. 10. eod. EX parte tuæ fraternitatis noveris perveniſſe ad noſtram audientiam, quod albi (*b*) monachi, & nigri, & quidam alii religioſi viri eccleſias tuæ juriſdictionis redditibus decimarum ſpoliare præſumunt, occaſione privilegiorum, quæ ſibi Romana indulſerit (*c*) eccleſia. Sane tuam nolumus latere prudentiam, quod ſanctæ memoriæ prædeceſſores noſtri fere omnibus religioſis decimas laborum (*d*) ſuorum conceſſerant (*e*), ſed bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Hadrianus (*f*) ſolis fratribus Ciſtren. ordinis (*g*), & templariis, & hoſpitalariis decimas laborum ſuorum indulſit (*h*); ceteris autem tantum [*i*], ut de novalibus ſuis, quæ propriis manibus, & ſumptibus (*k*) excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de ortis ſuis decimas non perſolvant, conceſſit (*l*), quem ſuper his imitati ſumus; quia ii, quibus indultæ ſunt decimæ (*m*) de novalibus [*n*] ſuis, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis, hac occaſione decimas de aliis rebus eccleſiæ ſuæ non debent, nec poſſunt (*o*) ſubtrahere, vel ſibi aliquid ulterius vendicare.

## CAPUT XI.

*Idem* (*p*).

c. 11. eod. LIcet de benignitate ſedis Apoſtolicæ ſit vobis indultum, ut de laboribus veſtris (*q*), quos propriis manibus, vel ſumptibus colitis, nemini decimas ſolvere teneamini: propter hoc tamen non eſt vobis licitum cuilibet de terris veſtris decimas (*r*) ſubtrahere, quas traditis aliis excolendas (*s*). Relatum eſt ſiquidem [*t*] auribus noſtris, quod cum terras quaſdam, quas in decimatione dilecti filii noſtri Theſaurarii Senonen. (*u*) habetis, detis ruſticis veſtris [*x*] excolendas; & exinde (*y*) decimas, ſicut debetis, non ſolvitis, nec facitis a ruſticis ipſis exolvi. Quoniam igitur quanto artius vos, & ordinem veſtrum diligimus (*z*), tanto minus vos, & ordinem veſtrum volumus efficere (*aa*), quæ ſunt (*bb*) honeſtati contraria, vel obvia rationi, aut ex quibus privilegiorum noſtrorum (*cc*) tenorem tranſgredi videamini, cum privilegium videatur amittere (*dd*), qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate (*ee*), ſ. v. m. qua. de terris illis, quas in decimatione prædicti Theſaurarii, propriis manibus non excolitis, ſed ruſticis traditis excolendas, decimas vobis uſurpare nullatenus præſumatis, ſed eas in primis eidem Theſaurario faciatis cum integritate [*ff*] perſolvi, ſcituri pro certo, quod ſi præceptum noſtrum contempſeritis, nos ve. f. noſtro Archiepiſcopo Senon. [*gg*] dedimus in mandatis, ut ruſticos, quibus in decimatione præfati (*hh*) theſaurarii terras dederitis excolendas, ad ſolvendum decimas ei [*ii*] Theſaurario ap. ces. diſtricte compellat.

## CAPUT XII.

*Idem* (*kk*).

SAne laborum (*ll*) veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino clericus, ſive laicus a vobis decimas exige- Non ponit. d. p. 13. c. 7.

re

(1) *Archiepiſcopo*, Greg. IX.

*a Terracen. Epiſcopo*, Tarracon. unus. *Tarenti*, alter. *Turon. Archiepiſcopo*, duo alii: *Trecenſi Epiſcopo*, d. parte 13. cap. 5. *Terracon. Archiepiſcopo*, Raimund. & Contius. *b Quod cum albi*, vetus Tarrac.

*c Indulſit*, concil. & Raim. & duo Tarrac. *d Decimas omnium laborum*, unus Tarr.

*e Conceſſerunt*, Barcin. & concil. & unus ex veter. Gregor. *conceſſerant*, Raim. & Cont.

*f* Vide cap. 8. & 15. *g* Sic etiam in conc. *Ciſtercien. ordinis*, Raim. & Cont. *Ciſtrenſis ordinis*, tres Tarr.

*h* Sic etiam in concil. *quos propriis manibus, vel ſumptibus colunt, indulſit*, addit Raimund. poſt vocem *ſuorum*: ea verba ſunt d. cap. 8. in privilegio aliorum Pontificum: *excolunt* pro *colunt*, habet unus ex veter. Greg.

*i Ceteris vero*, Barcin. & duo Tarraconenſes, & concilia, & Raimundus.

*k* Sic etiam concil. *vel* pro *&*, Raimund. & Contius. *l* Sic etiam in concil. *indulſit*, unus ex veterib. Gregor. in aliis utrumque deſideratur. *m Quatenus* pro *quia*, concil. aptius; *quare ii, quibus hoc indultum eſt*, Raimund. & Cont. *n* Hæc uſque ad illa, *hac occaſione*, Raim. & Contius omittunt, ſunt in conciliis.

*o* Sic etiam in concil. *non poſſunt*, Raimund. *p* Sic etiam Raimund. & Cont. *Idem, & fratribus Ramenſis eccleſiæ*, d. parte 13. cap. 6. mendoſe: forte *Abbati, & fratribus Remenſ.*

*q* Sic etiam in concil. vox *veſtris*, a Raim. & Cont. eſt omiſſa. Tancredi verba ſunt: „ Si intelligis de „ templariis, & hoſpitalariis, & Ciſtercien. tunc generaliter eſt verum: ſi de aliis, reſtringe circa ortos, & „ novalia, ut s. e. c. prox. R. huic opinioni conſentiunt Alan. & Jo. Gal. & Hug. ſed Laur. & Vinc. dixe- „ runt contra, ſed ego conſentio primis. T. “ *r Illis*, addit vetus Tarr. *illis* pro *veſtris*, Barc. *cuilibet decimas de terris illis*, conc. & duo Tarr. *decimas de terris veſtris*, Raim. & Cont. *s* Sic etiam Raim. *ad colendum*, conc.

*t* Omnia ea, quæ ſequuntur, a Raim. & Cont. ſunt omiſſa; exſtant in conciliis.

*u Senon.* vetus Tarrac. *Sen.* duo alii Tarrac. *x* Vox *veſtris*, in concil. non eſt.

*y Ei* pro *&*, Barcin. & unus Tarrac. *& ei exinde*, concil. & *deinde*, vetus Tarracon.

*z Quanto artius vivitis*, concil. *aa Et ordinem veſtrum*, Barcin. & vetus Tarrac. non habent: *tanto tardius debetis efficere vos*, concil. *tanto minus volumus efficere vos*, unus Tarracon.

*bb* Hæc in uno Tarrac. non ſunt. *cc Veſtrorum*, concil.

*dd Mereantur amittere*, conc. & unus Tarrac. *Privilegium dignitatis meretur amittere*, Simplicius Papa epiſt. 2. ut refert Grat. diſt. 74. cap. 7. *Privilegium meretur amittere*, Simpl. & Burch. lib. 1. cap. 29. & Ivo parte 5. cap. 140. decreti, & Anſelm. lib. 6. cap. 60. & Innoc. 3. cap. 1. de privileg. collect. 3. *Privilegium omnino meretur amittere*, Anſelm. lib. 4. cap. 3. & Grat. ex regiſtro Gregorii II. q. 3. cap. 63. & 25. q. 2. cap 21. in fine: vox *dignitatis* in tribus veteribus Grat. libris non eſt: vox *omnino* in uno: *itaque omnino*, eſt in altero.

*ee Qui conceſſa ſibi abutuntur poteſtate*, concil. ut editum eſt, Simpl. & Burch. & Ivo, & Anſelm. & Grat. & Innocent. 3. *ff Cum omni integritate*, concil. *gg Sen.* duo Tarrac. *hh Prædicti*, unus Tarrac.

*ii Ad ſolvendum inde decimas eidem*, Barcin. *ad ſolvendas inde aecimas eidem*, concil. *ad perſolvendas inde decimas eidem*, duo Tarrac. *kk Item ex privilegio Alexandri Papæ*, conc. pro *Papæ* eſt *III.* in Barcin. cetera, ut in concil. *Idem* pro *Item*, duo Tarraconenſ. cetera, ut Barcinon. *ll* Invehitur hoc loco Tancr. in compilatorem, cur hoc, & proximo cap. omiſerit mentionem eorum, de quibus loqueretur.

UNED

re præſumat, hoc etiam idem (*a*) ex privilegiis aliis aliorum Romanorum habetur Pontificum (*b*).

## CAPUT XIII.

*Idem* (*c*).

c. 12. eod. AD audientiam noſtram noveritis perveniſſe (*d*), quod quidam veſtrum dilectis [*e*] filiis noſtris fratribus Ciſtrenſis [*f*] ordinis de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus excolunt, decimas exigere, & extorquere conantur: illud privilegium (*g*) cap. (1) Apoſtolicæ ſedis (*h*) prava interpretatione, ac malitioſe (*i*) pervertentes, quo eiſdem fratribus (*k*) indulgetur, ne de laboribus, aut ſumptibus, quos propriis manibus excolunt (*l*), aliquis ab eis decimas exigere audeat (*m*), aſſerunt enim (*n*), quod pro laboribus novalia intelligi debent. Unde quoniam (*o*) fratres præſcripti ordinis benignitate eccleſiaſtica (*p*) fovere volumus [*q*], & ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipſos [*r*] contra juſtitiam moleſtandi quemlibet (*s*), attentius providere (*t*), veſtræ f. per A. s. pr. m. (*u*) qua. a prædictis fratribus [*x*] de laboribus ſuis, quos propriis manibus, aut ſumptibus excolunt, nullatenus decimas exigatis, nec a parochialibus (*y*) veſtris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam ſi de novalibus tantum intelligeremus [*z*], ubi ponimus (*aa*) de laboribus, de novalibus poneremus, ſicut in privilegiis (*bb*) aliorum quorumdam ponimus [*cc*].

## CAPUT XIV.

*Gregorius Papa* [*dd*].

STatuimus, ut monaſteria ex ſuis prædiis nullo modo cogantur ſolvere decimas, quia ſi [*ee*] legitime dandæ ſunt [*ff*] orphanis, & peregrinis [*gg*], indignum eſt, ut ab eis [*hh*] exigantur, qui propter eum, cujus ſunt decimæ, pauperes efficiuntur. Nam ſi pauperes domini ſunt hereditas ejus (*ii*), pauperum hereditas (*kk*) pauperibus eſt eroganda (*ll*), illis videlicet, qui pro timore illius (*mm*), quæ poſſidere poterant, dimittunt, eumque nudi ſequentes, poteſtati alterius ſe ſubdunt [*nn*]. Non ponitur. d.p.13. c.9.

## CAPUT XV.

*Hadrianus* [*oo*].

NObis in eminenti ſpecula, diſponente domino, conſtitutis, ſi cunctarum (*pp*) jura eccleſiarum integra non debeant illibata ſervari [*qq*], locum beati Petri Apoſtolorum Principis inutiliter obtinere, & juxta nobis commiſſæ diſpenſationis officium negligenter agere videmur [*rr*]. Sic enim eccleſia Dei [*ſſ*] nobis eam [*tt*] divina gratia providente gubernantibus recto ſuo curſu dirigitur (*uu*), dum nos & errata quæque vigili (*xx*) proviſione corrigere, & unicuique ſtudemus jus proprium (*yy*) ſervare. Dilecti filii noſtri Proregalenſis (*zz*) ec- Non ponitur. d.p.13. c.13.



[1] *Privilegii capitulum*, Greg. IX.

*a* Sic etiam in concil. hæc verba magis collectoris eſſe videntur, quam Pontificis: mutanda igitur eſt punctorum ratio. *b* Vox *habetur*, in concil. deſideratur.
*c* Sic etiam Raimund. & Cont. *Conventren. Epiſcopo*, *&* *officialibus ejus*, d. parte 13. capite 8.
*d* Recte Contius addidit a Raimundo prætermiſſa, quæ ſunt etiam in conciliis.
*e* *Veſtrum a dilectis*, Barcin. & Contius, & tres Tarrac. *veſtratium a dilectis*, concil.
*f* *Fratribus Ciſtercien.* Cont. *Abbate*, *&* *fratribus de Pipennella*, *qui ſunt Ciſtrenſis*, concil. ſed in marg. *Pipevvella*, & *Ciſtertien.* *g* *Illud autem privilegii capitulum*, Barcin. vox *autem*, non eſt in concil. neque in Gregor. neque in tribus Tarracon. cetera, ut in Barcin. *privilegii cap.* vetus Tarraconenſis.
*h* *Sedis*, *Apoſt.* concil. hæc omittunt Raim. & Cont. *i* *Malitioſa*, Barcin. *malitioſe*, concil. *prava quadam interpretatione*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *quidam* pro *quadam*, Cont. & alii.
*k* Sic etiam in concil. *quod* pro *quo*, duo Tarrac. & Barcin. *quod Ciſtercien.* veteres Gregoriani: *quo* pro *quod*, Contius, & alii. *l* Rectius in Gregor. eſt, *quos propriis manibus*, *aut ſumptibus excolunt. Et* pro *aut*, in concil. cetera, ut in Gregor.
*m* Sic etiam in concil. *exigat*, Raimund. *exigere non audeat*, prior editio concil.
*n* Vox *enim* a Raim. eſt omiſſa, exſtat in concil. *o* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ in concil. etiam ſunt: *Verum* pro *Unde*, concil. & Contius, & duo Tarraconenſes.
*p* *Apoſtolica*, pro *eccleſiaſtica*, Barcin. & concil, & Contius aptius & tres Tarraconenſes.
*q* *Debemus*, pro *volumus*, concil. *fovere debemus*, *&* *volumus*, Contius plenius.
*r* Sic etiam in conciliis: *vel eos*, Contius. *s* *Curantes*, Barcin. addit: *quamlibet* pro *quemlibet*, Contius: *quantumlibet moleſtandi*, concil. *t* Sic etiam in concil. *volentes*, Contius addit.
*u* *Tuæ venerabilitati* &c. concil. (*f. v.*) *mandamus*, Cont. *f. v.* &c. duo Tarraconenſes.
*x* *Præſcriptis* pro *prædictis*, concil. pro his verbis uſque ad illa, *Nam* ſi, ſcribunt Raim. & Cont. *non permittatis hoc fieri: non permittas*, unus ex veteribus Gregorianis. *y* *A parochianis*, concil.
*z* *Nam ſi tantum de novalibus intelleximus*, concil. *Nam ſi intelligeremus tantummodo de novalibus*, Raim.
*aa* *Ubi poſuimus*, unus ex veter. Gregor. & duo Tarr. *bb* Hæc clauſula a Raimundo & Contio eſt omiſſa, exſtat in conciliis. *cc* *Quorundam aliorum præſumimus*, concil. *poſuimus*, forte ſcribendum; *quorumdam aliorum ponimus*, unus Tarrac. *dd* *Item Gregorius*, concil. Nondum inveni, cujus Gregorii ſit hoc caput. *Eug. Papa*, unus Tarr. *ee* *Quæ ſi*, unus Tarr. *ff* *Sint*, duo Tarr. *gg* *Dandæ ſunt*, conc. addunt. *hh* *Eſt enim*, *ut a clericis*, conc. *ii* Hæc in conc. non ſunt. *kk* *Pauperum enim hereditas*, vetus Tarr. olim, ſed mox omnia deleta ſunt, omiſſa quoque omnia ſunt in aliis duobus Tarrac. *ll* *Pauperibus ejus eroganda eſt*, concil.
*mm* *Propter amorem illius*, concil. non male; *pro amore ejus*, duo Tarracon.
*nn* *Se ſubmittunt*, concil. *oo* *Papa*, additur in Barcin. *Item Hadrianus Papa*, concil.
*pp* Sic etiam in concil. ſed notatur alia ſcriptura, *ſi cuncta*, quæ non æque placet.
*qq* *Illibataque* pro *illibata*, Barc. & tres Tarrac. *integre non debeant*, *&* *illibata ſervari*, concil.
*rr* *Videremur*, duo Tarrac. aptius. *ſſ* *Eccleſiæ Dei*, concil. quod non placet.
*tt* *Nobis cum*, conc. *uu* *Diriguntur*, concil. *recte* pro *recto*, Barcin. & duo Tarracon. ſed in altero *recto*, prius fuerat. *xx* *Quam vigili*, concil. *yy* Sic etiam in marg. concil. *jus ſuum*, in contextu ſcripturæ.
*zz* *Portariolenſis*, Barc. *Partonolen.* conc. *Parconolen.* in marg. *Portoriolen.* unus Tarr. *Portuoriolen.* alter.

eccleſiæ canonici (*a*) adverſum vos quæſtione depoſita nobis relatione ſua demonſtraverunt (*b*), vos quaſdam decimationes ad ſuum jus pertinentes violenter auferre, & ipſos fratres eiſdem (*c*) decimationibus auſu temerario infeſtare. Quod ſi [*d*] beati Benedicti regulam, juxta quam vivitis, & monachalem (*e*) habitum, quem geſtatis (*f*) attenta ſollicitudine penſaretis, ad proximorum bona diripienda non præſumeretis manum extendere, vel quæ alterius juris ſunt, vobis illicite uſurpare [*g*]. Ne igitur vos de cetero, aut avaritiæ malum, aut vitium, quod abſit, rapacitatis accuſet, per A. s. pr. m. [*h*] qua. nullam eorum antiquam poſſeſſionem, vel decimationem [*i*], & eam præſertim, quam eo loco (*k*), qui Inatien. (1) nuncupatur, exiſtit, auferre, ſeu perturbare (*l*) præſumatis, & ſi quid (*m*) eis præter ſolitum hoc anno de ipſis decimis negaſtis, quaſcumque etiam poſſeſſiones (*n*) per violentiam detinetis, ſecundum quod antiquitus præfata eccleſia noſcitur poſſediſſe, eiſdem canonicis (*o*) in integrum omni occaſione ceſſante nullatenus reſtituere differatis. Nos ſiquidem (*p*) religioſis viris non alias decimas, niſi eas, quæ de novalibus provenire noſcuntur, duximus indulgendas. Si vero hujus mandati auſi fueritis exiſtere contemptores, & ad Apoſtolicæ ſedis audientiam (*q*) querimonia pervenerit iterata, timendum vobis erit, ne ſentire debeatis ſeveritatis eccleſiaſticæ (*r*) ultionem.

## CAPUT XVI.

*Idem monachis de Aſtino* (*s*).

Non ponit. PResbyteri de Lavare (*t*) tranſmiſſa nuper ad nos conqueſtione (*u*) pervenit, vos partem cujuſdam decimæ, quæ ipſum juſte contingit, occaſione conſtitutionis Apoſtolicæ detinere, cum religioſis viris decimas novalium tantum ſedes Apoſtolica ſtatuerit indulgendas. Unde quoniam nos occaſione hac nolumus eccleſias veterum decimarum (*x*) ſuſtinere diſpendium, per præſentia vobis ſcripta m. qua. (*y*) ſi querella ejus (*z*) nititur veritate, partem ejuſdem (*aa*) decimationis, quæ ſibi debetur (*bb*), eidem integre (*cc*) perſolvatis, & non præſumatis eam ſub obtentu conſtitutionis (*dd*) Apoſtolicæ detinere.

## CAPUT XVII.

*Idem Wigor. Epiſcopo, & Herſor. Epiſcopo* (*ee*).

EX multiplici quæſtione Willelmi presbyteri de Cretona accepimus (*ff*), quod cum eccleſiam de Cretona (*gg*) xxx. annis, & eo amplius pacifice poſſediſſet (*hh*), monachi de Brueria [*ii*] decimas univerſas, quas de terris cultis eadem eccleſia a prima fundatione ſui ſemper percipere conſuevit, in hoc quadriennio (*kk*) ſibi, & eccleſiæ penitus ſubtraxerunt (*ll*), cum inter abbatem de Breveria W. nomine (*mm*) de conſenſu totius conventus, & prædictum presbyterum xx. annis, & eo amplius elapſis [*nn*], talis interceſſiſſe dicatur (*oo*) conventio, ſcripto monachorum authentico roborata, quod monachi prædicto presbytero, & eccleſiæ ſuæ (*pp*) in integrum (*qq*) de blado, & univerſis leguminibus (*rr*), quamdiu viveret, deberent perſolvere decimas (*ſſ*), exceptis minutis (*tt*) decimis, quas idem presbyter ob exaltationem eccle- cap. 3. eod.

[1] *Matien.* conc.

*a* Hæc vox in concil. deſideratur. *b Monſtraverunt*, duo Tarracon.

*c Ipſos ſuper eis*, Barcin. ut editum eſt, in concil. *ſuper* pro *fratres*, unus Tarrac. *ejus* pro *eis*, alter.

*d Quia ſi*, concil. prior. edit. *qui ſi*, poſter. & duo Tarrac. *e Monaſticum*, Barcin. *monachicum*, concil. & duo Tarracon. *f* Vox *quem* in concil. deſideratur: *quem habetis*, vetus Tarracon.

*g* Sic etiam in concil. *illicite ita uſurpare*, concil. *ita illicite uſurpare*, vetus Tarrac. ſed olim vox *ita* omiſſa fuerat.

*h Vobis mandamus*, concil. *i Decimationes*, duo Tarrac. *k Quæ in illo loco præſertim, qui Macien. appellatur, exiſtit*, concil. *Macien.* quoque eſt in Barcin. cetera, ut edita ſunt: *quæ* pro *quam*, duo Tarracon. *Matien.* unus, *Macien.* duo. *l Seu protrahere*, concil. *m Et ſi quas*, concil. *& ſi quod*, unus Tarrac.

*n Quaſque etiam*, duo Tarracon. alia voce omiſſa. *o Eis*, concil.

*p* Hanc fuiſſe Hadriani interpretationem dicitur ſupra cap. 8. & 10. refertur eadem opinio ſine nomine auctoris apud Gratianum 25. q. 2. cap. ult. in fine: vide etiam cap. 16. hoc tit.

*q Ad ſedem Apoſtolicam*, concil. *r Eccleſiæ*, vetus Tarraconenſis.

*s De Caſtano*, Barcin. *de Auxinio*, vetus Tarracon. *t Lavaren.* unus Tarracon. *Levate*, Barcin.

*u Conqueſtio*, Barcin. & duo Tarracon. non male. *x Decimationum*, duo Tarracon.

*y Or. qua.* duo Tarrac. pro *hortamur*, *quat.* non recte. *z Hujuſmodi* pro *ejus*, duo Tarrac.

*aa Ejus*, unus Tarracon. *bb Quam debetis*, unus Tarracon. *quam debes*, alter.

*cc Eidem eccleſiæ integre*, duo Tarracon. *dd Sedis*, addunt duo Tarrac. ſine cauſa.

*ee Idem Wigor. & Hererorden. Epiſcopis*, Barcin. & tres Tarrac. *Vuigorn.* pro *Wigor.* d. parte 13. cap. 11. cetera ut Barcin. *Hadrianus Vig. & Herford. Epiſcopis*, vetus Gregor. *Vigoren. & Herfor.* Cont. & alii. Exiſtimo autem hunc fuiſſe Hadrianum IV. qui proximus fuit ante Alexandrum III.

*ff Conqueſtione*, Barcin. & duo Tarrac. pro *quæſtione*, aptius; *conqueſtione W. presbyteri de Tritona accepimus*, concil. *conqueſtione accepimus W. presbyteri*, vetus Gregor. *conqueſtione V. presbyteri accepimus*, Cont. & alii. *G.* pro *V.* alter minus vetus Gregor. cetera ut Cont. *Tertona* pro *Cretona*, vetus Tarrac. *Certona*, alter.

*gg Tertona*, vet. Tarrac. *Certona*, alter: *quod cum in eccleſia de Tritona* &c. concil. *eccleſiam* pro *in eccleſia*, in marg. hæc omittunt Raimund. & Cont. uſque ad illa, *cum inter Abbatem*.

*hh Miniſtraſſet*, conc. omiſſa voce *pacifice*, in marg. *poſſediſſet*. *ii De Beria*, concil. *de Bueria*, in marg.

*kk In hoc quadriennium*, Barcinon. *infra hoc quadriennium*, concil. & tres Tarracon.

*ll* Vox *penitus*, in concil. non eſt. *mm Brueria*, pro *Breveria*, Barcin. & duo Tarrac. ut ſupra: *de Bueria W. nomine*, concil. *de Brudeia*, Raim. aliis omiſſis: *de Brundaria* unus ex veter. Greg. *de Breviana*, vet. Tarr.

*nn Quindecim*, pro *XX.* concil. omnia a Raim. & Contio ſunt omiſſa: *XXX.* vetus Tarracon. ſed olim, ut editum eſt. *oo Interveniſſe dicatur*, concil. *interceſſerit*, Contius.

*pp Jam dicto*, vetus Tarrac. *jam dictæ eccleſiæ*, duo alii Tarraconenſes.

*qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *rr Decimas*, addit unus Tarracon.

*ſſ* Vox *decimas*, neque in conciliis eſt, neque in tribus Tarrac. neque in Barcin. *decimas perſolverent*, Raim.

*tt Quibuſdam*, addit unus Tarracon.

eccleſiæ monachorum (*a*) quietas clamavit (*b*). Cumque conventio (*c*) temporibus trium Abbatum præſcripti loci ſervata fuiſſet, Abbas illius loci (*d*) ad præſentiam noſtram accedens (*e*), a nobis privilegium (*f*) obtinuit, in quo monaſterio ſuo [*g*] indultum eſt, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus excolit (*h*), nulli decimas ſolvere teneretur [*i*]. Qui ſiquidem reverſus (*k*) ad propria, tantam apud H. (*l*) Regem Illuſtrem Angliæ gratiam, & favorem invenit, quod Rex totam terram illius villeæ (*m*), in qua eccleſia præfati presbyteri ſita eſt, monaſterio ipſius in perpetuam eleemoſynam contulit. Quo facto prædictus Abbas univerſis ipſius villæ (*n*) colonis expulſis, totam terram prædictæ parochiæ excolens propriis ſumptibus eccleſiæ debitos redditus ſubtraxit. Unde quia non fuit noſtræ intentionis per privilegium (*o*) noſtrum prædictæ (*p*) conventioni derogari [*q*]: f. v. per A. s. m. atque pr. (*r*) qua. utraque parte apud vos [*s*] convocata, rei veritatem plenius (*t*) inquiratis, & ſi inter prædeceſſorem memorati Abbatis, & prænominatum presbyterum conſenſu monachorum talis conventio facta fuerit (*u*), & per annum ſervata, eundem Abbatem, & monachos auctoritate noſtra moneatis, & diſtrictius (*x*) compellatis, ut eandem conventionem, vel compoſitionem (*y*) non obſtante privilegio, niſi, quod non credimus (*z*), de tranſactione ipſa in eodem privilegio contineatur (*aa*), oc. & ap. ces. (*bb*) inviolabiliter teneant, & obſervent, vel exinde pacifice conveniant (*cc*) & ſecundum (*dd*) formam compoſitionis redditus ipſi ſolvant [*ee*].

## CAPUT XVIII.

*Idem B. Cant. Archiepiſcopo* (*ff*).

Commiſſum nobis a Deo (*gg*) diſpenſationis officium admonet (*hh*) multipliciter, & hortatur (*ii*), ut univerſis Chriſti fidelibus vel eccleſiis (*kk*) debeamus utiliter providere, atque integra illis jura ſua (*ll*) nos oportet, atque illibata ſervare (*mm*). Pervenit ad nos (*nn*), quod monachi de Boxle (*oo*) Sanctæ Mariæ in parochia, cujus [*pp*] commorantur, decimas ex integro non perſolvunt (*qq*), & eas reddere contradicunt (*rr*). Ea propter f. t. [*ſſ*] per A. s. pr. m. qua. prædictos monachos, ut ipſas (*tt*) decimas etiam de ipſis cultis [*uu*], in quibus olim domus conſtructæ fuerant, præfatæ eccleſiæ cum ea integritate (*xx*) perſolvant, quas prius quam [*yy*] in eadem eccleſia [zz] morarentur ſolebant perſolvi (*aaa*); ſine ap. ob. noſtra auctoritate cum omni diſtrictione (*bbb*), ſicut olim etiam de paſcuis c. 4. eod.

*a* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conciliis: *ab exaltatione* &c. Tarrac. vetus.

*b* Sic etiam in concil. & in veteribus Gregor. *quittas clamavit*, Cont. & alii mendoſe; vox *clamavit* ex plebejo Italorum uſu uſurpata eſt: *vel donavit*, additur in uno Tarrac.

*c* Hæc uſque ad illa, *Abbas illius loci*, omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*d* Sic etiam in concil. *idem Abbas*, Raim. *e* Hæc etiam omittuntur in Gregor. ſunt in concil.

*f* Sic etiam Raim. *ſcriptum privilegium*, concil. *g Veſtro* pro *ſuo*, unus Tarrac.

*h Et ſumptibus excolit*, concil. *aut ſumptibus excolunt*, Raimund. *colitis* pro *excolit* olim unus Tarracon. *excolitis*, duo Tarracon. *i Solvere teneatur*, concil. *ſolvere tenerentur*, Raim. & Cont. *teneretur ſolvere*, duo Tarracon. *tenetur ſolvere*, tertius. *k* Recte Contius addidit a Raim. omiſſa, quæ exſtant etiam in concil.

*l* Sic etiam Cont. *adverſus H.* concil. *m* Sic etiam in concil. *ipſius villæ*, Cont. *iſtius villæ*, vetus Tarr.

*n Illius villæ*, concil. & Cont. *o* Sic etiam Raim. *per prædictum privilegium*, concil.

*p Præſcriptæ*, duo Tarracon. *q Derogare*, concil. & Raim. *r Pr. m. atq. præcipimus*, duo Tarracon. *&* pro *atq.* tertius. *s* Hæc uſque ad illa, *Abbatem*, *& monachos* omittunt Raimund. & Cont. *ante* pro *apud* concil. & duo Tarrac. *t Diligentius*, concil. *u* Vox *facta* in concil. non eſt.

*x Diſtricte*, concil. omnia in Gregor. omittuntur: *commoneatis*, duo Tarracon.

*y Et compactionem*, concil. omittuntur a Raim. & Contio, & in uno Tarracon. *&* pro *vel*, alter Tarrac.

z Hæc etiam in eiſdem Gregor. ſunt omiſſa: exſtant in concil. *aa Illa* pro *ipſa*, concil. *de ipſa contineatur in eo*, Raim. & Cont. *in eodem privilegio*, unus ex veter. Gregor. *bb Occaſione*, *& appellatione ceſſante*, concil. hæc omittunt Raim. & Cont. quamvis alio loco ſcribant, *appellatione poſtpoſita compellatis.*

*cc* Sic etiam vetus Gregor. *pacifice ſecum conveniant*, concil. *ſecum pacifice conveniant*, Cont. & alii, & duo Tarracon. *dd* Hæc in Gregorianis deſiderantur, ſunt in concil. *ee Ipſi ex integro perſolvant*, Barcin. *ipſius integre perſolvant*, concil. *ipſius ſolvantur*, unus Tarrac. *ipſius ſolvant*, alter, in quo olim, ut editum eſt.

*ff Thomæ* pro *B.* Barcin. & unus Tarracon. *Thomæ Cantuar.* d. parte 13. cap. 12. & Raim. *B. Thomæ* unus ex veter. Gregor. *beato Thomæ*, unus Tarrac. quod placet: ut ſignificetur Beatus Thomas, in Divos relatus ab Alex. 3. *gg* Recte Cont. addidit a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. *Domino* tamen pro *Deo*, eſt in concil. *Commiſſum nobis*, *& infra*, vetus Gregor. *Commiſſum eſt nobis*, Cont. & alii, non recte: vox *nobis* in vet. Tarrac. aliquando deſiderabatur. *hh Admonet nos*, Barcinon. *nos admonet*, concil. ut editum eſt, Cont. *ii* Sic etiam in conc. *& exhortatur*, Cont. *kk* Hæc in concil. non ſunt: *&* pro *vel*, Cont. non male.

*ll* Vox *illis* omittitur in Barcinon. & in duobus Tarracon. & Contiano; *atque jura ſua integra*, concil. *ut jura ſua cuique integra*, *& illibata conſerventur*, unus Tarrac. *mm* Sic etiam in concil. *conſervare* pro *ſervare*, Barcinon. & Contius, & unus Tarrac. *nn* Sic etiam Raim. *Pervenit quidem ad nos*, concil.

*oo Eccleſiæ*, Barcin. & duo Tarracon. & concilia addunt: *de Bolle eccleſiæ*, vetus Gregor. *Toll.* pro *Bolle*, alter minus vetus: *Boſſæ* pro *Bolle*, Cont. & alii; *Boxiæ*, unus Tarracon. *iſti ſunt Ciſtrenſes*, addit Alanus in ſcholiis. *pp* Malo, *in cujus parochia*, ut in conc. & in Gregor. & in uno Tarracon.

*qq* Sic etiam Raim. *non perſolvant*, concil. *non perſolverunt*, duo Tarrac. *non perſolverint*, tertius.

*rr* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *ſſ Ea propter fraternitati tuæ* &c. *quatenus prædictos monachos*, *ut ipſas decimas*, concil. & in marg. poſt vocem *monachos*, *forte* Cogas, *aut* Compellas. *Ea propter mand. quatenus eos*, *ut decimas*, Raimund. & Cont. *f. v.* duo Tarracon.

*tt Ad ſolvendas*, duo Tarrac. *uu Et* pro *etiam* concil. *de terris cultis*, Raim. *culturis* pro *cultis*, duo Tarr.

*xx* Sic etiam Raimund. vox *ea* in concil. deſideratur, & in uno ex veter. Gregor. vox *cum* in uno Tarrac. non eſt. *yy* Sic etiam Raimund. *quoniam* pro *qua*, in concil.

zz Sic etiam concil. *eadem parochia*, Raim. vox *eadem* in uno Tarracon. non eſt.

*aaa* Sic etiam concil. *compellas*, addit Raim. *bbb Compellas*, addunt duo Tarrac. *ſi non appellatione ceſſante*,

aucto-

ſcuis [a] ſolvebantur decimæ [b], ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus abſque deminutione perſolvi.

CAPUT XIX.

*Idem Monachis de Sancto Lau.* (c)

Non ponitur. d.p.13. c.13.

SIcut vobis veſtra jura integra vultis, illibataque ſervari, ſic & aliis juſtitiam ſuam ſubtrahere nequaquam debetis. Audivimus autem, quod decimas eccleſiæ de Colligran (*d*) cum ea, in qua ſolvi debebant, integritate, antequam fundus (*e*) ad veſtrum dominium perveniret, non ſolvitis. Unde (*f*) quoniam indecens, & inhoneſtum vobis valde exiſtit, ut aliis damna præſumatis inferre (*g*), quæ vobis nullatenus irrogari velletis (*h*): univerſitati veſtræ per A. s. pr. m. & m. pr. [*i*] qua. prædictas decimas memoratæ eccleſiæ ſine deminutione aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitus (*k*) ſolvi ſolebant, ſolvere non differatis (*l*); quia nobis grave plurimum exiſteret, ſi ſuper hoc ulterius ad nos querimonia deferretur. Verum tamen, ſiquid juris ibi vos (*m*) habere confiditis, in præſentia ven. fr. * Wi. (*n*) Epiſcopi, & dilecti filii noſtri Decani * Conſtren. (*o*) oc. & ap. remota (*p*), ordine judiciario experiamini, quod ipſi (*q*) inter vos, & partem alteram duxerint ſtatuendum, firmiter ſuſcepturi, & inviolabiliter ſervaturi.

* *Noſtri Wigornienſis*, Cujac.
* *Ciceſtrenſ.* Cujac.

CAPUT XX.

*Idem* (r).

Non ponitur. d.p.13. c.14.

UT nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ ſecundum ſtatuta canonum ad Epiſcopos pertinent, detineat ſine auctoritate Rom. Pont. ſeu Epiſcopi, in cujus diœceſi habitat, Apoſtolica auctoritate firmamus.

CAPUT XXI.

*Joannes Papa* (s).

Non ponitur. d.p.13. c.15.

CErtam habemus prædeceſſorum (*t*) conſtitutionem, & rationem, nihil in hoc mundo habentibus decimas, & oblationes vivorum, & mortuorum convenire [*u*], qui ſpontaneam eligentes paupertatem, in monaſterio ſuo degere volunt ſub imperio, in quibus Chriſtus alitur, & nutritur (*x*).

CAPUT XXII.

*Alexander III. Lundon. & Wig. Epiſcopis.*

Non ponitur.

DEferente [*y*] magiſtro N. (*z*) latore præſentium nobis innotuit, quod hoſpitalarii de A. (*aa*) decimas de nutrimentis animalium ſuorum, & decimas quarundam terrarum, quæ ad jus ejuſdem eccleſiæ ſpectare noſcuntur, ſolvere contradicunt, & injuſte detinere præſumunt. Inde eſt, quod præcipiendo m. (*bb*) qua. prædictos hoſpitalarios inducatis, ut præſcriptas decimas tam majores, quam minores, aut earum æſtimationem, memorato N. (*cc*) ſine deminutione reſtituant, & de ſolvendis (*dd*) nullam inferant moleſtiam, aut in præſentia veſtra ap. re. exhibeant juſtitiæ complementum, nullo munimento juri N. [*ee*] præjudicium faciente. Quod ſi ad admonitionem (*ff*) veſtram neutrum horum adimplere voluerint, ipſos ad alterum efficiendum eccleſiaſtica diſtrictione compellatis.

CAPUT XXIII.

*Ex concilio Lateran.* [*gg*] *pars c. Præterea* (*hh*).

c. 19. eod.

PRohibemus inſuper (*ii*), ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes (*kk*), in alios laicos poſſint [*ll*] aliquo modo transferre. Si quis vero receperit (*mm*), & eccleſiæ non reddiderit (*nn*), Chriſtiana ſepultura privetur (*oo*).

CA-

*auctoritate noſtra, cum omni diſtrictione*, concil. omittunt hæc Raimund. & Contius.

*a* Vox *etiam* in concil. non eſt: *& ſicut etiam de paſcuis olim*, Raim. & Cont. & duo Tarrac. excepta voce *&*.

*b* Sic etiam concil. *decimæ ſolvebantur*, veteres Gregor. *decimæ perſolvebantur*, Cont. & alii.

*c Laurentio*, Barcinon. & concil. & duo Tarrac. *d De Colingham*, concil. *de Collinghan*, Barcinon. *de Callebran*, vet. Tarrac. *de Collabran*, alter. *e Quando fundus*, concil. *f Verum*, concil.

*g Inferre præſumatis*, concil. *irrogare*, in marg. *h Inferri velletis*, concil.

*i Et mandando pr.* Barcin. apertius, omnia in concil. deſiderantur: *& m. præcipimus*, unus Tarrac.

*k* Sic etiam in concil. vox *in* non eſt in Barcin. *l* „ Monachis nigris loquitur ", Alan.

*m* Vox *ibi* in duobus Tarrac. non eſt. *n Ven. fratris noſtri Wi.* Barcin. *fratris noſtri Vuigornienſis*, concil. omiſſa voce *ven. Willelmi* pro *Wi.* Tarrac. unus: *venerabilis fratris W.* duo alii Tarrac.

*o Cyſtren.* Barcin. *Ciceſtrenſis*, concil. *Ciſtrenſis*, *nec non & Wigor. Epiſcopi*, unus Tarrac.

*p Occaſione, & appellatione ceſſante*, concil. *omni ap. re.* duo Tarracon.

*q Et quod ipſi*, concil. prioris editionis: vox *&* deſideratur in poſteriore.

*r Item Gregorius*, Barcinon. & concil. forte *Greg.* 7. vel 8. *Idem Greg.* duo Tarracon.

*s Item Joannes Papa*, Barc. & concil. & unus Tarrac. *t Noſtrorum*, additur in conc. & in uno Tarrac.

*u Alias non convenire*, prior editio concil. vox *non* omiſſa eſt in poſteriore concil. editione.

*x Et veſtitur*, Barcin. & concil. & tres Tarrac. *y Referente*, Barcin. & tres Tarrac.

*z H.* unus Tarr. *aa De Hardewic.* Barc. *de Bard.* vet. Tarr. *de Bardewic.* alii duo Tarrac.

*bb F. v. pr. m.* Barcin. non male: *pro fraternitati veſtræ præſentibus mandamus*, ſive *præcipiendo mandamus*; *vobis præ. m.* duo Tarrac. *cc H.* unus Tarrac. *dd De perſolvendis*, Barcin. & tres Tarrac.

*ee Præſcripto N.* Barcin. *V.* pro *N.* vet. Tarrac. *juri ejuſdem H.* alter Tarracon.

*ff Ad monitionem*, unus Tarrac. *gg* Sic etiam Raim. & Cont. addendum *cap.* 14. ex conciliis, ſed in hiſtoria Anglica Gul. Neubrigen. eſt *pars c.* 7. *hh P. c.* PRÆTEREA. Cont. qui addit in marg. *ex* 2. *compil.* non recte. Integra clauſula exſtat cap. 5. de jure patronatus in hac collect. & in concil. quamvis apud Gul. illud cap. 5. ſit cap. 6. ejus concilii, hoc vero caput ſit pars cap. 7. cujus initium eſt, *Sane quia laici:* ejus integra clauſula exſtat ſub tit. de foro competenti cap. 6. in hac collectione: poſt ejus capitis ſexti verba ſequuntur hæc, de quibus agimus. *ii* Sic etiam Gul. *Prohibemus etiam*, concil. *Prohibemus*, Raim. & Cont. altera voce omiſſa. *kk* Sic etiam Gul. & Raim. *retinentes*, conc. *ll Uſus* pro *alios*, unus Tarrac. *poſſunt* pro *poſſint*, olim in eodem fuit. *mm* Sic etiam conc. & Raim. *Si vero receperint*, Gul. *Si aliquis* pro *Si quis*, unus ex veter. Gregor. *nn* Sic etiam Raim. *non reddiderint*, Gul. *non tradiderit*, concil.

*oo* Sic etiam concil. & Raim. *priventur*, Gul.

## CAPUT XXIV.

*Alex. III. Toletano Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis* (*a*).

Non ponitur. VOta, quæ ad honeſtatem reſpiciunt, & ad ſalutem pertinent animarum, quadam manu ſollicitudinis advocare (*b*) tenemur, & efficaciter promovere. Ad nos ſiquidem pervenit, quod per parochias veſtras laici minorum villarum, quæ Aldeæ * vocantur, juſtas, & laudabiles antiquorum patrum conſuetudines præſumptuoſe dantes in conſuetudinem poſtpoſitis eccleſiis, in quibus eccleſiaſtica ſacramenta ex integro [*c*] percipiunt, ad eccleſias majorum villarum quidam ſpontanei, quidam a laicis majorum villarum coacti, dimidiam partem decimarum ſuarum perſolvere conſueverunt. Unde [*d*] quoniam tantæ (*e*) iniquitatis exceſſum non debemus relinquere incorrectum (*f*): f. v. per A. s. pr. m. (*g*) qua præfatos laicos omni [*h*] ſtudio moneatis, & inducatis, ut eccleſiis (*i*) ſuis, in quibus miſſas audiunt, & baptiſmum (*k*) & cetera eccleſiaſtica frequentius ſacramenta percipiunt, decimas ſuas ex integro perſolvant, ut juxta conſiderationem veſtram perſoluta diſtribuantur. Si autem ad hoc diſcordes extiterint, & contumaciter inſtituta veſtra (*l*) neglexerint, auctoritate noſtra, eccleſiaſtica cenſura re. ap. ob. eos percellatis (*m*), quatenus ſententia divina maneant innodati, quouſque conſentiant, & ſtatuta (*n*) noſtra firmiter obſervent. Quæ vero de decimis a laicis ipſis eccleſiis [*o*] perſolutis [*p*], & contradictoribus puniendis a nobis ſtatuta ſunt, f. v. pr. man. ut (*q*) per parochias veſtras irrefragabiliter faciatis obſervari.

* *Villas Hiſpani vocant Aldeas.* Notat Cujac.

## CAPUT XXV.

*Idem Brixien. Epiſcopo* [*r*].

c. 13. eod. QUoniam a nobis tua ſollicitudo requirit [*s*], quid de decimis novalium tuæ diœceſis tibi ſit ſtatuendum (*t*): t. ſignificatione præſentium (*u*) reſpondemus: ut ſi terræ illæ, quæ arabiles ſunt (*x*), intra certam alicujus eccleſiæ (*y*) parochiam fuerint, ut decimas earum (*z*) tua parte retenta [*aa*], eidem eccleſiæ facias aſſignari. Alioquin ipſas (*bb*) alii eccleſiæ ſecundum diſcretionem a Deo tibi datam (*cc*) poteris deputare, vel ad opus tuum tenere [*dd*]: ita quidem, quod [*ee*] ſiquis in his (*ff*) contraire præſumpſerit, tu eum eccleſiaſtica cenſura uſque ad dignam ſatisfactionem percellas. Sententias vero [*gg*] ſuper decimis (*hh*) a Conſulibus [*ii*] datas, præſertim cum ſanctorum patrum inſtitutionibus obvient, irritas eſſe decernas, & eas omni contr. (*kk*) & ap. poſtp. [*ll*] revoces (*mm*). Quod ſi laicus aliquis a ſacerdotibus, vel clericis [*nn*] decimas de laboribus ſuis in tua diœceſi requiſiverit, eum ab (*oo*) exactione hujuſmodi prorſus ceſſare compellas [*pp*], & laicos illos, qui a colonis tertiam, vel quartam partem laborum ſuorum ante ſolutionem decimarum recipiunt, decimam de portione ſua, ſecundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exolvere conſueverit (*qq*), abſque deminutione aliqua iis, quibus jure debentur (*rr*), facias exhibere.

## CAPUT XXVI.

*Idem Remenſi Epiſcopo* (*ſſ*), *pars c. De diacono* (*tt*).

PArochianos vero tuos (*uu*) ad ſolvendas decimas eccleſiis, quibus eas debent, eccleſiaſtica debes ſeveritate compellere; quia cum (*xx*) decimæ non ab homine [*yy*], ſed ab ipſo Domino (*zz*) ſint inſtitutæ [*aaa*], quaſi debitum exigi poſſunt. c. 14. eod.

CA-

*a* *Suffraganeis*, Tarracon. unus.
*b* Hæc videntur eſſe mendoſa: ſunt in quattuor Tarrac. & uno Barcin. *c* *Integre*, duo Tarrac.
*d* *Verum*, duo Tarrac. *e* *Tantum*, vetus Tarrac. olim. *f* *Incorreptum relinquere*, duo Tarrac.
*g* *Et m. pr.* unus Tarracon. addit. *h* *Laicos cum omni*, unus Tarracon.
*i* *Ut in eccleſiis*, Barcin. & duo Tarrac. & varia lectio tertii Tarrac. *k* *Ac baptiſmata*, duo Tarrac.
*l* *Conſtituta noſtra contumaciter*, unus Tarrac. *inſtituta* pro *conſtituta*, alter Tarracon.
*m* *Eos compellatis*, duo Tarrac. *n* *Et conſtituta*, unus Tarrac. *o* *In propriis eccleſiis*, Barcin. & duo Tarr. *in ipſis eccleſiis*, tertius. *p* *Perſolvendis*, unus Tarrac. *q* *Per A. ſ. pr. m. quæ.* unus Tarrac. *qua*, pro *ut*, alter Tarrac. *r* Sic etiam parte 50. cap. 40. in concil. & in editis Gregorianis: *Eurisen. Epiſcopo*, vetus liber. *s* Sic etiam vet. Greg. *requiſivit*, conc. Cont. & alii: *requirit*, olim vet. Tarrac. mox *requiſivit*.
*t* Sic etiam Raim. & Cont. *ſtatuendum fuerit*, concil. *u* *Fraternitati tuæ præſentibus litteris*, concil. omnia Raim. & Cont. omittunt: *tuæ f.* duo Tarrac. *x* *Fiunt* pro *ſunt*, concil. vox *illæ* omiſſa eſt a Raim. & Cont. & uno Tarracon. cetera, ut edita ſunt: *factæ ſunt*, unus ex veteribus Gregor.
*y* Vox *eccleſiæ*, in concil. deſideratur, eſt in Gregorianis, non eſt in duobus Tarrac.
*z* *Tu* pro *ut*, duo Tarrac. aptius: *tu earum decimas*, concil. *decimas earum*, Raim. & Cont. tertia voce omiſſa.
*aa* Sic etiam Raimund. *tua ex parte retentas*, conc. non recte. *bb* Sic etiam concil. & Raim. *ipſa* pro *ipſas*, Cont. non recte. *cc* Sic etiam Raim. *tuam*, concil. *traditam* pro *datam*, unus ex veter. Gregor.
*dd* Sic etiam in conc. *tuum poteris retinere*, Raim. *ee* Hæc ad finem uſque omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. excepta voce *quidem*, quæ deſideratur: vox *quod* in uno Tarracon. non eſt.
*ff* *Si quis tibi in his*, concil. *gg* Vox *vero* in duobus Tarrac. non eſt.
*hh* Sic vet. Tarr. olim, mox *decimas*, ut in aliis duobus. *ii* *A Comitibus*, concil. In legibus Gothicis Comites juri dicundo præſunt, ut Epiſcopi. *kk* *Omni oc.* Barc. *contradictione*, concil. altera voce omiſſa.
*ll* *Appellatione ceſſante*, concil. *ap. poſtpoſita*, tres Tarrac. *mm* *In irritum revoces*, concil.
*nn* *A clericis*, *ſive converſis*, concil. *oo* *Tu eum ab*, concil. *pp* Vox *ceſſare*, in concil. deſideratur.
*qq* *Conſuevit*, concil. & tres Tarracon. *rr* Vox *jure*, in concil. non eſt.
*ſſ* *Archiepiſcopo*, Barc. & duo Tarr. & Raim. aptius: inſcriptio deſideratur in concil. parte 26. cap. 21.
*tt* *P. c.* De diaco. Contius, hæc Raimund. omiſit. Integra clauſula exſtat ſub tit. qui clerici, vel voventes cap. 1. in hac collect. & in Gregor. & d. cap. 21. & parte 18. cap. 12.
*uu* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa, quæ exſtant etiam in concil. d. cap. 21. ubi *autem* pro *vero* eſt.
*xx* *Quod cum*, in concil. *Cum*, Raim. & Cont. *yy* Sic etiam conc. & Raimund. *ab hominibus*, Cont.
*zz* Sic etiam Raim. & Cont. *Deo* pro *domino*, conc. aptius. *aaa* Sic etiam conc. & Raim. *ſunt* pro *ſint*, vet. Greg.

UNED

### CAPUT XXVII.

*Idem Ambionen. Epiſcopo* [*a*], *pars c. Quod ſedem* [*b*].

c. 15. eod. AD hæc donationem [*c*] decimæ, quam Abbas Sancti Salvii de Moſtracom. (*d*) conceſſit (*e*) per ſucceſſionem tenenda (*f*), quoniam ſanctuarium [*g*] Dei jure hereditario (*h*) poſſideri non debet (*i*), in irritum penitus revoces, & (*k*) viribus carere decernas, & laicum, niſi decimam ipſam eccleſiæ ſancti Salvii (*l*) libere, & abſolute (*m*) reſignaverit (*n*), vinculo excommunicationis adſtringas.

### CAPUT XXVIII.

*Idem Maſſilien. Epiſcopo* [*o*], *pars c. Quia ſuper his* [*p*].

c. 16. eod. DE terris vero (*q*), quas Judæi colunt, tuæ prudentiæ duximus reſpondendum (*r*), ut eos ad decimas perſolvendas, vel ad poſſeſſiones (*s*) penitus renuntiandas cum omni diſtrictione compellas, ne forte occaſione illa eccleſiæ valeant ſuo jure fraudari.

### CAPUT XXIX.

*Lucius III. Strigon. Epiſcopo* [*t*].

c. 20. eod. AD Apoſtolicæ ſedis regimen, licet immeriti (*u*) dignatione divina vocati, omnibus ſumus eccleſiæ filiis debitores, & pro ſcientiæ noſtræ modo [*x*] reſpondere cogimur conſultationibus ſingulorum. Intelleximus (*y*) autem ex litteris tuis [*z*], quod quædam conſuetudo in Ungaria inolevit, ut multitudo populi plerumque (*aa*) de parochia unius Epiſcopi in diœceſim alterius transferatur, in qua licet per multa tempora moram habuerit (*bb*), uterque tamen Epiſcoporum tam is, cujus parochia relinquitur (*cc*), quam is, cujus parochiani ſint facti [*dd*], decimationem requirit (*ee*), unde & invidiæ, & contentiones oriuntur (*ff*). Ideoque nos tua duxit fraternitas conſulendos, cui potius decimæ ſint reddendæ. Noveris igitur, quod ſi de artificio (*gg*), vel negotiatione aliqua, & agricultura (*hh*), quam infra (*ii*) terminos parochiæ, in qua moratur, exercet, vel aliis hujuſmodi decimæ ſolvantur, æquum eſt, ut illi eccleſiæ reddantur [*kk*], in qua ille, qui reddit (*ll*), per totum anni circulum audit divina [*mm*], & eccleſiaſtica percipit ſacramenta. Apoſtolus enim dicit, *ſi vobis ſeminavimus* [*nn*] *ſpiritualia &c.* Super decimis vero [*oo*] meſſium, vel fructibus (*pp*) arborum, ſi coluerint in alia parochia, quam in ea, in qua habitant, quoniam a diverſis diverſa conſuetudo tenetur, certum aliquid non duximus reſpondendum (*qq*): tu vero (*rr*) eligas in hoc caſu, ex quo, vel nullum (*ſſ*), vel minus noveris ſcandalum generari.

### CAPUT XXX.

*Alexander III. Atrebaten. Epiſcopo.*

PLene nobis innotuit ex tuarum continentia litterarum, quod cum hoſtia (*tt*) quædam ſacrata in arca cujuſdam mulieris parochianæ tuæ concluſa fuiſſet, virtute Domini faciente, pars fere media in corpus Chriſti manifeſte converſa eſt, ita ut caro videretur. Cum vero hoſtia ipſa a parochiali eccleſia, quam S. tuæ eccleſiæ canonicus poſſidet, a te, & a canonicis eccleſiæ tuæ, ad eccleſiam ipſam tranſlata ſit, idem canonicus oblationes, quæ obtentu illius corporis Chriſti eidem eccleſiæ proveniunt, inſtanter requirit, Non ponitur.

quas

*a Ambian. Epiſcopo*, Barcin. & vet. Tarrac. & vet. Gregor. *Ambien.* minus vet. lib. *Abian.* duo Tarracon. *Ambianen.* concil. parte 50. cap. 28. & 29. & Cont. & alii. Dicitur autem in concil. hoc caput ſumi ex lib. 12. regiſtri Alex. 3. *b P. c.* SEDEM, Cont. non recte; integra clauſula exſtat d. cap. 28. & tit. de frigidis cap. 3. in hac collect. ubi *Abianen. Epiſcopo*, non recte.

*c* Sic etiam Raim. & Cont. *Ad hæc quoniam donationem*, concil. *Ad hoc*, duo Tarracon.

*d Moſtrarom. ſive Moſtrarolum*, unus Tarrac. *Moſtarol.* Barcin. *Moſtrarolem*, alter Tarrac. vet. *Monſtarolem*, duo alii. *Muſterol.* concil. *ſancti S. de Monſtrariis*, vet. Gregor. *de Monſtrali*, Cont. & alii: *ſancti Salvini de Monſtralis*, alter minus vetus liber. *e Cuidam laico conceſſit*, veteres Gregor. *loco* pro *laico*, Cont. & alii: *& prædeceſſor ejus cuidam laico jure hereditario conceſſerunt*, concil. plenius. *f Tenendam* pro *tenenda*, duo Tarr. & Barcinon. & Raimund. aptius: *tenendam*, in concil. quoque, ſed aliis verbis omiſſis.

*g* Sic etiam Raim. *cum* pro *quoniam*, concil. *h* Sic etiam Raim. & Cont. *jure* conc. altera voce omiſſa.
*i Non debeat*, concil. *non debet*, Raim. *k* Hæc omittunt, Raim. & Cont. ſunt in conciliis.
*l* Sic etiam concil. *ipſi eccleſiæ*, Raim. *m* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.
*n* Sic etiam Raim. *reſtituat*, concil. *o Marſilien. Epiſcopo*, Raimund. & Contius non recte.
*p P. c.* IN LIB. SUPER HIS. Cont. Ego ſuſpicor integram clauſulam exſtare ſub tit. de Judæis cap. 7. in hac collectione. *q* Vox *vero* a Raim omiſſa eſt. *r Reſpondemus*, Raimund. & Contius.
*s* Vox *ad* omittitur ab eiſdem. *t Archiepiſcopo*, Raim. *Strigonen. Archiepiſcopo*, d. parte 50. cap. 39. malo *Strigonien. Archiepiſcopo.* *u* Quæ in concil. & apud Raim. deſiderantur, addidit Cont.
*x Noſtræ modulo*, Cont. *y Intelligimus*, vet. Gregor. tantum.
*z* Hæc etiam omiſit Raim. addidit Cont excepta voce *autem*, quæ etiam in concil. omiſſa eſt.
*aa Plurimumque*, Barcin. non recte. *bb Habuit*, tres Tarrac. *habuerint*, concil. *traxerit*, Raim.
*cc Cujus parochiam reliquerunt*, Tarracon. tres Barcin. & Raim. *a cujus parochia receſſerunt*, concil.
*dd Sunt facti*, Raimund. *in cujus parochia commorantur*, concil.
*ee* Sic etiam Raim. *eorum decimas exigit, & eos, niſi ad voluntatem ipſius ſolvant, interdicto ſupponit*, concil. plenius. *ff Unde invidiæ, & plurimæ contentiones oriuntur*, concil. omnia omittunt Raim. & Cont.
*gg* Hæc uſque ad illa, *æquum eſt*, ab eiſdem ſunt omiſſa: exſtant in concil.
*hh De negotiatione, aut etiam de agricultura*, concil. Vox *aliqua* in uno Tarrac. non eſt.
*ii Quæ infra*, unus Tarrac. *kk* Sic etiam in concil. *decimæ perſonales reddantur ab eis*, Raim. & Cont.
*ll* Pro his verbis uſque ad illa, *Super decimis*, eſt in Gregorianis, *eccleſiaſtica percipiunt ſacramenta*: ut editum eſt, in concil. *mm Miſſam audivit*, concil. cetera verba hujus capitis nulla ſunt.
*nn* De his verbis, quæ ſumpta ſunt ex epiſtula priore Pauli ad Corinthios cap. 9. dictum eſt capite 8. hujus tituli. *oo Decimas vero*, vetus Gregor. non recte: ut editum eſt, Cont. & alii.
*pp Vel fructuum*, Raim. *qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. *rr* Vox *vero* ab eiſdem eſt omiſſa.
*ſſ Quod per conſuetudinem diu obtentam ibidem noveris obſervatum*, Raim. & Cont. Vide cap. 3. hujus tituli in ſecunda collectione. *tt* „ Simile miraculum, infra de pœnit. cap. 3. DE MULIERE, lib. 2. “ Tancred.

quas in reparatione (*a*) eccleſiæ fideliter, ſicut aſſeris, erogaſti. Licet autem eidem canonico petas ſuper hoc ſilentium imponi, & nos libenter in eo, quod ſecundum Deum poſſumus, petitiones tuas velimus attendere, & admittere; petitioni tuæ [*b*] ſuper hoc non poſſumus exhibere favorem, ſed venerabilibus fratribus noſtris * Alban. & Silvan. (*c*) Epiſcopis, quibus cauſam ipſam commiſimus, dedimus in mandatis, ut præfatum canonicum commoneant a petitione ipſarum oblationum deſiſtere, ut eas in reparatione præſcriptæ eccleſiæ (*d*) erogari permittat. Si vero ad hoc induci non poterit, eidem cauſæ debitum finem (*e*) imponant; credimus enim firmiter, & ſperamus, quod ſub examine Epiſcoporum (*f*) eadem cauſa effectum ſit debitum ſortitura.

* *Ambianenſi*, Cujac.

## TITULUS XXVII.

## DE REGULARIBUS TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM [*g*].

### CAPUT I.

*Alexander III. Cruciatis* [*h*].

Non ponit. Poſt conc. Lat. part. 17. c. 3.

AD petitionem veſtram regulam, ſecundum quam vivere debeatis, & omnipotenti Deo ſervire, duximus conſtituendam. In primis id ſtatuentes, ut profeſſionem majori priori faciant omnes laici in manu ejus, ſe abſque (*i*) proprio victuros promittentes, & continentiam, in quantum permiſerit (*k*) divina gratia, ſervare. Cui quidem (*l*), tam clerici, quam laici, proprio magiſtro (*m*), & animarum ſuarum rectori, debitam in omnibus reverentiam promittant, nec alicui inter vos profeſſio liceat ad alium ordinem abſque prioris licentia ullo modo tranſire, niſi forte ad religionem migraverit artiorem [*n*]. Nullus abſque majoris (*o*) prioris licentia hoſpitale audeat facere: nullus proprium habeat, ſi quid (*p*) acquiſierit, ſuo rectori aſſignet; nullus veſtrum alii vobiſcum (*q*) eſſe volenti crucem tribuat, ſed per medium annum integrum (*r*) vobiſcum in probatione permaneat, & tunc majori priori (*s*) præſentetur, ut ab ipſo, non ab alio crucem ſuſcipiat.

### CAPUT II.

*Idem Archiepiſcopis, Epiſcopis* (*t*), *& aliis Eccleſiarum Prælatis* (*u*) *per Galliam conſtitutis.*

De regular. c. 7.

NON eſt vobis dubium, aut incertum (*x*), quomodo fratres religioſi Ciſtrenſis (*y*) ordinis ea religione permaneant (*z*), & virtute; quod ex inſtitutione patrum, & prædeceſſorum [*aa*] noſtrorum ii, qui (*bb*) in eorum monaſteriis profeſſionem faciunt, ſine Abbatis ſui licentia prohibentur de clauſtro diſcedere, & diſcedentes in aliis monaſteriis recipi [*cc*]. Inde eſt, quod eandem inſtitutionem [*dd*], nos non ſolum amicam religioni, ſed etiam rationi [*ee*] conſonam ſollicite conſervare volentes, univerſitati veſtræ per A. s. pr. (*ff*) m. quatenus monachos, vel converſos conſcripti ordinis (*gg*) poſt factam monaſteriis (*hh*) profeſſionem, ſine licentia Abbatum ſuorum per Epiſcopatus veſtros recipi nullatenus permittatis; & ſi qui ex eis fuerint, qui (*ii*) ſine licentia Abbatum ſuorum de monaſterio, in quo profeſſionem fecerint [*kk*], exire præſumpſerint, & commoniti ad ſua monaſteria [*ll*] celeriter non redierint, eos tamdiu ap. re. [*mm*] cenſura eccle-



*a Reparationem*, Barcin. tres Tarrac. aptius. *b Petitioni tamen tuæ*, duo Tarracon. *tuæ tamen*, Barcin.
*c Salvan.* unus Tarracon. quod non placet: ſuſpicor enim hunc fuiſſe Silvæ candidæ Epiſcopum Cardinalem.
*d In reparationem*, vetus Tarraconenſis aptius: *eccleſiæ præſcriptæ*, duo alii Tarracon.
*e* Vox *debitum* in uno Tarracon. non eſt. *f Ipſorum Epiſcoporum*, Barcinon.
*g Et tranſeuntibus*, Barcin. & unus Tarraconenſis, & Raimund.
*h Idem dilectis filiis G. Priori, & fratribus juxta diſciplinam bonæ memoriæ † viventibus*, in concil. parte 27. c. 5. ſub titulo, ne clericus vel monachus ſæcularibus ſe negotiis immiſceat, & de regula religioſorum. *Electi viventibus*, ſcriptum eſſe video parte 5. cap. 9. quod caput poſt hujus capitis verba olim fuerat: exſtat in hac collectione cap. 8. de converſione conjugator. hac inſcriptione: *Idem G. Priori, & fratribus ſancti Joannis. Pars capit.* AD PETITIONEM. G. fortaſſe *Giraldum* ſignificat, quem primum Magiſtrum, vel Priorem fuiſſe ferunt.
*i* Vox *ſe* aliquando in veteri Tarracon. non erat, eſt in concil.
*k* Vox *in* deſideratur in concil. & in Barcinon. & in duobus Tarraconenſibus.
*l Cui quoque*, concil. *m Sicut*, additur ante hæc verba in tribus Tarrac. & in concil.
*n* Sic etiam in concil. *migrare voluerit artiorem*, duo Tarr. *o* Vox *majoris*, in concil. non eſt.
*p Sed ſi quid*, duo Tarracon. ut editum eſt in concil. *q Alicui vobiſcum*, concil.
*r Annum vel integrum*, concil. *s* Sic etiam concil. *priori majori*, vetus Tarrac. Poſt hujus capitis verba eſt in conciliis: *Uxoratus, & con. ut ſupra de conjugatis, & infra.* pro *& con.* ſcribo *&c.* ſignificatur autem titulus d. partis 5., qui eſt, de conjugatis, & ſponſis monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus. Vide cap. 8. de clericis conjug. in hac collectione. Illa verba, *& infra*, ſignificant, alia deſiderari; poſt quæ adiiciuntur multa in conciliis: *Nemo veſtrum alicui in capite coronam faciat. Si hoſpitale in aliquo loco*, &c. ut cap. 1. de eccleſiis ædificandis collectione 2. & cap. 1. de ſtatu regularium, in eadem collectione.
Hujus capitis Raim. nullam habuit rationem, quod eſſet uni religioni hoſpitalariorum aptum.
*t Idem Epiſcopis, Archidiaconis*, concil. d. parte 27. cap. 6. & Barcin. vox *Epiſcopis* a Raim. & Cont. eſt omiſſa; cetera, ut edita ſunt. *u* Sic etiam Raim. *præfectis*, concil.
*x* Recte Cont. addit hæc a Raim. præterita, ſunt eadem in concil. *vel* pro *aut* excepto.
*y* Sic etiam concilia. *Ciſtercien.* Cont. *z* Sic etiam Cont. *præmineant*, concil. non male.
*aa* Sic etiam concil. vox *ex* in uno Tarrac. non eſt: *ex inſtitutione primum prædeceſſorum*, Cont.
*bb Hi, qui*, concil. *his, qui*, Cont. *cc* Sic etiam Cont. *non recipi*, concil. quod non placet.
*dd* Sic in concil. *conſtitutionem*, Cont. non optime. *ee* Sic etiam Cont. *& rationi*, concil. voce *ſed* omiſſa non recte. *ff* Hæc omittunt concil. Raim. & Cont. *gg Præſcripti ordinis*, unus Tarracon. *prædicti ordinis*, concil. *Ciſtercien. ordinis*, Raim. & Cont. *hh Factam in monaſteriis*, concil. & vet. Tarr. in quo prius fuerat, ut editum eſt: omnia in Gregor. deſiderantur. *ii* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*kk Fecerunt*, concil. omnia ab eiſdem omittuntur. *ll* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa: leguntur in conc.
*mm Appellatione remota*, concil. cetera, ut edidimus: *eos regredi compellatis*, Raimund. & Cont.

UNED

ſiaſtica percellatis, donec ad monaſteria, unde exierint (*a*), regredi compellantur.

CAPUT III.

*Ex concilio Magoc.* (*b*).

c. 1. eod. t. NUllus tondeatur (*c*), niſi legitima (*d*) ætate, & ſpontanea voluntate (*e*).

CAPUT IV.

*Ex eodem* (*f*).

cap. 2. eod. SI quis ante annos legitimos tonſuratus eſt ſine conſenſu parentum ſuorum, ſi parentes ipſi infra annum non ſe reclamaverint (*g*) ad Principem, aut ad proprium Epiſcopum, aut ad miſſum dominicum, in ipſo (*h*) clericatu permaneat. Si vero poſt legitimos annos per vim clericus [*i*] factus eſt, & parentes ejus (*k*) infra annum ad memoratas perſonas minime ſe reclamaverint (*l*), in clericatu permaneat, ita (*m*) ſicut is, de quo ſuperius dictum eſt.

CAPUT V.

*Ex concilio Toletano* [*n*].

UT clerici, qui ſe fingunt habitu, & nomine monachos eſſe, & non ſunt [*o*], omnimodis corrigantur, atque emendentur (*p*), vel ut veri monachi ſint, vel veri canonici (*q*). cap. 3. eod.

CAPUT VI.

*Ex concilio Aurelian.* (*r*)

VIdua ſi ſponte velamen, quamvis non ſanctum ſibi impoſuerit [*s*], & in eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerit (*t*), velit nolit, ſanctimonialem habitum ulterius habere debet (*u*); licet ſacramento confirmare velit [*x*], eo tenore, & ratione velamen ſibi impoſuiſſe (*y*), ut iterum poſſet deponere [*z*]. cap. 4. eod.

CAPUT VII.

J *Gregorius Anthemio Subdiacono* (*aa*).

JOannes frater (*bb*), & coepiſcopus noſter per Ju- cap. 5. eod.

*a Unde exierunt*, concil. & duo Tarracon. *b Magon.* unus Tarracon. *Magotienſi*, alter. *Magunt.* ſive *Maguntino*, Raim. aptius; exſtat in concilio Maguntino, ſive Moguntiaco celebrato anno 813. ſub Carolo Imp. cap. 23. *c* Sic etiam Raimund. & Cont. Addi poſſet *Pars cap.* DE CLERICIS, ex concil. Integra enim clauſula hæc eſt: *De clericis vero hoc ſtatuimus; ut hi, qui hactenus inventi ſunt, ſive in canonico, ſive in monachico ordine tonſurati ſine eorum voluntate, ſi liberi ſunt, ut ita permaneant; & deinceps cavendum, ut nullus tondeatur* &c.

*d Sine legitima*, concil. ut editum eſt, vetus Gregor. *niſi in legitima*, Cont. & alii.

*e* Sic etiam Raimund. & Contius additur in concil. *vel cum licentia domini ſui.*

*f* Sic etiam Raim. & Cont. *ex concil. Moguntі. cui interfuit Carolus Imp. & Ricolphus Archiepiſcopus in clauſtro S. Albani c.* 20. Burch. lib. 8. cap. 3. *Magontino*, & *Richolſus*, & *ſancti Albani*, Ivo parte 7. cap. 26. decreti; cetera, ut Burchard. *ex concilio Maguntienſi, cui interfuit Karolus Rex, cap.* 20. Ivo lib. 3. tit. 16. cap. 12. Panormiæ. In libris editis concilior. hoc ego caput nondum inveni.

*g Et ſi ipſi parentes*, &c. Panorm. *ipſius* pro *ipſi*, Raimund. & vox *ſe* ab eo omittitur, cetera, ut edita ſunt: *& ſi ipſi parentes infra annum non ſe reclamaverunt*, Burch. *clamaverint*, Ivo in decreto, cetera ut Burch.

*h* Sic etiam Burch. & Ivo in decr. *domini* pro *dominico*, Panorm. vox *ipſo* in Gregor. non eſt.

*i* Sic etiam Burch. & Ivo, & Raim. *per vim ſcilicet clericus*, unus Tarrac. *per vim*, alter Tarrac. alia voce omiſſa. In Panorm. hæc & alia multa deſiderantur. *k Et nec ipſe, nec parentes ejus*, Raim. *& infra annum ad ſupermemoratas perſonas*, Burch. *ſupra* pro *ſuper*, Ivo rectius, cetera, ut Burch. *ſupermemoratas*, eſt etiam in Barcinon. *l Reclamavit*, Burch. cetera, ut edita ſunt: *reclamaverit*, Ivo, cetera, ut Burch. *reclamaverint*, Raim. aliis omiſſis. *m Ita permaneat*, tres Tarrac. *ita in clericatu permaneat*, Burch. vox *ita* omiſſa eſt ab Ivone, & a Raim. Poſt verba hujus cap. adduntur alia permulta a Burch. & Ivone, quæ poterunt in eorum lib. legi. *n* Sic etiam in concil. parte 21. cap. 3. in fine, titulo de monachis, & monialibus ſine probatione ſuſceptis, item in probatione poſitis recedere volentibus & apud Burch. lib. 8. cap. 7. & Raim. *Quarto*, addit Ivo parte 7. cap. 31. decreti. Illic tamen non eadem verba ſunt, ſed ſimilis ſententia cap. 52.

*o* Sic etiam Burch. & concil. tribus poſtremis verbis exceptis. *Et* pro *Ut* Ivo; vox *eſſe* a Raimund. & Cont. eſt omiſſa. *Religioſi propriæ religionis* [ſic malo, quam *regionis*] *qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur; ſive hi, qui per diverſa loca vagi feruntur*, d. cap. 52. Tolet. 4. *p* Sic etiam Burchard. & Ivo: *corrigantur*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis: *ab Epiſcopis, in quorum conventu commorari noſcuntur, licentia eorum coerceatur*, concil. *q Ut vel*, pro *vel ut*, Burch. & Ivo & duo Tarraconenſes: *ut veri monachi ſint, & veri clerici*, vetus Gregor. *vel* pro *&* Contius, & alii *ut aut in clero, aut in monaſterio deputentur: præter eos, qui ab Epiſcopo ſuo, aut propter ætatem, aut propter languorem fuerint abſoluti.* *r* Sic vetus Gregor. *Arelaten.* editi libri, & Contius, *Aurel.* in marg. & addit, *non inveni. Ex concilio Magunti. c.* 6. Burch. lib. 8. cap. 36. *Magotienſi*, Ivo d. parte 7. cap. 55. decreti & in marg. verius, *Triburi.* cap. 25. *ex concilio Martini Papæ*, Ivo lib. 3. tit. 17. cap. 10. Panorm. & Grat. 27. q. 1. cap. 8. mendoſe: ſcribendum igitur *Triburienſi* cap. 25. ex conciliis. Similis tamen ſententia refertur ex concilio Aurelian. cap. 3. a Burchard. cap. 35. d. libri 8. & Ivo d. parte 7. cap. 54. & d. libro 3. tit. 17. cap. 11. Panorm. & Gratian. cap. 16. d. q. 1.

*s Vidua ſi ſponte velum converſionis, quamvis non ſacrum ſibi impoſuerit*, vet. Gregor. *converſationis* pro *converſionis*, Cont. & alii non recte: *ſacrum* pro *ſanctum*, duo Tarrac. *ſacratum*, tertius liber. Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* VIDUAS. Integra clauſula videnda in concil. & apud Burch. & Ivonem, & Grat. item apud Anſelm. lib. 7. cap. 200. ex Gelaſio *cap.* 222. non ſine mendi ſuſpicione: nam in corpore Canonum, c. 13. Gelaſii relatum a concilio Triburien. eſt 172. ſed ille numerus efficietur additis 50. capitibus Clementis. Ex conciliis hujus capitis verba referemus: *In hoc ſacro conventu ſancimus, & libere judicamus; quod ſi ſponte velamen, quamvis non conſecratum, ſibi impoſuerit*; vox *quod* apud Burch. non eſt, neque apud Ivonem in decreto neque in Panorm. *In hoc ſancto concilio ſancimus* &c. Gratian. voce *quod* etiam omiſſa.

*t* Sic concil. & Burchard. & Ivo utrubique & Grat. & Raim. *u Sanctimoniæ* pro *ſanctimonialem*, unus Tarrac. & Barcin. & concil. & Burch. & Ivo & Grat. *debebit* pro *debet*, concil. tantum: *debet habere*, Raim. & Cont. *ſanctimonium*, unus Tarrac. *x* Sic concil. & Burch. & Ivo, & Grat. *licet juramento firmare velit*, vetus Greg. *ſacramento firmare*, Cont. & alii. *y* Sic Burch. & Ivo, & Grat. *& ratione*, omittunt Raim. & Cont. *imponere* pro *impoſuiſſe*, concil. *z* Sic Burch. & Ivo, & Gratian. *poſſit* pro *poſſet*, concil. *ut deponere poſſet*, Raim. voce *iterum* omiſſa. *aa Gregor. Auth. ſubd.* vetus Raim. liber. *Greg. III. Anath. ſubdiac.* Cont. & alii mendoſe. Confirmantur edita ex lib. 1. epiſt. 40. regiſtri B. Gregorii.

*bb* Pauca retulit Cont. a Raim. prætermiſſa, hæc ſola videlicet a Bernardo conſcripta: nos integram clauſulam conſcripſimus: *Joannes frater, & coepiſcopus noſter directo per Juſtum clericum ſuum capitulari inter alia plura hoc nobis noſcitur intimaſſe: aliquos monachos monaſteriorum in Surrentina diœceſi poſitorum de monaſterio in monaſterium prout eis libuerit, tranſmigrare; & a proprii Abbatis regula, deſiderio rei ſæcularis abſcedere: ſed & quod non licere notum eſt, peculiaritati eorum ſingulos ſtudere. Si quos autem a clericatu* &c. ut apud Grat. 16. q. 1. cap. 32. hoc tamen initio, *Si quem a clericatu.*

Juſtum clericum &c. & infra. Præterea præſenti juſſione tibi mandamus (*a*), ut neque monachum alterius (*b*) de monaſterio in monaſterium migrare liceat (*c*), nec eorum aliquem peculiare quidquam habere permittas (*d*); ſed ſi hoc (*e*) præſumpſerit, in monaſterio, in quo ab initio (*f*) converſatus eſt, & ſub Abbatis (*g*) ſui regula, de qua fuerat (*h*), competenti coertione reddatur (*i*).

## CAPUT VIII.

*Alex. III. Magiſtro Fidantiæ* [*k*] *Canonico Civit.* (*l*)

cap. 8. eod. AD noſtram noveris audientiam perveniſſe, quod eremitæ de monte Foliano [*m*], quoſdam pueros intra biennium (*n*) in tantum ſeduxerunt (*o*) quod quidam illorum (*p*) ſuaſionibus, eorum aſſenſum præbentes, ad eccleſias ipſorum [*q*] acceſſerunt. Quos cum ſtatim religionis habitum induiſſent, unus prædictorum puerorum [*r*] T. nomine (*s*) ſtatim pœnitens (*t*), quod habitum ſuſcepiſſet [*u*], id, quod fecerat (*x*), ſuis parentibus intimavit, qui ad locum ipſum mora poſtpoſita accedentes, eum exinde traxerunt [*y*], & cum non ſtetiſſet [*z*] ibi, niſi per unam noctem, ut (*aa*) accepimus, præfati eremitæ, & quidam alii eum non permittunt quandam puellam ducere in uxorem, quam ipſe juravit in uxorem accipere, ac (*bb*) ſicut dicitur deſponſavit. Quo circa d. t. per A. s. pr. (*cc*) m. qua. rei veritate inquiſita diligenter, ac cognita [*dd*], ſi tibi conſtiterit, quod præfatus T. ante conſumationem xiv. anni, habitum ipſum ſine probatione ſuſceperit, & (*ee*) ſuſceptum habitum depoſuit (*ff*), aut ſi poſt xiv. annum habitum ipſum ſine probatione ſuſceperit, & infra triduum depoſuit (*gg*), eum ab impetitione prædictorum eremitarum, vel aliorum (*hh*) in hac parte oc. & ex ap. ces. (*ii*) penitus abſolutum, & eam, quam juravit [*kk*] accipere in uxorem, libere poſſe traducere in uxorem (*ll*), ſi alia rationabilis cauſa non impedit, denunties [*mm*].

## CAPUT IX.

*Idem Liern.* (1) *Epiſcopo* (*nn*).

SUper eo, quod quæſitum fuit a nobis ex parte tua (*oo*), utrum ſacerdotes (*pp*), qui religionis habitum ſuſceperint, & ante quam eſſent vinculo profeſſionis aſtricti (*qq*), ad priorem ſtatum ſunt reverſi, permittendi ſint [*rr*] eccleſias, & curam animarum habere, & an alii clerici (*ſſ*), ſi monaſticum habitum [*tt*] ante oblatum profeſſionis libellum deſeruerint [*uu*], ad ſacros ordines promoveri, & ad guber- cap. 9. eod.



(1) *Helien.* Greg. IX.

*a* Vox *tibi* additur a Contio, a Raim. omiſſa. *Propterea Experientiæ tuæ juſſione præſenti mandamus*, regiſtr. *b Ut neque monachos alterius*, vetus regiſtri liber: *ut neque monacho ulterius*, editus liber: vox *alterius* in veteri Raimund. libro non eſt; cetera, ut edita ſunt: *ut ne quem monachum*, Cont. & alii: *ut neque alteri monachum*, unus Tarrac. *c Emigrare liceat*, vetus reg. liber: *liceat migrare*, editus; *temere migrare liceat*, Raimund. *d* Sic regiſtri editus liber: *habere permittat*, vetus, & vetus Tarrac. *habere permittatur*, Barcin. non male: *habere*, altera voce omiſſa Raimund. & Cont.

*e* Sic etiam Raim. *ſed ſi quilibet hoc*, regiſtrum. *f* Vox *in* omittitur in veteri regiſtro, & in veteri Gregor. & in tribus Tarrac. & in Barcinon. habent editi libri ſine ulla noxa.

*g* Vox *&* a Raim. & Cont. eſt omiſſa: exſtat in regiſtro. *h Fugerat*, regiſtr. non male: omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *i* Sic etiam Raim. *coertioni* pro *coertione*, unus Tarrac. *cum competenti coertione reddatur*, vet. regiſtri liber: *coertione*, liber editus. Poſt hæc verba additur in regiſtro: *ne ſi tantam iniquitatem fluxam, inemendatamque dimittimus, pereuntium animæ a præpoſitorum anima requirantur. Et quia aliquos* &c. ut apud Ivon. parte 7. cap. 122. decreti, & Gratian. 27. q. 1. cap. 39. *k Magiſtro F.* Raimund. & Cont. Inſcriptio deſideratur in concil. d. parte 21. cap. 1. *Fidatiæ*, duo Tarracon. *Fidaciæ*, tertius.

*l* Scribe, *Civitatenſi*, ex quattuor Tarracon. & ex Gregorianis.

*m Filiano*, concil. *Folliano*, duo Tarracon. *Foll.* vetus Gregor. *Folio*, Contius, & alii: *Follia.* in margine Contius. *n Infra quartumdecimum annum*, concil. & duo Tarracon. aptius: hæc omittunt Raimund. & Contius: *vel biennium tantum*, additur in altero ex ſupraſcriptis Tarracon.

*o Seduxerint*, concil. *ſeduxerunt in tantum*, Raimund. *ſeduxerunt*, unus Tarrac. aliis omiſſis.

*p* Vox *illorum* omittitur a Raimund. & Contio: eſt in concil. *q Ad eccleſiam illorum* &c. concil. *ſtatim religionis habitum in ipſorum monaſteriis ſuſceperunt*, Raim. & Cont. *r* Sic etiam concil. *quorum unus*, Raim.

*s* Sic etiam Raimund. & poſterior editio concil. *tuo nomine*, prior non recte.

*t* Sic etiam in concil. *ſtatim pœnituit*, Raim. *u Ipſum ſuſcepiſſet*, concil. *induiſſet*, Raim. & Cont.

*x* Recte Contius addit a Raimund. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil.

*y Extraxerunt*, concil. & Barcin. *eum inde traxerunt*, Contius. *z* Sic etiam Contius mendoſe: in concil. *cum ſtetiſſet*. *aa Noctem prout*, concil. *noctem tantummodo*, *ſicut*, Contius plenius.

*bb* Sic etiam in concil. *uxorem ducere*, *&*, Contius. *cc* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *diſtrictioni tuæ* &c. concil. non recte *diſ. t.* pro *d. t.* vetus Tarrac. *dd* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa, leguntur in concil. *&* pro *ac*, excepto. *ee* Hæc omittunt Raim. & tres Tarrac. & unus Barcin. *habitum ipſum ſuſceptum ſine probatione ſuſcepit*, prior editio concil. mendoſe, multis omiſſis: *habitum ipſum ſuſceptum depoſuerit*, poſterior concil. editio, ex Raim. verbis. *ff Depoſuerit*, Raimund. & unus Tarracon.

*gg Depoſuerit*, Raim. & poſterior concil. editio: *triduum præſcriptum habitum depoſuit*, prior editio.

*hh* Pro his uſque ad vocem *abſolutum*, eſt in Gregor. *denunties abſolutum*, connivente etiam Contio; in concil. ut editum eſt. *ii Ex.* in uno Tarracon. deletum exſtat: *occaſione*, *& excuſatione*, *& appellatione ceſſante*, concil. apertius. *kk* Sic etiam concil. *quam*, *poſtquam exivit*, *juravit*, Raimund.

*ll Traducere*, duo Tarracon. & Barcinon. & concil. & Raimund. aliis omiſſis.

*mm* Sic etiam in concil. *non obſiſtat*, Raim. *nn Lieren.* Barcin. *Elien.* duo Tarrac. & vetus Gregor. *Helien. Epiſcopo*, Contius, & alii: *Herefordèn. Epiſcopo*, concil. d. parte 21. cap. 2.

*oo Erat* pro *fuit*, concil. *Super eo vero*, *quod* &c. vetus Tarrac. *Super eo*, *quod quæſitum fuit*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: ſi vocem *vero*, recipimus, non eſt initium epiſtulæ. *pp* Sic etiam in concil. *de clericis*, Raim.

*qq* Sic etiam in concil. *ante profeſſionem*, Raimund. & Contius, brevius.

*rr* Multa Raim. & Cont. omittunt, quæ ſunt in concil. *ſſ* Vox *alii*, non eſt in concil.

*tt Si monachico habitu*, prior concil. editio non recte: *ſi monachicum habitum*, poſterior editio.

*uu Deſeruerunt*, tres Tarrac. *deferunt*, concil.

UNED

bernationem eccleſiarum poſſint (*a*) aſſumi f. t. taliter (*b*) reſpondemus, quod ſi auſteritatem religionis, ad quam migraſſe noſcuntur [*c*] ſervare noluerint, ad minorem religionem cogendi ſunt pertranſire (*d*), nec amplius in eccleſiis ſæcularibus debent aſſumi, ne contra votum ſuum (*e*), quod domino fecerunt, in animarum ſuarum periculum [*f*] comprobentur venire [*g*]. Verum ſi ante (*h*) ſuſceptum habitum poſiti in probatione recedere voluerint, ſecundum regulam beati Benedicti non videntur prohiberi ad priorem ſtatum redire, ſed videtur regula veſtra præcipere (*i*), ut in eadem veſte redeant, in qua veniunt [*k*].

## CAPUT X.

*Idem Abiatino Epiſcopo (l), pars c. Quod ſedem (m).*

c. 10. eod. SAne de canonico, qui in eccleſia Aromanc. (*n*) profeſſionem fecerat, & ab ea fugerat a quodam Abbate recepto in monachum, id tuæ f. [*o*] ſignificamus, quod ſi locus, ubi nunc permanet, majoris eſt religionis, quam eccleſia Aromanc. [*p*] ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas, alioquin eum ad priorem eccleſiam redire compellas.

## CAPUT XI.

*Idem Belluacen. Epiſcopo [q].*

c. 11. e. t. SIgnificatum eſt nobis (*r*), & pro certo monſtratum, quod Guiboldus [*s*] nondum incipiens eſſe xiv. annorum, timore magiſtri, qui eum litteras erudiebat, habitum religionis apud eccleſiam de Reſone ſuſcepit (*t*), & inde ſicut puer infra annum exivit (*u*), & per ſæculi vanitates jam ſex annis, & eo amplius vagabundus diſcurrit. Unde quoniam hujus rei veritas nobis non conſtat: f. t. (*x*) per A. s. (*y*) m. qua. rem ipſam diligenter inquiras, & (*z*) ſi inveneris, quod non fuiſſet (*aa*) a parentibus oblatus, nec inceperit (*bb*) eſſe xiv. annorum, quando ad religionem acceſſit, & eum infra annum xiv. facti voti pœnituerit, & ab eccleſia ipſa receſſerit (*cc*), ſi in ſæculo (*dd*) voluerit remanere, eum ab illo voto profeſſionis (*ee*), quod fecit, auctoritate Pontificali abſolvas (*ff*), & abſolutionem ejus tam eccleſiæ de Reſone (*gg*), quam populo tuæ civitatis ſtudeas publicare. Si autem a parentibus forte fuerit oblatus (*hh*), ſeu xiv. annum compleverit (*ii*), cum religionem intravit, ſive poſt xiv. annum profeſſionem a ſe factam ratam habuerit (*kk*), eum ad eandem, vel ad aliam religionem, omni cum diſtrictione compellas (*ll*).

## TITULUS XXVIII.

## DE CONVERSIONE CONJUGATORUM.

## CAPUT I.

*Alexander III. Yleren. † Epiſcopo (mm), pars c. Super eo, quod (nn).*

PRæterea, utrum [*oo*] laicus uxoratus, qui præſentibus ſacerdotibus, & monachis ignoran- De converſ. conjug. c. 1.

*a* *Poſſunt*, unus Tarrac. *gubernationem animarum poſſunt*, conc.

*b* *Sanctitati tuæ taliter*, concil. hæc etiam omittunt Raimund. & Contius.

*c* *Tranſiſſe noſcuntur*, concil. *tranſmigraſſe*, in marg. in priori concil. editione: *migraſſe*, in poſteriori: *ingreſſi noſcuntur*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *d* *Tranſire cogendi ſunt*, concil. *ſunt cogendi tranſire*, Raim. *e* Vox *ſuum*, non eſt in concil. neque in Gregor. *f* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conc.

*g* *Probentur venire*, concil. *venire probentur*, Raim. *h* *Veruntamen ſi ante*, concil. *Verum ſi ante hujuſmodi*, Raimund. *i* *Sed illa videtur præcipere*, concil. *quæ videtur præcipere*, Raim. *ſed regula videtur præcipere*, duo Tarracon. *ſed regula præcipere videtur*, tertius liber; vox *veſtra* eſt in quarto tantum.

*k* *Venerint*, vetus Tarracon. *venerunt*, concil. *in qua veniunt*, *revertantur*, Raimund.

*l* *Ambienſi*, Barcin. & concil. prioris edit. parte 50. cap. 28. & 29. *Ambian.* vetus Gregor. & vetus Tarrac. *Ambianen.* Cont. & alii, & concil. poſter. edit. *Abian.* duo Tarrac. mendoſe. Ex libro 12. regiſtri. Alex. 3. ſumptum notatur in conciliis. *m* Hæc omittunt Raim. & Barcin. habet Cont. vox *Sedem* non eſt in uno Tarrac. *Idem eidem in eadem epiſtola*, d. cap. 29. Integra clauſula exſtat d. cap. 28. & in hac collect. cap. 3. de frigidis: inſcripto *Abianen. Epiſcopo*, non recte pro *Ambianen.* *n* *Aroacenſi*, concil. *Aromacen.* vetus Gregor. & unus Tarrac. *Aromaten.* Cont. & alii. *Aromac.* duo Tarrac. *o* *Fraternitati*, concil.

*p* *Aroacenſis*, concil. *Aromacen.* duo Tarrac. *religionis eſt*, unus Tarrac. *majoris religionis quam eccleſia Aromacen. exiſtit*, vetus Gregor. *Aromaten.* Cont. & alii: cetera, ut vetus. *Aromacum*, unus Tarrac. Poſt hujus capitis verba ſequuntur verba poſita ſub tit. de divortiis, cap. 3. inſcripto *Ambian. Epiſcopo* in hac collect. & mox verba cap. 9. de officio, & poteſt. prælati: poſtremo verba poſita ſub tit. de decimis cap. 27. in hac collect.

*q* Malo *Beluacen.* ut in tribus Tarrac. & in Gregor. & in concil. d. parte 50. cap. 10. ex lib. 1. regiſtri Alex. 3. *r* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ in conciliis etiam leguntur.

*s* *Griboldus*, concil. *Wiboldus*, vetus Tarracon. *quod G.* Contius.

*t* *Reſon.* duo Tarrac. *Reſſon.* Contius: *ſuſcepit in eccleſia de Ruſſinis*, concil.

*u* Sic etiam in concil. *receſſit*, Cont. *x* Sic etiam Cont. *f. v.* vetus Tarracon. *fraternitati tuæ*, concil.

*y* Sic etiam in concil. *per ap. ſe.* Contius non recte: *pr.* addunt duo Tarracon.

*z* Hæc etiam omiſit Raim. item Cont. ſunt in concil. *aa* *Fuerit*, concil. *quod G. non fuiſſet*, Raim.

*bb* Hæc omittunt Raimundus, & Contius ſunt in concil. *nec inciperet*, duo Tarracon.

*cc* Vox *facti*, & vox *ipſa* in concil. non ſunt: vox *voti* in uno Tarracon. deſideratur: *& infra XIV. annum facti voti pœnitens a religione receſſit*, vetus Gregor. *receſſerit*, Contius, & alii.

*dd* Hæc etiam a Raimund. & Contio ſunt omiſſa, leguntur in conciliis.

*ee* *Eum ab ipſo voto*, concil. aliis omiſſis; vox *eum* non eſt in Gregor. cetera ut edita ſunt.

*ff* Sic etiam in concil. *denunties abſolutum*, Raimund. & Cont. *gg* *Reſonen.* unus Tarrac. *& eum abſolutum tam in eccleſia de Ruſſinis*, concil. hæc omittunt Raim. & Cont. ut ea quæ ſequuntur ante illa, *Si autem* &c.

*hh* *Fuit forte oblatus*, concil. *fuerit oblatus*, Raimund. alia voce omiſſa.

*ii* Sic etiam Raim *compleverat*, concil. & vetus Tarracon. olim. *kk* Sic etiam Raimund. *habuit*, concil. & tres Tarrac. *ll* *Cum omni*, duo Tarrac. *tranſire*, addit tertius ante edita verba: *tranſire*, *eccleſiaſtica diſtrictione compellas*, concil. *tranſire compellas*, Barcinon. & Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*mm* *Ylerbergen. Epiſcopo*, duo Tarracon. *Urgen.* vet. Gregor. *Urbergen.* Cont. *Urbergen.* alii: *Hereforden. Epiſcopo*, in concil. parte 5. cap. 4. tit. de conjugatis, & ſponſis monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus.

*nn* Vox *quod* non eſt apud Cont. omnia in concil. & in Gregor. deſiderantur. Integra clauſula eſt, ut ſuſpicor, initium cap. 9. de regularibus, quod itidem eſt in concil. *Hereforden. Epiſcopo*, inſcriptum parte 21. cap. 2.

*oo* Sic in concil. *Propterea*, *& infra*, *utrum*, vetus Gregor. mendoſe: & in ſcholiis, *Præterea*, *& infra*. *Præterea*

rante Epiſcopo de licentia, & permiſſione uxoris ſuæ monaſterium ingreſſus (*a*), & forte [*b*] profeſſionem fecit, uxore in ſæculari habitu remanente, nec ad religionem tranſeunte, aut perpetuam continentiam vovente, ab Epiſcopo ſuo poſſit ad torum uxoris revocari (*c*), an illa (*d*) compellenda ſit ad obſervationem continentiæ pertranſire (*e*). Dicimus, quod, niſi uxor [*f*] ad religionem tranſierit, aut caſtitatem perpetuo [*g*] ſervare promiſerit, vir debet [*h*], & poteſt ab Epiſcopo de monaſterio revocari, quia cum una caro (*i*) ſint effecti, non debet una pars in ſæculo manere [*k*], & altera ad religionem, & caſtitatem tranſire (*l*): veruntamen uxor monenda (*m*) eſt, & propenſius exortanda, ut ad religionem tranſeat, & caſtitatem ſervare promittat.

### CAPUT II.

*Idem Salernitano Archiepiſcopo, pars c. Licet præter* [*n*].

cap. 2. eod. VErum poſt conſenſum (*o*) legitimum de præſenti licitum eſt alteri altero ita [*p*] repugnante eligere monaſterium, ſicut, quidam etiam ſancti (*q*) de nuptiis vocati fuerunt, dummodo inter eos carnalis (*r*) commixtio non intervenerit, & alteri remanenti, ſi commonitus continentiam ſervare noluerit, licitum eſſe videtur [*s*], ut ad ſecunda vota poſſit tranſire (*t*), qui cum non fuiſſent (*u*) una caro ſimul effecti (*x*), ſatis poteſt unus ad Deum tranſire [*y*] & alter in ſæculo remanere (*z*).

### CAPUT III.

*Idem Piſano Archiepiſcopo.*

QUidam intravit monaſterium invita uxore (*aa*) eadem ipſum repetente (*bb*), coactus eſt ad eam redire, ea mortua quæris, an ipſe cogatur ad monaſterium redire [*cc*], an aliam poſſit ducere uxorem [*dd*]: quæſtioni tuæ [*ee*] taliter reſpondemus: votum [*ff*] non tenuit, unde ratione voti non tenetur ad monaſterium redire, ulterius vero non poteſt uxorem accipere (*gg*); promiſit enim ſe non exigere (*hh*), quod in poteſtate ejus erat, & ideo tenuit votum [*ii*], non reddere (*kk*) non erat in ejus poteſtate, ſed in poteſtate mulieris. Unde Apoſtolus, *vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier* [*ll*]. cap. 3. eod.

### CAPUT IV.

*Idem Exon. Epiſcopo* [*mm*].

CUM ſis prœditus ſcientia litterarum, ignorare non potes, nec debes (*nn*) ſanctorum Patrum inſtitutioni obviare (*oo*), ut vir uxore ſua in ſæculo remanente (*pp*), aut uxor viro ſuo (*qq*) non aſſumente religionis habitum, debeat ad (*rr*) religionem tranſire. Quia cum vir & uxor (*ſſ*) una caro ſint, ſicut docet Apoſto- cap. 4. eod.

*terea ( quæſiviſti ) utrum*, Cont. plenius. *a Eſt*, additur in duobus Tarrac. *uxoris ſuæ monaſterium eſt ingreſſus*, concil. *uxoris ſuæ monaſterium ingreſſus*, Raim. & Cont. *b* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*c* Sic etiam in concil. *uxoris ſuæ revocari*, vetus Tarrac. *ab ipſo poſſit ad totum revocari uxoris*, vetus Gregor. *revocari uxoris*, Cont. & alii: cetera, ut edita ſunt. *d* Sic etiam concil. & Raim. *aut illa*, unus Tarrac.

*e Ad obſervationem perpetuæ continentiæ*, concil. *continentiam obſervare*, Raim. & Cont.

*f* Sic etiam Raim. *niſi, ubi ſubeſt timor incontinentiæ, uxor*, concil. vide cap. 4.

*g Vel* pro *aut*, unus Tarracon. *vel in conſpectu eccleſiæ continentiam*, concil. *aut perpetuo caſtitatem*, Raim.

*h Ad eam debet & poteſt, ab Epiſcopo revocari*, concil. *vir poteſt, & debet de monaſterio revocari*, vide eadem cap. 4. *i* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *k Remanere*, concil. & tres Tarrac.

*l Tranſire*, concil. aliis omiſſis. *m Commonenda*, concil. *n So.* additur in duobus Tarracon. hoc eſt *ſolitum P. c.* LICET. Cont. omnia omittunt Raim. & concil. d. parte 5. cap. 1. Integra clauſula exſtat cap. 3. de ſponſa duorum in hac collect. & in concil. parte 6. cap. 8. ſed plenius eſt in hac d. cap. 3.

*o* Sic etiam Raim. & d. cap. 3. in uno tamen Tarrac. eſt illic, *Unde* pro *Verum*: *illum*, additur in concil. non male. *p Etiam* pro *ita*, concil. & duo Tarracon. & d. cap. 3. & Raimund.

*q* Vox *etiam* non eſt in concil. neque in Gregor. *ſicut etiam quidam ſancti*, d. cap. 3. non male: in duobus tamen Tarrac. ut hic editum eſt. *r* Sic etiam Raimund. & d. cap. 3. *carnis*, concil.

*s* Sic etiam in concil. *licitum eſt*, d. cap. 3. & Raim. *licitum videtur*, duo Tarrac. *licitum eſſe*, vet. Tarrac. d. cap. 3. *t* Sic in concil. & d. cap. 3. *ad ſecunda vota tranſire*, Raimund.

*u Nondum* pro *non* vetus Tarracon. olim: *quia* pro *qui*, d. cap 3. Barcin. & concil. & Raim.

*x* Vox *ſimul*, non eſt in concil. tantum. *y* Sic etiam Raim. *ſatis poteſt unus converti ad Deum*, d. cap. 3. *ad Deum converti*, vetus Tarracon. ibid. *poteſt unus ad dominum tranſire*, concil.

*z* Sic etiam concil. & Raimund. *manere in ſæculo*, d. cap. 3.

*aa* Sic etiam concil. d. parte 5. cap. 2. *ſua*, additur in veteri Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*bb Ipſum eadem repetente*, concil. *qua ipſum repetente*, Raimund. *& eadem* pro *eadem*, vetus Tarrac.

*cc* Sic etiam in concil. *reverti* pro *redire*, duo Tarracon. *reverti ad monaſterium*, Raimund.

*dd Ducere in uxorem*, Raim. *accipere uxorem*, concil. *ee* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *Conſultat. tuæ*, Cont. & alii. *ff* Sic priori concil. edit. *quod votum*, Raim. & concil. edit. poſter.

*gg Non poterit accipere uxorem*, tres Tarrac. *non poteſt accipere uxorem*, concil. *non poterit uxorem ducere*, olim vetus Greg. mox *accipere*, ut Cont. & alii. *hh Debitum*, addunt Barcin. & unus Tarr. & concil. & Raim.

*ii* Sic in concil. *& ideo*, *quo ad hoc*, *votum tenuit*, Raim. *kk Autem*, addunt concil. & Raim.

*ll Uxor*, aptius diceretur. Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Paul. epiſt. 1. ad Corinth. cap. 7. *uxor ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uxor.* Poſt verba hujus capitis additum eſt a Contio, *Quia cum vir* &c. ut cap. 4. non ſine mendo. *mm* Sic vetus Greg. *Exonen.* Contius, & alii. *Exonien. Epiſcopo*, concil. d. parte 5. cap. 3. aptius. *nn* Sic etiam in concil. *non debes*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*oo Conſtitutioni eſſe contrarium*, unus Tarracon. & Raim. *inſtitutioni contrarium*, alter Tarrac. *conſtitutioni contrarium*, tertius: *conſtitutione contraditum*, concil. *pp* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſint licet in concil.

*qq Ejus*, Raim. *aut mulier viro*, concil. *rr* Sic etiam Raim. *non debeat ad*, concil. mendoſe.

*ſſ* Sic etiam concil. & Cont. cap. 3. hoc vero loco addit, *Ad monaſterium converti* &c. quæ verba ſunt capitis 5. Raim. hæc omiſit uſque ad illa, *Inde eſt. Quoniam* pro *Quia*, duo Tarracon.

ſtolus (*a*), non poteſt unus [*b*] ad Deum converti, & alter in ſæculo remanere. Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica prohibemus tibi, ne (*c*) in Epiſcopatu tuo, virum, vel uxorem, niſi uterque ad religionem migraverit, tranſire permittas, ſed ſi voluerint [*d*] ad Deum converti uterque ad frugem melioris vitæ tranſeat. Verum ſi uxor ita ſenex eſt [*e*], & ſterilis, quod ſine ſuſpicione (*f*) poſſit eſſe in ſæculo, diſſimulare poteris, ut vir ea in ſæculo remanente, & caſtitatem promittente ad religionem tranſeat [*g*].

## CAPUT V.

*Idem Strigon. & Colon. Archiepiſcopis* (*h*).

cap. 5. eod. Conjugatus ad monaſterium (*i*) converti deſiderans, prohibetur ſuſcipi, niſi uxor ejus (*k*) convertatur, nam dum unum utrorumque (*l*) corpus conjugii copulatione (*m*) ſit factum, incongruum eſt partem converti, & partem in ſæculo remanere, nec recipitur apud Deum illius viri converſio, cujus ſequitur conjugalis fœderis proſtitutio. Cum igitur cœtus clericorum (*n*) longe præminet cœtui monachorum, ut ita (*o*) aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat, nullus conjugatorum (*p*) eſt ad ordines ſacros promovendus, niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus, ut fiat deinceps [*q*] de carnali copula ſpirituale conjugium.

## CAPUT VI.

*Idem eidem* [*r*].

Sane ſi conjugati conſenſerint ordinari, etiam uxoris (*s*) voluntas prius requirenda eſt, ut ſequeſtrato (*t*) manſionis cubiculo, religione promiſſa, poſtquam pariter converſi fuerint ordinentur. Quod ſi in quibuslibet (*u*) eccleſiaſticis (*x*) gradibus providenter, ſollerterque [*y*] curandum eſt, ut in domo Dei nihil ſit inordinatum, nilque (*z*) præpoſterum, multo magis laborandum eſt (*aa*), ut in ejus promotione (*bb*), qui ſupra [*cc*] omnes gradus continetur [*dd*], non erretur. Inde eſt, quod f. v. [*ee*] auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne uxoratum in Epiſcopum præſumatis ordinare, niſi uxor prius profeſſa continentiam ſacrum velamen ſibi imponat, & religioſam veſtem aſſumat (*ff*): nolumus enim (*gg*) ut viri promotio uxori relictæ in ſæculo fieri perditionis poſſit occaſio. cap. 6. eod.

## CAPUT VII.

*Idem Brixien. Epiſcopo* (*hh*).

Ex publico inſtrumento (*ii*), quod nobis [*kk*] eſt præſentatum, & ex tenore litterarum tuarum nobis innotuit, quod cum v. frater noſter (*ll*) Veronen. Epiſcopus de mandato noſtro (*mm*) cauſam matrimonii, quæ inter Agelatem (*nn*) virum, & Mathemiam (*oo*) mulierem [*pp*] vertebatur, ſuſcepiſſet ſine canonico (*qq*) terminandam, auditis utriuſque par- cap. 7. eod.

*a* Sic etiam Contius cap. 3. *ut ait Apoſtolus*, concil. eſt autem hoc ex cap. 5. epiſt. ad Epheſios. οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. & poſtea: ἀντὶ τούτου καταλήψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Hoc eſt; *ita debent viri amare uxores ſuas, ut ſua corpora*; & poſtea: *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam.*

*b* Sic etiam Cont. d. cap. 3. *alter* pro *unus* concil. *non poſſunt*, *unus*, Tarrac. unus.

*c* *Tibi prohibemus*, *ne*, concil. vox *tibi* in Gregor. non eſt; *ut ne* pro *ne*, duo Tarracon.

*d* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *voluerit* pro *voluerint*, duo Tarrac.

*e* Sic in concil. & in Gregor. ordo tamen verborum in quibuſdam mutatur: *ſi ita uxor ſenex eſt*. Poſſe autem mulieres ſenes dici defendit M. Varro Pomponii veteris poetæ carminibus relatis.

*f* *Sine conceptione*, prior editio concil. *g* Sic etiam concil. *ut ea &c. ad religionem tranſeat vir ejuſdem*, Raimund. *h* *Strigonien. & Colocen. Archiepiſcopis*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *Strigonien. & Colonien.* d. parte 5. cap. 6. *Salonienſi* in marg. pro *Colonien. Colinum*, vetus Tarracon. non recte.

*i* Pauca hoc loco retulit Contius ex omiſſis a Raim. plura cap. 4. ut ſuſpicor operarum errato, in concil. ut edidimus, excepto *in* pro *ad*. *k* *Pariter*, addit Cont. cap. 4. *uxor illius ſimiliter*, concil.

*l* *Utrimque*, concil. *cum unum utrorumque*, Cont. cap. 4. *m* *Poſt conjugii copulationem*, concil. & Cont.

*n* Sic etiam Cont. *ſenatus ſ. clericorum*, concil. *ordo clericorum*, unus Tarrac. aptius: hæc recte ſunt a Raim. omiſſa, quæ cum monachorum rubore dicebantur. *o* *Ita ut*, concil. & Cont. & Barcin. & unus Tarr. aptius.

*p* Non videntur hæc recte ſuperioribus cohærere, ita autem ſunt in omnibus libris Tarrac. quattuor, uno Barcin. & in concil. & apud Cont. ita igitur interpretemur, ut a minori ad majus argumentum ſumptum eſſe videatur. *q* Hæc omittunt Raimund. & Contius.

*r* Sic in concil. d. parte 5. cap. 7. ſed *eiſdem* ſcribendum, ut apud Gregor. 9. & in uno Tarrac.

*s* Sic etiam in concil. vox *etiam* a Raimund. & Cont. eſt omiſſa.

*t* Hæc recte addit Contius a Raimund. omiſſa; ſunt in concil. eodem modo.

*u* Leonis verba ſunt epiſt. 85. ſive aliis 87. relata a Grat. diſt. 61. cap. 5. & in corp. can. cap. 49. & in concil. *x* *Eccleſiæ*, Leo ubi ſupra. *y* Sic etiam Cont. *ſcienterque*, concil. & Leo.

*z* *Nihilque*, concil. & Cont. & duo Tarrac. & Leo ubi ſupra *nil* pro *nihil* Cont. *domini* pro *Dei*, duo Tarr. & Leo. *aa* Sic etiam Cont. vox *eſt* in concil. deſideratur: *quanto magis elaborandum eſt*, Leo.

*bb* Sic etiam concil. & Cont. *electione*, Leo. *cc* *Qui ſuper*, Cont. ſolus.

*dd* Sic etiam concil. & Cont. *conſtituitur*, Leo aptius. *ee* Sic etiam Raim. *fraternitati tuæ*, concil. non recte.

*ff* Sic etiam vetus Gregor. *religioſam veſtem, vel vitam adſumat*, Cont. & alii: *religioni congruam veſtem aſſumat*, concil. *ſibi aſſumat*, unus Tarrac. *gg* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. excepta voce *etiam* pro *enim*. *hh* Sic etiam Raimund. & poſterior concil. editio d. parte 5. cap. 8. *Bilſienſi Epiſcopo*, prior editio, non recte. *ii* Sic etiam Raim. & poſterior editio concilior. *Expoſito inſtrumento*, prior.

*kk* Hæc omittunt Raimund. & Contius uſque ad illa, *nobis innotuit*; ſunt in concil.

*ll* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa: *venerabilis* pro *v.* concil. & duo Tarracon. vox *noſter* in veteri Tarrac. non eſt. *mm* Hæc ſunt in conc. omittunt Raimund. & Cont. *nn* *Agolatem*, vetus Tarracon. *Agolontem*, alter. *A.* tertius Tarracon. & Raim. *Agolantem*, Barcin. quod placet. *Agolechen.* concil.

*oo* *Matthæam*, concil. *M.* Raimund. *A.* unus Tarracon. *Machellam*, Barcin.

*pp* Sic in concil. & in Greg. *uxorem*, unus Tarrac. *qq* *Fine debito*, concil. omittunt Raim. & Cont.

partis (*a*) allegationibus, & rationibus inter eos judiciali ſententia, matrimonium approbavit, & eidem mulieri præcepit, ut ad virum ſuum rediret, & exhiberet (*b*) conjugalem affectum. Verum, cum eadem (*c*) mulier ad eum juxta ſententiam prædicti Epiſcopi regredi nollet, de mandato noſtro, ſicut accepimus, fuit vinculo (*d*) excommunicationis adſtricta. Ceterum, quia præfata mulier, licet a præfato viro deſponſata fuerit, adhuc tamen, ſicut aſſerit (*e*), ab ipſo eſt incognita: f. t. per A. s. pr. [*f*] m. qua. ſi prædictus vir mulierem ipſam non cognovit carnaliter, & eadem mulier, ſicut ex parte tua (*g*) nobis proponitur (*h*), ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam contrad. & ap. ces. (*i*) a ſententia, qua tenetur, abſolvas: ita quod ſi ad religionem tranſire maluerit (*k*), uterque reſtituat alteri, ſi qua alter ab altero habuerit (*l*); & vir ipſe [*m*], ea religionis habitum aſſumente, ad alia vota licentiam habeat tranſeundi. Sane quod dominus in evangelio dicit, *non licet viro uxorem ſuam, niſi ob cauſam fornicationis dimittere* (*n*); intelligendum eſt, ſecundum interpretationes [*o*] ſacri eloquii, de iis, quorum matrimonium eſt carnali copula conſummatum (*p*), ſine qua matrimonium conſummari [*q*] non poteſt, & ideo [*r*] ſi prædicta mulier non fuit (*s*) a viro ſuo cognita, licitum eſt ei (*t*) ad religionem tranſire.

## CAPUT VIII.

*Idem G. Priori* (*u*), *& fratribus S. Joannis, pars c. Ad petitionem.* (*x*)

UXoratum autem (*y*) ſine licentia propriæ uxoris (*z*) inter vos nullatenus recipiatis (*aa*), quæ ſi integræ famæ, & opinionis ita exiſtat (*bb*), quod nulla marito (*cc*) ſuſpicio habeatur, eam ad ſecunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat vivere, quæ ſi, prout dictum eſt, talis (*dd*) extiterit, marito ejus in conſortio veſtro recepto, ipſa publice in conſpectu eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filiis ſuis, familiaque poterit permanere (*ee*). Si autem talis fuerit, quæ ſuſpicione non careat (*ff*), voto continentiæ celebrato, a ſæcularium hominum converſatione ſe removeat, & in loco religioſo, ubi Deo ſerviat, perpetuo commoretur (*gg*). Nullus veſtrum audeat (*hh*) aliquam mulierem tonſurare, vel eam (*ii*) ad habitandum ſecum aſſumat.

cap. 8. eod.

## CAPUT IX.

*Idem Epiſcopo Sanctæ Agathæ* [*kk*], *pars c. De muliere* (*ll*).

SAne ſuper eo, quod quædam viro (*mm*) fidem dederit (*nn*), & ipſe illi, quod matrimonium inter ſe contraherent, & viro volente ſacramentum ſervare, mulier caſtam diſponit (*oo*) ducere vitam: d. t. (*pp*) taliter reſpondemus, quod ſi conjuncti (*qq*) non fuerint, mulier permittatur ad religionem tranſire, & domino relicto ſæculo militare. Quod ſi

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 50. cap. 30.

*a* Vox *partis* non eſt in concil. hæc etiam omiſſa ſunt a Raim. & Cont. uſque ad illa, *judiciali ſententia.*

*b* Sic etiam in concil. *ei*, additur in duobus Tarrac. *rediens exhiberet ei*, vetus Gregor. *eidem*, Cont. & alii: voce *ſuum* omiſſa tam in veteri, quam in editis. *c Unde* pro *Verum*, duo Tarracon. & Barcin. *quod cum venuerit*, vetus Gregor. *renueret*, Contius, & alii; ut editum eſt, concil. *d Vinculis*, concil.

*e* Sic etiam Raim. *ſicut ipſa aſſerit*, concil. *f* Hæc omittunt Raim. & Cont. *fraternitati tuæ per A. ſ. præſentibus* concil. *pr.* in uno Tarrac. non eſt: id ego *præcipiendo* interpretor, non *præſentibus.*

*g* Hæc ab eiſdem ſunt omiſſa, ſint licet in conciliis: excepta voce *ſua*, pro *tua.*

*h* Sic etiam in concil. *propoſuit*, unus Tarracon. olim, *proponit*, alter Tarracon.

*i Contradictione & appellatione ceſſante*, concil. hæc etiam omittunt Raimund. & Cont.

*k* Sic etiam in conc. *tranſierit*, Raim. *l Habuit*, conc. & tres Tarr. *quod ab eo noſcitur recepiſſe*, Raim. & Contius. *m* Hæc recte addit Contius a Raimund. præterita.

*n* Sic etiam concil. *Non licere viro, niſi ob cauſam fornicationis, uxorem ſuam dimittere*, unus Tarrac. & Raim. *non licere viro* &c. ut edita ſunt, alter Tarrac. hoc autem magis placet, ut *non licere*, ſcribatur, quam *non licet*; neque enim verba ipſa referuntur, ſed ſententia. Vide Matthæi cap. 5. & 19. & Marci cap. 10. & Lucæ cap. 16. *o Interpretationem*, malo ut eſt in concil. & in Gregor. & in duobus Tarrac.

*p Confirmatum*, eſt in uno Tarrac. tantum. *q* Sic etiam in concil. *confirmari*, Raim. & unus Tarr.

*r* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *s Non fuerit*, concil. & duo Tarrac. in tertio olim *non fuit*, mox *non fuerit.* *t* Sic in concil. vox *ei* in duobus Tarrac. non erat, in altero addita eſt.

*u* Ante hoc caput eſt in Barcin. aliud Urbani caput, quod poſitum eſt collect. 2. cap. 1. hoc titulo: vox *Idem* in eo libro ad Urbanum refertur, in aliis libris refertur ad Alex. 3. *Idem Priori G. & fratribus juxta diſciplinam bonæ memoriæ Electi viventibus*: in concil. d. parte 5. cap. 9. *Idem Prioribus & fratribus ſancti Joannis*, vetus Gregor. *Priori*, Cont. & alii editi. *x* Sic etiam Cont. Hæc omittunt concil. & Raim. integra clauſula exſtat cap. 1. de regularibus in hac collect. & parte 27. cap. 5. in concil.

*y Uxoratus*, Barcinon. & duo Tarrac. & concil. & Raim. & d. cap. 5. partis 27. vox *autem* omittitur a Raimund. tantum. *z* Sic etiam in concil. vox *propriæ*, non eſt in Gregor.

*aa Recipiatur*, unus Tarrac. & Barcin. & concil. & Raim. *bb* Sic etiam in concil. vox *ſi* in uno Tarrac. non eſt in altero prius fuerat, poſtea expunctum eſt: *quæ integræ opinionis ita exiſtat*, vetus Gregor. *exiſtat ita*, Contius, & alii. *cc* Sic etiam Raimund. *nulla merito*, concil.

*dd Quod* pro *quæ*, concil. & unus Tarrac. *quæ ſi talis*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis.

*ee Remanere*, concil. *& familia poterit permanere*, Raimund.

*ff* Vox *non* deſideratur in concil. & olim in uno Tarrac. eſt in Gregor. *gg Moretur*, concil.

*hh Audiat*, mendoſe in poſteriore concil. editione: omittitur a Raim. & Contio.

*ii* Sic etiam in concil. *vel ad habitandum ſecum præſumat aſſumere*, Raim. Poſt verba hujus capitis ſequuntur ea, quæ retulimus cap. 1. de regularibus. *kk Agathes*, vetus Tarrac. & concil. *Agathenſi*, Barcin. in quo eſt hoc cap. 10. & *Urbani Papæ*, ut diximus cap. 8. ſed ex concil. didicimus eſſe ex lib. 12. regiſtri Alexandri 3.

*ll* Integra clauſula exſtat cap. 3. de pœnit. collect. 2. quod *Alex.* 3. inſcribitur, & in concil.

*mm Quædam mulier viro*, concil. & Barc. & tres Tarrac. *nn Dedit*, Barc. & concil. & duo Tarrac.

*oo Diſpoſuit*, concil. *pp Dis. t.* vetus Tarrac. *diſcretioni tuæ*, concil. *qq Si juncti*, concil.

UNED

ſi facere noluerit, & in ſæculo [a] caſte vivere diſpoſuerit, quia hoc ſuſpectum eſſet (b), & ſe (c) ad utrumlibet, ad bonum videlicet, & malum (d) poſſet habere [e], ipſam matrimonium coſummare [f] conſtringas: beatum enim Joannem, & plures alios (g) ab ipſis etiam (h) ſponſaliciis ad vitam contemplativam legimus evocatos, & ideo (i) eidem mulieri confidenter permittere poteris, ut tranſeat ad religionem caſtitatis votum ſervatura.

## TITULUS XXIX.

## DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE [k].

### CAPUT I.

*Alexander III. Exon. Epiſcopo* [l].

De Voto, cap. 1.

DE peregrinationis quoque votis (m), an eleemoſynis redimi poſſint, vel aliud (n) pro neceſſitate impleri; tibi reſpondemus (o), quod ab ejus, qui * poſſidet [p], dependet (q) arbitrio, ut conſideret diligentius, & attendat (r) qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis (s): s. an id ex (t) infirmitate, ſeu affluentia divitiarum contingat, utrum (u) peregrinatio, an recompenſatio melior fuerit (x), & Deo (y) magis accepta, & ſecundum hoc debet inde diſpenſare [z].

* *præſidet*, Cujac.

### CAPUT II.

*Idem Norwicen. Epiſcopo (aa).*

VEnientis ad nos R. clerici (bb) narratione audivimus (cc), quod cum in puerilitate [dd] conſtitutus fuiſſet, Hieroſolymam ſe diſpoſuit profecturum (ee), cuidam quoque conſocio (ff), qui nihilominus [gg] ſepulchrum dominicum propoſuerat (hh) viſitare, fidem dedit, & ſuam ab eo recepit [ii], quod ſibi (kk) invicem in via ſocii fideles (ll) exiſterent, & bonam (mm) ſocietatem ſervarent: qui utique (nn) ſollicita mente revolvens ad nos acceſſit, ut ſibi ſuper hoc noſtrum auxilium [oo] aperiremus; nos autem ipſum gravi infirmitate [pp] laborare, ſicut aſſerit, intelligentes, & quod in partibus orientis ejus adventus parum utilitatis conferret, diligentius attendentes, præſertim cum non ſit licitum, clericum infra ſacros ordines conſtitutum arma ſumere, vel [qq] ſanguinis effuſioni vacare, ipſum a voto, quod in ætate tenera, facilitate potius (rr), quam ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſolvimus, & ad propria remittimus abſolutum (ſſ); ita tamen quod idem votum eleemoſynis redimere debeat [tt], & juxta conſilium noſtrum (1) [uu] toto vitæ ſuæ tempore uni pauperum Chriſti tam in victu, quam in veſtitu (xx), dummodo ad hoc (yy) ſuæ facultates ſufficiant, debeat providere (zz). cap. 2. eod.

TI-

(1) Alii, *veſtrum.*

*a* Sic etiam in concil. *ſed* pro *&*, unus Tarrac. *b* *Eſſe*, olim vetus Tarrac. *eſſe poſſet*, concil.
*c* Vox *ſe* non eſt in concil. *d* *Et ad malum*, concil. & duo Tarracon.
*e* *Haberi poſſet*, concil. *f* *Ipſum matrimonium conſummari*, concil.
*g* *Complices* pro *plures*, prior concil. editio: *complures*, poſterior rectius: vide cap. 2.
*h* Vox *etiam* in uno Tarrac. deſideratur, eſt in concil. *i* Sic in concil. deletum eſt, *&*, in uno Tarrac, poſt hujus capitis verba additur in concil. *Præterea de muliere* &c. ut cap. 16. de ſponſalibus in hac collect. quod ſolum exſtat in Gregor. *k* *De votis, & votorum redemptione*, vetus Gregor. non male: ut editum eſt, Cont. & alii. *l* Sic etiam Raim. *Exonien.* unus Tarrac. *Exonienſi Epiſcopo*, in concil. parte 35. cap. 3. tit. de pœnitentia; ſed parte 49. cap. 19. inſcriptio deſideratur.
*m* Ante hæc verba additur in concil. d. cap. 3. *Pars capituli* MEMINIMUS: id neque d. cap. 19. neque in Gregor. eſt. Integra clauſula eſſe potuit, quæ poſita eſt collect. 2. ſub tit. de accuſationibus cap. 2. Vox *quoque*, non eſt d. cap. 3. neque apud Raimund. & Cont. *De voto peregrinationis*, d. cap. 19.
*n* *Poſſit, vel per alium redimi*, d. cap. 19. *redimi poſſint, vel per alium pro neceſſitate adimpleri*, d. cap. 3. *redimi poſſint, vel pro neceſſitate in aliud commutari*, Raim. *o* Sic etiam d. cap. 3. vox *tibi* a Raim. & Contio eſt omiſſa, & ab uno Tarracon. *tibi nihilominus reſpondemus*, d. cap. 19.
*p* Scribe, *qui præſidet*, ut in duobus Tarracon. & in concil. & in Gregor.
*q* Sic etiam in conc. *pendet*, Raim. *r* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*s* Sic d. cap. 19. & Raim. *commigrationis*, d. cap. 3. quod non æque placet.
*t* *Scilicet an id ex* d. cap. 19. *an ex*, vet. Greg. *ſcilicet an ex*, Cont. & alii: *ſeu id ex*, d. cap. 3.
*u* *Contingat*, *& utrum*, concil. utrobique; *aut alia cauſa probabili*, vet. Greg. *an* pro *aut*, Cont. & alii.
*x* *Aut* pro *an*, vetus Gregor. *an*, Cont. & alii: *an recompenſatio utilior ſit*, d. cap. 19. *utilior fuerit*, d. cap. 3.
*y* *Et ideo*, unus Tarrac. *z* *Idem* pro *inde*, vetus Tarrac. *exinde*, concil. & Raim.
*aa* *Norwicen.* concil. parte 50. cap. 15. *Norvicen.* vetus Tarrac. & Raim. *ex libro 8. regiſtri Alex. 3.* concil.
*bb* Sic etiam concil. *R.* pro R. vetus Tarrac. & vetus Gregor. vox *clerici* non eſt in eodem veteri, neque in editis Gregor. cetera, ut edita ſunt. *Pervenientis*, in marg. Contius. *cc* Sic etiam concil. *accepimus*, Raim.
*dd* *Puerili ætate*, Barcin. & duo Tarrac. & concil. aptius: *quod in puerili ætate*, Raim.
*ee* *Se Hieroſ.* &c. concil. *Hieroſolymam diſpoſuit proficiſci*, Raimund. apertius.
*ff* Vox *conſocio* non eſt in Gregor. *& cuidam conſocio ſuo*, concil.
*gg* Omittit Raimund. & Cont. eſt in concil. *hh* *Propoſuit*, Barcinon. tantum.
*ii* *Ab eo fidem recepit*, concil. *recepit ab eo*, Raimund. *kk* Mendoſe Cont. *ſi* pro *ſibi.*
*ll* Vox *ſocii* non eſt in concil. eſt in Gregor. *mm* Recte Cont. addit omiſſa a Raim. quæ ſunt etiam in conc.
*nn* Sic etiam in concil. *quod utique*, Barcin. & vetus Tarrac. *quod uterque*, Cont. mendoſe.
*oo* Sic etiam concil. ſed in margine in poſter. edit. *conſilium*, quod habet Contius, & Barcinon. & unus Tarracon. *pp* Hæc uſque ad illa, *ipſum a voto*, Raim. & Cont. omiſerunt: ſunt in concil.
*qq* *Cum ſit clericis illicitum in ſacris ordinibus conſtitutis arma aſſumere, aut*, concil. aptius.
*rr* Sic etiam Raimund. *facilitate animi potius*, concil. *ſſ* Hæc neque in concil. ſunt, neque apud Raimund. & Cont. *tt* Sic etiam in concil. *redimat*, Raim. *uu* Sic etiam in concil. *veſtrum*, duo Tarracon. & vetus Gregor. *noſtrum*, Contius, & alii: *prælati ſui, vel veſtrum*, Barcinon.
*xx* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. ante verbum *providere.*
*yy* Sic etiam Raim. *dum ad hoc*, concil. *zz* Sic etiam Raim. vox *debeat*, in concil. deſideratur.

UNED

## TITULUS XXX. DE STATU MONACHORUM, ET CELLIS EORUM (*a*).

### CAPUT I.

*Gregorius F. Epiſcopo Neapolis* [*b*].

De ſtatu monach. c. 1. THeodoſius &c. & infra (*c*). In aliquo monaſterio [*d*] nec tu, nec presbyteri tui (*e*), præter diligentiam diſciplinæ, aliquid moleſtiarum inferant (*f*), aut ſi quid illis (*g*) pro diverſorum devotione acceſſerit (*h*), ſibi extiment vendicari (*i*), cum monachis in eodem loco ſervientibus (*k*) debeat proficere, quidquid a fidelibus contigerit [*l*].

### CAPUT II.

*Ex concilio Lateranen.* (*m*)

c. 2. eod. t. MOnachi non pretio recipiantur in monaſterio, nec peculium (*n*) permittantur habere, non ſinguli per villas, & oppida (*o*), ſive per quaſcumque (*p*) parochiales ponantur eccleſias, ſed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec ſoli (*q*) inter ſæculares homines ſpiritualium hoſtium conflictum expectent (*r*), Salamone dicente: *Væ ſoli, quia ſi ceciderit, non eſt, qui ſublevet eum* (*s*). Si quis autem exactus pro ſua receptione (*t*) aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. Is vero, qui eum receperit (*u*), officii ſui ſuſpenſione (*x*] mulctetur. Qui vero peculium habuerit [*y*], niſi ab Abbate fuerit ei pro injuncta adminiſtratione permiſſum, a communione (*z*) removeatur altaris (*aa*), & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & digne non pœnituerit (*bb*), nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat ſepulturam (*cc*); quod etiam de univerſis [*dd*] religioſis præcipimus obſervari. Abbas autem, qui diligenter iſta non caverit (*ee*), officii ſui jacturam ſe noverit incurſurum. Prioratus quoque ſeu obedientiæ (*ff*) pretii datione (*gg*) nulli tradantur (*hh*); alioquin dantes (*ii*), & accipientes a miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. Priores autem cum [*kk*] in eccleſiis conventualibus fuerint conſtituti (*ll*), niſi pro manifeſta cauſa, & rationabili, non mutentur, videlicet ſi lapidatores fuerint [*mm*], ſi incontinenter (*nn*) vixerint, aut tale aliquid (*oo*) egerint, pro quo amovendi merito videantur (*pp*), aut ſi etiam pro neceſſitate majoris officii, de conſilio (*qq*) fratrum fuerint transferendi.

## TITULUS XXXI. DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPIS SINT SUBJECTÆ [*rr*].



CA-

*a* *Et clericorum*, unus Tarrac. *& canonicorum regularium*, Raim. Poſt vocem *eorum*, additur in vet. Tarrac. *& quod non mutentur, niſi rationabili cauſa.* *b* *Neopolita.* unus Tarrac. *Gregor. Archiepiſcopo Neapolis*, vetus Raim. liber. *Greg.* 3. editi libri: *immo* PRIMUS *lib.* 7. *indict.* 2. *epiſt.* 15. Cont. recte. In veteri tamen regiſtro eſt *Indict.* 7. *lib.* 12. *epiſt.* 21. ſcribendum igitur eſt ex regiſtro: *Gregorius Fortunato Epiſcopo Neapolis*, ut in veteri ſive *Neapolitano*, ut in editis. *c* *Theodoſius*, *& infra*, Raim. recte Cont. addit a Bern. & a Raim. prætermiſſa. Ego ea non repetam; tantum, quod ille ſcribit, *in domo quondam Martini*, me inveniſſe ajo editum eſſe. *Marini* pro *Martini*, & poſt verba *ſancti Archangeli*, addi in veteri regiſtro, *Michaelis.*

*d* *Alicui monaſterio*, Raimund. neutrum Gregor. dixit: ſed hæc *ita ut in eodem monaſterio*, regiſtr. & Cont.

*e* *Neque fraternitas tua*, *neque presbyteri*, regiſtr. ut editum eſt, Raimund. & Contius.

*f* Sic etiam regiſtr. *moleſtiæ inferatis*, Raimund. & Contius.

*g* *Illic*, regiſtr. & duo Tarrac. *aut aliquid*, *quod illis*, vetus Raim. liber: *aut ſi quid illic*, Cont. & alii.

*h* Sic etiam Raim. & Cont. *commoditatis acceſſerit*, regiſtr. *i* *Sibi æſtiment vindicari*, vetus regiſtr. *vobis vendicari æſtimetis*, vetus Raim. liber, *vobis vindicare æſtimetis*, Contius, & alii.

*k* *Deſervientibus*, regiſtr. & Barcinon. & tres Tarrac. *ibi ſervientibus*, Raim. *ſibi*, pro *ibi*, Cont. non recte.

*l* Scribe, *a fidelibus offerri contigerit*, ut eſt in regiſtro, & in tribus Tarrac. *offerri contigerit*, Barcin. aliis omiſſis: *a fidelibus taliter offerri contigerit*, Raim. Poſt hujus capitis verba eſt in Barc. *cap.* 1. hoc titulo collect. 2.

*m* Sic etiam Raim. adde *cap.* 10. ex concil. & Gul. Neubr. *cap.* 7. Cont. eſt autem ſub Alex. 3. habitum id concilium. *n* Sic etiam Raimund. *non* pro *nec*, concil. & Barcinon.

*o* Sic etiam in concil. *nec* pro *non* Raim. *vias* pro *villas*, vetus Tarrac. olim, vox *&* in uno Tarrac. deſideratur: vide cap. 3. & 4. de capell. monach. in Gregor. *p* Vox *ſive* non eſt in duobus Tarracon. neque apud Raimund. *ſeu ad quaſcumque* concil. *ſeu quaſcumque* Gul. *per quaſdam*, vetus Gregor. *per quaſcumque*, Cont. & alii. *q* Sic etiam concil. & Raimund. *ne ſoli*, Gul. non male.

*r* Sic etiam Raimund. *expectent*, Gul. & Barcinon. *conflictionem expectent*, concil.

*s* *Cum* pro *ſi* Raimund. & Gul. *non habet ſublevantem*, concil. & Gul. *ſe* additur Eccleſiaſt. cap. 4. & *cum* pro *ſi* illic eſt, ut diximus cap. 3. de electione. *t* Sic in concil. & in vet. Gregor. *ſua redemptione*, Cont. & alii non recte. *u* Sic etiam vetus Gregor. *recipit*, Cont. & alii. *Is autem, qui acceperit*, concil. *Is autem, qui eum receperit*, Gul. *x* Vox *ſui* non eſt in Gregor. neque in uno Tarracon. *officii ſui privatione*, concil. *officii privatione*, Gul. *y* Sic etiam Raim. & Gul. *habuit*, duo Tarrac. *Si* pro *Qui*, concil. cetera, ut edita ſunt.

*z* Sic etiam Raimund. *de* pro *a*, concil. *commiſſum a communione*, Gull. *aa* Hæc vox deſideratur in veteri Gregor. *bb* Sic etiam Raim. hæc in concil. non ſunt, neque apud Gull.

*cc* Sic etiam Raim. *recipiat* pro *accipiat*, concil. *dd* Sic etiam Raimund. *de diverſis*, concil. non ſine mendi ſuſpicione. *ee* Sic etiam vetus Gregor. *iſta diligenter*, Cont. & alii. *Abbas etiam, qui iſta diligenter non curaverit*, concil. *Abbas autem, qui iſta non curaverit*, Gull. *ff* *Vero* pro *quoque*, vetus Tarracon. *ſive* pro *ſeu*, concil. ut editum eſt, Raim. & Gul. *gg* Sic etiam concil. *pretii donatione*, Raimund.

*hh* Sic etiam Raim. & Gull. *nulla* concil. pro *nulli.* *ii* *Et dantes*, concil.

*kk* Sic etiam Raim. *Priores vero cum*, concil. *Priores autem*, Gul. voce *cum* omiſſa.

*ll* Sic etiam in concil. verbum *fuerint*, omittit Gul. *per electionem capitulorum ſuorum canonice fuerint inſtituti*, Raimund. *mm* Scribe *ſi dilapidatores*, ut in concil. & in Barcin. & in tribus Tarrac. & in Gregor. veteri: *ut videlicet*, Cont. & alii. *nn* Sic etiam Raimund. & Gul. *nec continenter*, concil.

*oo* *Aliquid tale*, concil. *tale aliud*, duo Tarracon. & vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*pp* Sic etiam Raimund. *merito videbantur*, concil. *ſint merito*, Gul.

*qq* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *de concilio*, Contius, & alii.

*rr* Sic etiam vetus Gregor. *Epiſcopo* pro *Epiſcopis*, Cont. & alii, & duo Tarrac. & Barcinon. *ſubditæ* pro *ſubjectæ*, unus Tarracon. *& ut* pro *ut*, Barcinon. & vetus Tarraconenſis.

UNED

CAPUT I.

*Gregorius Victori Neapolis Epiſcopo (a).*

De relig. dom. c. 1. NUnc ad hanc baſilicam (b), quæ dedicanda eſt, illud debet (c) diſquiri, quis, ideſt, cujus civitatis (d) antequam baſilica, quæ nuper fabricata eſt (e), fundaretur, baptizaverit incolas; ad cujus (f) conſignationem ſub annua devotione concurrerunt (g): non enim terminis, aut locis (h) convenit diffiniri, ſed illius facere (i) diœceſim, qui ſuperius continetur, ut conſtet commanentes, a quo fuerint lavacri regeneratione purgati, & ideo, fratres chariſſimi, amotis ambagibus, & omni circuitione ſemota (k), hæc vos (l) modis omnibus convenit inveſtigare, ut ille maxime ad conſecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem ſcripſimus, conſtat debere permitti.

CAPUT II.

*Ex decretis Eugenii Papæ (m).*

cap. 3. eod. DE xenodochiis, & aliis ſimilibus locis per ſollicitudinem Epiſcoporum, in quorum diœceſi exiſtunt, ad eaſdem utilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinentur.

CAPUT III.

*Gregorius Agapeto Epiſcopo (n).*

cap. 2. eod. QUia monaſterium (o), quod in fundo Marciano provinciæ Campaniæ (p) ſitum eſt, hoſtilitate (q) faciente penitus (r) dicitur deſolatum, tuo illud (s) monaſterio cum omnibus rebus ſuis, vel quæ ei competunt, actionibus (t), utile proſpeximus (u) uniendum, & infra (x). Ipſum autem monaſterium ſic tuæ (y) ordinationi commiſiſſe cognoſcas, ut tamen juriſdictionem illic non Epiſcopus Surrentinus [1], in cujus civitate monaſterium tuum eſt (z), ſed [aa] Micenus [2], cujus eſt diœceſis, habeat; nam ſic hujus loci ordinationem diſponimus, ut tamen jura ſua ſingulis Epiſcopis inviolata ſervemus.

CAPUT IV.

*Urbanus III. Annun.* [3] *Epiſcopo (bb).*

LIcet ad ea, & infra (cc). Ad hæc ſuper cap. 4. eod.
eo (dd) quod quæſitum eſt (ee), utrum hoſpitalis domus poſſit in ſæculare habitaculum (ff) commutari, duximus reſpondendum (gg), quod ſi locus ille (hh) ad hoſpitalitatis uſum, & pauperum proviſionem fuerit, ſicut moris eſt (ii), auctoritate Pontificis [kk] deſtinatus, cum ſit religioſus, non debet (ll) mundanis uſibus deputari; ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis, & aliis utenſilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua conſuetudo indubitanter obſervare [mm], & venerabilium patrum edocent ſanctiones.

TITULUS XXXII.

DE CAPELLIS MONACHORUM, ET ALIORUM RELIGIOSORUM [nn].

CAPUT I.

*Urbanus II. In concilio Claromontenſi* [oo].

COngregato [pp] apud Claromontenſem De capell. mon. c. 1.
urbem multorum Epiſcoporum ſynodali conventu, propoſita eſt nobis a quibuſdam eo-

[1] Alii, *Vicentinus.*
[2] *Nucerinus*, Greg. IX.
[3] *Ariminen.* Greg. IX.

*a Gregor. Wictori Archiepiſcopo Neapolis*, vet. Gregor. *Victori*, Contius, & alii: in marg. *Gelaſius*, Cont. Evangelia dabimus locum oſtendenti, a quo hæc ſumpta ſint. *b Nunc autem* pro *Nunc*, Barcin. *Nunc autem ad Baſilicam*, Raim. vox *autem* oſtendit partem eſſe alterius capitis; id etiam ante hæc verba deſideratur.

*c* Vox *illud* a Raimund. & Contio eſt omiſſa. *d Epiſcopus* addendum, ut eſt in duobus Tarraconenſibus, & in Barcinon. *cujus civitatis Epiſcopis*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis.

*e Fundata eſt*, unus Tarrac. omnia Raim. & Cont. omiſerunt. *f Et ad cujus*, Raim.

*g Concurrerint*, tres Tarracon. & Raimund. *h Hæc, aut locis*, Raimund. plenius.

*i* Multa omittunt Raim. & Cont. *k Submota*, Barcin. *l Hoc vos*, duo Tarrac.

*m* Hoc etiam caput nuſquam invenimus præter quam in hac, & in Gregor. collectione.

*n Abbati*, eſt in tribus Tarrac. & in Barcin. & apud Raim. & lib. 9. epiſt. 67. regiſtri B. Gregorii.

*o* Ante hæc verba deſideratur initium hujuſmodi: *Ne rebus venerabilibus, vel quando cuilibet culturæ deſit officium, noſtra debet ſollicite cura proſpicere. Quia igitur monaſterium* &c. ſic vetus liber regiſtri, *licet* pro *cuilibet*, editus liber. Hæc omittunt Raimund. & Cont. editis verbis exceptis.

*p* Hæc etiam ab eiſdem omiſſa ſunt: exſtant in regiſtro. *q Ita*, eſt in regiſtr. ante hanc vocem non eſt apud Raimund. *r A congregatione funditus*, regiſtr. omnia omittunt Raim. & Cont.

*s* Ante hæc verba alia ſunt in regiſtr. *ut ne unus exinde monachus, qui aliquam illic ſollicitudinem, vel curam debeat adhibere, remanſerit: tuo illud* &c. *t* Sic etiam Raim. *actiones*, regiſtr. Barcin. & tres Tarrac.

*u* Sic etiam regiſtr. *utile perſpeximus*, duo Tarracon. *perſpeximus*, vet. Gregor. altera voce omiſſa; *utile perſpeximus*, Cont. & alii. *x* Sic etiam Raim. & Cont. *ut res ejus tenendi, vel a detinentibus vendicandi libera tibi ſit, & ſine aliqua dubietate licentia; in quo etiam ſtudii tui ſit monachos deputare, qui illic tempore, quo intervallum de hoſte fuerit, & opus Dei celebrare, & decenter debeant deſervire: nec aliqua illud præſumas excuſatione negligere; quod ideo curæ tuæ, ut ſollicitudinem illic debeat adhibere, committitur*, regiſtr.

*y Nos*, addit regiſtr. & Barcinon. & tres Tarracon. & Raim. *z* Sic etiam in regiſtr. *ſitum*, addunt duo Tarracon. & Raimund. *aa Sed Nucerinus*, regiſtr. & Raimund. & unus Tarracon.

*bb Ariminenſ.* ſcribendum ex tribus Tarracon. & Barcinon. & Gregorianis.

*cc Pars cap.* LICET: duo Tarrac. & Barcin. & Cont. Integra clauſula exſtat cap. 3. de conjugio ſervorum in hac collectione, eidem *Ariminenſi Epiſcopo*, inſcripto. *dd Ad hæc, & infra*, Raim. aliis omiſſis, quæ recte addidit Cont. *Ad hæc, & infra: ſuper eo*, &c. duo Tarrac. *ee* Sic etiam Cont. *a nobis*, addit unus Tarr.

*ff In ſæcularem habitum*, duo Tarrac. & Cont. *gg Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus*, Raim. & Cont.

*hh* Vox *ille* omiſſa eſt a Raim. & Contio. *ii Fuit* pro *fuerit*, Barc. & tres Tarr. *mos* pro *moris*, unus Tarr. ut editum eſt, Raimund. *kk* Sic etiam Raimund. & Cont. *Pontificali*, unus Tarracon.

*ll* Sic etiam Gregor. 9. *non debeat*, Barcin. & tres Tarracon. *mm Obſervat*, Raim. aptius.

*nn* Sic Raim. *virorum*, addit Barcin. *& de clericorum repræſentatione*, addit vetus Tarrac.

*oo III.* pro *II.* vet. Tarrac. *Urbanus II.* vetus Greg. aliis omiſſis. *III.* Cont. & alii. *Claremontenſi*, Barcin.

*pp* Hæc uſque ad illa, *In eccleſiis* &c. omittunt Raim. & Cont. ut exiſtimo, quia viſa ſunt temporibus quibuſdam tantum accommodata.

UNED

corum quæſtio de eccleſiis, vel de eccleſiaſticis poſſeſſionibus a clericis, vel monachis, uſque in præſentiarum, inconſultis Epiſcopis acquiſitis, nos autem uſi ſaniori conſilio eorundem Epiſcoporum condeſcendentes pro tempore, providenteſque eccleſiaſticæ paci, vel quia aliter, abſque inevitabili ſcandali periculo, hujuſmodi quæſtio non poterat procedere, Apoſtolica auctoritate decernimus, ut ea, quæ a clericis, vel monachis, vel a quibuſcumque perſonis, prout potuerunt, uſque hodie fuerunt acquiſita, rata perenniter, & inconcuſſa permaneant: hoc tamen tenore, ne impoſterum inconſultis Epiſcopis talia præſumant. In eccleſiis, ubi (*a*) monachi habitant, populus per monachum non regatur, ſed capellanus, qui populum regat, ab Epiſcopo per conſilium monachorum inſtituatur (*b*), ita tamen, ut (*c*) ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tam ordinatio, quam depoſitio (*d*), & totius vitæ pendeat converſatio.

### CAPUT II.

*Ex concilio Lateran.* (*e*) *pars c. Cum & plantare* (*f*).

De privil. c. 3.

IN eccleſiis religioſorum (*g*), quæ ad eos pleno jure non pertinent (*h*), inſtituendos presbyteros Epiſcopis repræſentent (*i*), ut eis quidem (*k*) de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem, inſtitutos autem (*l*) inconſultis Epiſcopis non audeant removere.

### CAPUT III.

*Alexander III. dilectis filiis* [*m*] *univerſis monachis* (*n*) *per Cantuarien. provinciarum conſtitutis.*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 15. c. 24.

CUM deceat nos commodis, & profectibus eccleſiarum ferventer [*o*] intendere, nobis ſummopere congruere (*p*) dignoſcitur, ut earum ordinationibus tanto ſtudioſius intendamus, & ne inordinatæ remaneant, vigilem curam, & ſollicitudinem adhibeamus. Inde eſt, quod univerſitati veſtræ per A. s. pr. m. [*q*] ut eccleſiis [*r*], in quibus repræſentationem (*s*) habetis (*t*), cum vacaverint, diœceſanis Epiſcopis clericos idoneos præſentetis, qui illis de ſpiritualibus, vobis autem (*u*) de temporalibus debeant reſpondere.

## TITULUS XXXIII.

## DE JURE PATRONATUS, ET ECCLESIIS A LAICIS CONCESSIS (*x*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Mediomatricis* (*y*).

De jure patron. c. 1.

RElatum eſt ad ſanctam ſynodum (*z*), quod inter heredes etiam eccleſiæ (*aa*) in rebus propriis conſtitutæ dividantur, & tanta per eandem diviſionem ſimultas oriatur, ut de uno altari tres (*bb*) partes fiant, & ſingulæ partes (*cc*) ſingulos habeant presbyteros, quod ſine diſcordia, & ſimultate, nullo modo fieri poteſt (*dd*). Unde nobis viſum eſt, quod hujuſmodi eccleſiæ (*ee*) inter heredes (*ff*) dividi non debeant (*gg*), & ſi in contentionem venerint, & ſimultates (*hh*) inter eos (*ii*) ſurrexerint, per quas [*kk*] ſacerdos ſuo ibi officio canonice fungi non poſſit, præcipiatur ab Epiſcopo civitatis [*ll*], ut nullo modo ibi miſſarum ſollemnia celebrentur, donec illi [*mm*] ad concordiam redeant, & pari modo, & pari conſilio eccleſia (*nn*) illa ſacerdotem (*oo*) canonice habeat, qui libere ſuum miniſterium agere poſſit (*pp*).



CA-

*a* Hoc eſt caput 2. in Barcin. & in tribus Tarracon. & ante hæc verba ſcriptum eſt, *Idem*, in duobus Tarr. *Item*, in Barcin. nihil in tertio & quarto Tarracon. *In eccleſiis vero, ubi* &c. Barcin. ut editum eſt, Raim. & Cont. *b* Sic etiam Raim. *conſtituatur*, Barcin. *c Ita ut*, Raim.

*d* Sic vetus Gregor. *ejus*, addunt Cont. & alii poſt vocem *ordinatio*. *Quam & depoſitio*, Barcin.

*e* Adde *cap.* 9. non 18. ut apud Cont. ut editum eſt, Raim. hoc eſt *cap.* 3. in Barcin. & tribus Tarrac.

*f Cum in apoſtolica*, duo Tarrac. non recte. Integra clauſula exſtat ſub titulo de privilegiis c. 3. & in concil.

*g In eccleſiis ſuis*, concil. & d. cap. 3. *In eccleſiis vero ſuis*, Raim. Loquitur autem de templariis, & hoſpitalariis. *h* Sic etiam d. cap. 3. & in concil. & in Gregor. *non pertineant*, unus Tarrac. d. cap. 3.

*i* Sic etiam d. cap. 3. & Raim. *præſentent*, concil. *k* Vox *quidem*, omittitur a Raim. & Contio; habent ceteri. *l* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *etiam* pro *autem*, Cont. & alii, *vero*, d. cap. 3. Poſt verba hujus capitis ſequuntur alia videnda d. cap. 3. & in concil. *m* Hæc non ſunt in concil. hoc eſt *cap.* 4. in Barcin. & in tribus Tarracon. *n Regularibus*, additur in concil. & in duobus Tarracon.

*o Firmiter*, concil. *p Competere*, concil. *q* Hæc in concil. deſiderantur.

*r Ut in eccleſiis*, concil. & unus Tarrac. aptius: *quat. in eccleſiis*, vetus Tarrac. & Barcin. non male.

*s Præſentationem*, concil. *t* Sic etiam in concil. *habeatis*, vetus Tarracon.

*u* Vox *autem*, non eſt in concil. *x Et eccleſiis tam clericis, quam laicis commiſſis*, Barcin. *& clericorum inſtitutionibus*, concil. parte 15. poſt concil. Lateran. *y* Sic etiam vetus Gregor. *Mediolanenſi*, Cont. & alii. *Mediomatricis cap.* 1. Burch. lib. 3. cap. 42. *Mediomatricenſi cap. XI.* Ivo parte 3. cap. 46. decreti. Sed in conciliis exſtat *cap.* 26. *Cabilonenſ.* 2. *ſub Carolo Imp.* *z Relatum eſt, & infra*, vetus Gregor. *Perlatum eſt (ad S. ſynodum &c.)* Cont. ſit in aliis editis. *Perlatum* pro *Relatum*, & in tribus Tarrac. & in Barcin. *Perlatum ad nos eſt*, concil. at Burchard. & Ivo, ut in Barcin. eſt. *aa* Vox *etiam* non eſt in concil. neque apud Burch. & Ivon. neque in duobus Tarrac. eſt in veteri tertio, ſed deleta, ſive expuncta: non habet Cont.

*bb Quattuor*, Burch. & Ivo, & Barcin. & duo Tarracon. & Cont. *ut unius altaris quattuor*, concil.

*cc* Hæc in uno Tarrac. deſiderantur. *dd* Sic omnes; *geri poteſt*, concil. tantum.

*ee Quod hujuſcemodi eccleſiæ*, concil. Burch. & Ivo: *quod eccleſia*, Raim. & Cont.

*ff Patroni*, addit Raim. ſolus. *gg* Sic etiam concil. Burch. & Ivo: *non debeat*, Raim.

*hh* Sic etiam concil. Burch. & Ivo: *contemptionem* pro *contentionem*, unus Tarracon. non recte: *evenerint*, pro *venerint*, tres Tarrac. ſed in veteri *e* deletum eſt: *& ſi ſimultates*, tres Tarrac. *ſi*, in veteri olim non erat, Raim. aliis omiſſis, *& ſi ſimultates.* *ii* Vox *eos*, a Contio eſt tantum omiſſa.

*kk* Sic etiam concil. Burch. & Ivo: *propter quas*, unus Tarracon. & Raim. non male.

*ll* Vox *civitatis*, omiſſa eſt a Raim. & Contio: hi addunt ante hæc verba, *ſi aliter provideri non poterit*: ut editum eſt, concil. Burch. & Ivo. *mm* Vox *illi* a Raimund. & Contio eſt omiſſa: habent ceteri.

*nn Voto* pro *modo*, tres Tarrac. *& pari voto, atque conſilio eccleſia*, concil. & Ivo, & Barcin. *concilio* pro *conſilio*, Burchard. non recte: *& eccleſia*, Raimund. & Contius, aliis omiſſis.

*oo* Vox *illa* omittitur ab eiſdem Raim. & Contio. *pp Peragere poſſit*, Barcin. *ibi ſuum miniſterium peragere poſſit*,

## CAPUT II.

*Ex concilio Triburien.* [*a*]

c. 2. eod. t. QUæcumque eccleſia pluribus (*b*) coheredibus ſit obſeſſa (*c*) concordi unanimitate (*d*) undique procuretur [*e*], ne propter aliquas diſcrepationes [*f*] ſervitium Dei minuatur, & cura populi irreligioſe agatur. Si vero contingat pro ea comparticipes diſſidere (*g*), & ſub uno presbytero nolle eam procurare (*h*), & propterea (*i*) jurgia, & contentiones, tam inter ipſos [*k*], quam inter clericos incipiant frequentari [*l*], quia juxta Apoſtolum, ſervos Dei non oportet litigare (*m*): Epiſcopus tollat inde reliquias (*n*), & ſub magna (*o*) cura honorifice collocet eas, atque ejuſdem eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo ſignet ea [*p*], & ut ſacrum miniſterium (*q*) nullus celebret (*r*) in ea, antequam concordi unanimitate (*s*) unum omnes (*t*) eligant presbyterum, qui idoneus ſit ſacroſanctum (*u*) procurare, & populo Dei utiliter præeſſe (*x*).

## CAPUT III.

*Ex conc. apud Confluentiam* (*y*).

Non ponitur. SI laici proprias eccleſias [*z*] habuerint, a ratione, & auctoritate alienum habeatur (*aa*), ut ipſi decimas accipiant, & inde canes, aut gynæciarias (*bb*) ſuas paſcant, ſed potius presbyteri eccleſiæ eas (*cc*) accipiant, & inde reſtaurationes [*dd*] eccleſiarum (*ee*), & luminaria, & hoſpitium, pauperumque receptionem exhibeant, & pro ſancta eccleſia, ac pro ſtatu regni Dei miſericordiam ſtudioſe implorent.

## CAPUT IV.

*Ex concilio Lateranen.* (*ff*)

QUoniam in quibuſdam [*gg*] locis fundatores eccleſiarum, aut heredes eorum poteſtate, in qua eos eccleſia uſque huc (*hh*) ſuſtinuit, abutuntur, & cum in Dei eccleſia [*ii*] unus debeat eſſe, qui præſit, ipſi plures ſine reſpectu ſubjectionis eligere moliuntur, & cum una eccleſia unius eſſe debet rectoris (*kk*), pro ſua defenſione plurimos (*ll*) repræſentant. Quocirca (*mm*) præſenti decreto ſtatuimus, ut ſi forte in plures partes (*nn*) fundatorum ſe vota diviſerint [*oo*], ille præficiatur eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & probatur (*pp*) aſſenſu. Si autem hoc ſine ſcandalo eſſe nequiverit (*qq*), ordinet antiſtes c. 3. eod.

*poſſit*, concil. *ſuum miniſterium ibi peragere poſſit*, Burch. *ibi miniſt. ſuum peragere poſſit*, Ivo; *ſuum miniſterium valeat exercere*, Raim.   *a* Sic etiam Raim. & Cont. *cui interfuit Rex Arnolphus*, *cap.* 32. addit Burch. lib. 3. cap. 224. *Arnulphus*, Ivo parte 3. cap. 283. decreti: exſtat in concil. d. capite 32.

*b A compluribus*, tres Tarracon. & concil. & Burch. & Ivo: *a pluribus*, Cont. qui multa addit a Raimund. omiſſa, quæ ſunt in concil. & in Burchard. & Ivonis libris.

*c* Sic etiam concil. & Burchard. *ſit poſſeſſa*, Ivo, & Contius, non male.

*d* Sic etiam concil. & Ivo, & Cont. *concordia* pro *concordi*, Burch. *unitate*, pro *unanimitate*, duo Tarrac.

*e* Sic etiam concil. & Burch. & Ivo: *unicuique* pro *undique*, Barcin. & Contius.

*f* Sic etiam Contius, *diſceptationes*, concil. Burchard. & Contius.

*g* Sic etiam concil. Burch. & Ivo. *Si contingat pro eccleſia diſſidere patronos*, Raim. & Cont.

*h* Sic etiam concil. & Burchard. *& ſub nullo presbytero eam procurare*, Ivo: *ut eam nolint ſub uno presbytero procurari*, Raim. *alias* ORDINARI, Cont.   *i* Hæc uſque ad vocem *Epiſcopus*, Raim. & Cont. omittunt: ſunt in concil. & apud Burch. & Ivonem.   *k Inter eos*, Barcin. *inter eos ipſos*, unus Tarrac. *inter ipſos*, concil. Burch. & Ivo.   *l Frequentare*, concil. & Burch. & Ivo, & Barcin. & tres Tarrac. in uno tamen eorum olim *frequentare*, mox *frequentari*.   *m* Δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι. Paul. epiſt. 2. ad Timoth. cap. 2. *ſervum vero domini pugnare*, ſive *contendere non oportet*. Aptiora ſunt Pauli verba epiſt. 1. ad Corinthios cap. 6. ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστίν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. *Jam vero*, inquit, *omnino crimen in vobis eſt, quod lites inter vos habeatis.* Addit, rationem. διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; *cur non potius injuriam patimini?* Indigne fero, hujuſmodi admonitiones non ſæpius in noſtris libris inveniri.

*n* Sic etiam concil. Burch. & Ivo: *tollet* pro *tollat*, unus Tarrac. *Epiſcopus*, *ſi aliter non poterit ipſi conſulere*, *tollat inde reliquias*, Raimund. & Cont. Referuntur hoc loco a Tancredo opiniones antiquiorum Melendi, Joannis Falenſis, & Alani. A Tancredo ſumpſit, ut alia pleraque Bernardus in ſcholiis Gregorianæ collectionis. Melendi facit mentionem Vincent. cap. 1. de conjugio leproſi, in hac collect.

*o* Hæc omittunt Raimund. & Cont. habent ceteri.   *p* Sic etiam Burchard. *conſignet ea*, concil. & Ivo: *eas* pro *ea*, Barcin. *ſuo* pro *ſub* duo Tarracon. non male: omnia a Raim. & Cont. ſunt omiſſa.

*q Myſterium*, Burch. aptius: *&* non eſt in concil. cetera, ut edita ſunt, *& ſacrum myſterium*, Ivo: *ut ſacrum myſterium*, Raimund.   *r Nullus celebraret*, Barcinon. ſolus.

*s* Hæc omittunt Raim. & Contius, habent alii.   *t* Vox *omnes*, ab eiſdem tantum eſt omiſſa.

*u Locum*, addunt concil. & Burch. & Ivo: *qui ſacroſancta ſit idoneus procurare*, Raim. & Cont.

*x* Hæc omittunt Raimund. & Cont. habent ceteri: *valeat*, addit Barcin. Poſt hæc verba eſt in conciliis tantum: *Hanc autem habeant auctoritatem Epiſcopi, ut in nullis eccleſiis nec conſtituantur presbyteri, nec expellantur illis inconſultis, & non conſentientibus.* In epiſtola beati Papæ Clementis legitur: *Attendendum ſummopere eſt* &c. ut apud Burch. lib. 2. cap. 93. & Ivon. parte 2. cap. 123. decreti, & Grat. 16. q. 1. cap. 41. CUNCTIS, ex Clementis epiſt. 3.   *y Ex concilio Remenſi præſente Ludovico Imp. cap.* 5. Burch. lib. 3. cap. 239. *ex concilio Confluentiæ habito, cui interfuit Henricus, & Carolus Reges, cap.* 5. Ivo parte 3. cap. 281. decreti.

*z Capellas proprias*, Burch. & Ivo.   *aa* Sic etiam Ivo *habetur*, Burch. & unus Tarrac.

*bb Canones*, *aut genitarias*, Ivo mendoſe: *canes*, *aut genitiarias*, Burch. *geniciarias*, Barcin. & duo Tarrac. *ideſt obſtetrices*, addit tertius Tarracon. ego nihil muto.   *cc Eccleſiarum eas*, Burch. & Ivo.

*dd Reſtaurationem*, Burch. & Ivo, *in* pro *inde* duo Tarr. *in reſtaurationem*, Barcin. aptius.

*ee* Apud Ivon. multa deſiderantur.   *ff* Adde *cap.* 17. ex concil. ſed apud Gullielm. Neubrig. in hiſtoria Anglica eſt *cap.* 8.   *gg* Sic etiam Raim. *Quia* pro *Quoniam*, Gull.   *hh Huc uſque*, concil. & Raim.

*ii* Hæc ratio, & clauſula omittitur a Raim. & Contio: vox *&* apud Gull. deſideratur: *& cum in eccleſia Dei*, &c. concil.   *kk Unius debeat eſſe rectoris*, concil. & Raim. *unius debeat eſſe prælati*, unus Tarrac. *debet eſſe*, alter Tarrac. cetera, ut edita ſunt.   *ll* Sic etiam in concil. *diſſentione plures*, vet. Greg. *diſſentione plurimos*, duo Tarrac. & Cont. & alii, & in marg. *alias defenſione: diſpenſatione plures*, Gull.

*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri.   *nn Plures perſonas*, alias, in marg. Cont. & alii.

*oo* Sic etiam Gull. & Raim. *diffuderint*, conc. *Diem diffindere*, ſive *diffundere*, vetus eſt ex XII. tabulis ſumptum.

*pp* Sic etiam conc. *& approbatur*, Raim.   *qq* Sic etiam Raim. *fieri nequiverit*, conc. *eſſe non poterit*, Gull.

UNED

tiſtes eccleſiam, ſicut melius eam (*a*) ſecundum Deum viderit ordinandam, & id ipſum etiam [*b*] faciat, ſi de jure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat (*c*), infra tres (*d*) menſes non fuerit diffinitum.

CAPUT V.

*Ex eodem* (*e*).

cap. 4. eod. PRæterea in tantum (*f*) quorumdam laicorum proceſſit audacia, ut Epiſcoporum auctoritate neglecta clericos inſtituant in eccleſiis, & removeant [*g*], cum voluerint, poſſeſſionem [*h*] quoque atque eccleſiaſtica bona (*i*) pro ſua voluntate plerumque (*k*) diſtribuant, & tam eccleſias (*l*) ipſas, quam homines eorum (*m*) talliis, & exactionibus gravare præſumant: eos, qui amodo iſta præſumpſerint [*n*], anathemate decernimus eſſe feriendos (*o*): presbyter autem, ſive clericus (*p*), qui eccleſiam per laicos ſine propria auctoritate Epiſcopi (*q*) receperit (*r*), communione privetur, & ſi perſiſterit (*s*), a miniſterio eccleſiaſtico & ordine (*t*) deponatur (*u*).

CAPUT VI.

*Alexander III. Decano, & Præcentori* (*x*), *& capitulo Vellen.* (*y*)

Non ponitur. EX diligenti relatione magiſtri E. accepimus, quod cum bonæ memoriæ R. quondam Epiſcopus veſter, de aſſenſu, & voluntate veſtra [1] ipſum in canonicum (*z*) eccleſiæ veſtræ recepiſſet, aſſignans ei XL. ſol. [*aa*] ſub annua penſione nomine præbendæ percipiendos (*bb*), quouſque præbenda vacaret in eadem eccleſia, ad quam ipſum intitulavit, cum eum ad diaconatus ordinem promoverit [*cc*], prædicto Epiſcopo de medio ſublato, & redditibus Epiſcopatibus ad fiſcum devolutis, cum quædam præbenda in jam dicta eccleſia vacaret, chariſſimus in Chriſto filius noſter H. illuſtris Rex Anglorum, eam Thomæ clerico ſuo contulit, cui etiam aliam poſtmodum in eadem [*dd*] eccleſia vacantem cum Archidiaconatu, ad quem dicitur pertinere, conceſſit, quas inſimul non debet habere, cum nulli ſit licitum in una, & eadem eccleſia duas præbendas obtinere. Quo facto idem Tho. fructum præbendæ ſibi prioris [*ee*] taliter collatæ Stephano fratri ſuo de Regia auctoritate confiſus conferre præſumpſit. Quia igitur intereſt noſtra, quæ in eccleſiis Dei ita inordinata fuerint (*ff*), ſtudioſius emendare, d. v. per A. s. m. qua (*gg*) ſi prælibatus [*hh*] E. a commemorato (*ii*) Epiſcopo de aſſenſu, & voluntate veſtra [*kk*] in canonicum eccleſiæ fuerit (*ll*) aſſumptus, ita quod cum præbenda vacaret, ſibi deberet ibidem aſſignari, præbendam illam cum fructibus, quos prædictus Thomas Stephano fratri ſuo poſt ſuſceptum Archidiaconatum cum præbenda dicitur (*mm*) contuliſſe, memorato E. omni oc. & ap. re. auctoritate noſtra, quam citius aſſignetis, & eam ſibi faciatis in pace, & quiete dimitti, quia pro non dato (*nn*) habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de jure donare [*oo*].

CAPUT VII.

*Idem Eborac. Archiepiſcopo* [*pp*], *pars c. Relatum eſt* [*qq*].

QUod autem (*rr*) conſulis, ſi clericus idoneus ad vacantem eccleſiam præſentatus, non fuerit ab Epiſcopo diœceſano admiſſus, & poſtmodum alius idoneus præſentatus, & inſtitu- cap. 5. eod.

(1) *Noſtra*, alii.

*a* Sic etiam Raim. vox *eam* omiſſa eſt in concil. *prout melius eam*, Gull.
*b* Vox *&* non eſt in conc. vox *etiam* non eſt in veteri Greg. *c Vel cui competit*, vetus Gregor. non optime.
*d* Sic etiam in concil. *intra treis*, Gull. *infra quattuor*, Barcin. & tres Tarracon. & Raim. In fine additur in duobus Tarrac. *ipſe diffiniat*, quæ verba neque in conciliis ſunt, neque in Gregor. libris.
*e* Sic etiam Raim. & Cont. *Item ex eodem*, Barcin. *Idem* pro *Item*, unus Tarrac. non recte: tu adde editis, *cap.* 14. ex concil. ſive *cap.* 6. ex Gull. Neubr. eſt autem ordo capitum perturbatus, hujus enim capitis verba prius ſcripta ſunt in concilio Lateran. quam verba capitis quarti.
*f Præterea quia in tantum*, duo Tarracon. & concil. & Raim. Ante hæc verba addi potuit, *pars cap.* QUIA IN TANTUM, ex concil. Integra clauſula poſita eſt ſub titulo de præbendis: ſed apud Gullielm. eſt initium capitis ſexti poſitum poſt caput 19. in editis libris concil. cujus initium eſt: *Non minus pro peccato*, quod eſt in hac collect. tit. de immunitate eccleſiarum. Aptius autem cohærere videtur huic, quam illi capiti.
*g* Sic etiam Raim. *etiam*, additur in concil. *h* Sic etiam Raim. *poſſeſſiones*, concil.
*i* Sic etiam vetus Gregor. *atque alia* pro *atque* tres Tarracon. & Cont. & alii: *atque alia bona eccleſiaſtica*, concil. *& alia eccleſiaſtica bona*, Gull. *k* Sic etiam Raim. *plurimum voluntate*, concil. *plerumque voluntate*, Gull.
*l* Multa Raimund. & Cont. omiſerunt oppido neceſſaria. *m* Malo *earum*, ut eſt in tribus Tarracon. licet in uno ex his olim *eorum* fuerit: *earum*, habet etiam Gull. *quam eorum homines*, concil.
*n Commiſerint*, concil. *ipſos*, Raim. aliis omiſſis. *o* Vox *eſſe* deſideratur in concil. & in Gregor.
*p* Sic etiam in concil. *Clericus autem*, Raimund. & Contius. *q Sine proprii Epiſcopi auctoritate*, concil. & Raim. & tres Tarracon. aptius. *r* Sic etiam Gull. & Raim. *tenendam*, additur in concil.
*s Perſliterit*, duo Tarrac. & concil. & Raim. *perſtiterint*, vetus Tarr. *t Vel* pro *&*, vet. Gregor. ſolus.
*u Deponantur*, vetus Tarrac. tantum. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *Sane quia laici* &c. ut ſub tit. de foro competenti cap. 6. in hac tantum collectione. *x Præceptori*, unus Tarracon.
*y Wellen.* unus Tarrac. *Verſelen.* Barcin. Si de eccleſiis Italicis ageretur, *Vercellen.* ſcribi poſſet, ſed agitur de Britannicis. *z* Vox *In* non eſt in tribus Tarrac. & uno Barcin. *aa LX. ſol.* unus Tarrac.
*bb Recipiendos*, unus Tarracon. *cc Promoveret*, Barcin. & tres Tarrac. non male.
*dd In ipſa*, tres Tarrac. *ee Thomas fructus præbendæ prioris ſibi*, tres Tarracon.
*ff Inordinate fuerint*, tres Tarrac. *gg Pr. m. qua.* vetus Tarracon. *hh Si præfatus*, Barcin.
*ii A memorato*, duo Tarr. *kk Noſtra*, vetus Tarrac. ſed ſupra in principio eſt *veſtra*, in hoc, & in aliis tribus Tarracon. *ll Fuit*, unus Tarrac. voce altera omiſſa in eodem, & in altero Tarrac.
*mm Cum aliqua*, pro *cum* Barcin. *cum alia*, tres Tarrac. *nn* Hæc poſuit Raim. in fine cap. 5.
*oo Dare*, duo Tarr. ut editum eſt, Raim. *pp* Scribe *R. Eboracenſi Archiepiſcopo*, ex concil. parte 15. cap. 1. tit. de jure patronatus, & clericorum inſtitutionibus. *qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat ſub tit. de clericis non reſidentibus. *rr* Sic etiam Raim. *Quia autem*, concil.

UNED

ſtitutus ab Epiſcopo, poſſeſſionem tenuerit corporalem; an priore clerico (*a*) eccleſiam petente debeat poſterior removeri, vel poſterior (*b*) priori præferri: dubium non eſt, quin in caſu iſto melior ſit conditio poſſidentis (*c*); quoniam ante quam præſentatio per diœceſanum Epiſcopum approbetur, ratum non eſt, quod a patrono fuerit inchoatum. De cetero prudentiæ tuæ litteris præſentibus intimamus (*d*), quod ſi laici clericis, vel collegiis de conceſſionibus vel donationibus inſtrumenta conceſſerunt (*e*) in hæc verba, vel ſimilia: *Conceſſi, vel dedi eccleſiam, & præſenti charta firmavi* (*f*): ſi conſenſus Epiſcopi non acceſſerit, nihil agi videtur (*g*); a laico enim (*h*) eccleſia donari non poteſt (*i*). Patronatum autem de (*k*) auctoritate, & aſſenſu (*l*) Epiſcopi certum eſt a laico in eadem (*m*) de jure conferri.

### CAPUT VIII.

*Idem Exon. Epiſcopo* (*n*).

c. 6. eod. QUia clerici quidam veſtræ juriſdictionis advocationes (*o*) eccleſiarum, ſicut accepimus, comparant, vel quocumque modo poſſint (*p*), acquirunt, ut poſtmodum filii, vel nepotes ad eaſdem præſententur eccleſias; nos tamen pravam (*q*) conſuetudinem penitus eradicare volentes, nihilominus præſentium vobis auctoritate m. atque pr. (*r*) ne id attemptare præſumant: univerſis eccleſiis (*s*) juriſdictionis veſtræ ulterius (*t*) artius inhibere curetis (*u*), & ſi presbyteri eccleſiarum veſtrarum advocationes adquiſierint, eos advocationibus taliter adquiſitis ap. re. auctoritate Apoſtolica ſpolietis (*x*).

### CAPUT IX.

*Idem H. Eforden. Epiſcopo* (*y*), *& Abbati de Ford.*

EX litteris I. Salesberien. (*z*) Epiſcopi accepimus, quod defuncta perſona Eccleſiæ c. 7. eod.
de Launton.* [*aa*] G. miles, qui villam, in qua eccleſia ſita eſt, a monaſterio de Winton. [*bb*] ad firmam tenebat, ad eandem vacantem Willelmum de Leiceſtre [*cc*] clericum prædicto Epiſcopo præſentavit [*dd*]. Poſt aliquantum temporis [*ee*] Abbatiſſa prædicti monaſterii ad Epiſcopum veniens, ei Willelmum de Norale [*ff*] ad præſcriptam eccleſiam præſentavit. Epiſcopo autem nolente [*gg*] perſonam præſentatam ab ea recipere, tandem ad venerabilem fratrem noſtrum Cant. Archiepiſcopum Abbatiſſa acceſſit, & apud eum gravem querimoniam de Epiſcopo depoſuit; Archiepiſcopus, quia [*hh*] ſibi viſum erat, quod factum militis ſuper præſentatione præfata nullius eſſet momenti, prædicto Epiſcopo in virtute obedientiæ injunxit, quod perſonam illam reciperet (*ii*), & in poſſeſſionem induceret [*kk*], quam Abbatiſſa decreverat ſibi [*ll*] præſentandam, & infra. Reſtitutione autem facta [*mm*] cauſam audiatis, ita quidem, quod ſi vobis conſtiterit, quod præfato militi præſcripta villa fuerit, non excepto jure patronatus, ad firmam conceſſa, vel antequam de jure patronatus inter Abbatiſſam, & militem (*nn*) contro-

* *Lauton.*

*a An clerico priore*, concil. *an primo clerico*, unus Tarracon. & Raimund.
*b* Hæc in concil. deſiderantur. *c Quam petentis*, addit Barcinon. ſolus.
*d De cetero tuæ prud. reſpondemus*, Raim. & Cont. *præſentibus litteris*, concil. cetera, ut edita ſunt, niſi quod hinc initium eſt capitis 2. cum hac inſcriptione *Idem.* *e Conceſſerint*, concil. & vetus Gregor. *confecerint*, Contius, & alii: *conceſſerunt*, olim unus Tarracon. mox *conceſſerint.*
*f* Sic etiam Raim. *confirmavi*, concil. *g* Sic etiam Raim. *nil actum, vel datum videtur*, concil.
*h* Pro his, quæ ſequuntur, Raim. & Cont. ſcribunt, *quia pro non dato*, &c. ut capite proximo dictum eſt: in concil. ut edidimus. *i Dari* pro *donari*, concil. & duo Tarracon.
*k* Sic etiam in concil. *Patronatus*, unus Tarracon. vox *de* in duobus Tarrac. omiſſa eſt.
*l Conſenſu*, vetus Tarrac. ſolus. *m In eoſdem*, concil. & Barcin. *in eodem*, vetus Tarracon.
*n* Sic etiam vetus Gregor. *Exonien.* Cont. & alii, non male: *Idem Hereforden. Epiſcopo, & Abbati de Forde*, d. parte 15. cap. 4. quæ inſcriptio nobis eſt capitis noni.
*o Veſtræ diœceſis advocationem*, concil. *advocatias*, Raim. & Cont. aliis omiſſis, non recte. Docet Tancred. hoc nomine appellari jus patronatus, item aliis nominibus enumeratis etiam a Bern. in ſcholiis Greg. collectionis. Raimundus autem & Contius multa in hoc capite omittunt, quæ lector videre poterit, ne ſingulis immoremur. *p* Sic etiam Raimund. & concil. *poſſint*, duo Tarracon.
*q Nos tam pravam*, concil. & tres Tarrac. aptius: omittunt hæc Raimund. & Contius.
*r Auctoritate mandamus, atque præcipimus*, concil. prima voce omiſſa: *vobis auct. m, qua.* vetus Tarrac. *præcipimus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *s Univerſis clericis*, concil. & Barcin. aptius.
*t* Hæc vox non eſt in concil. neque in duobus Tarrac. & Barcin. neque in Gregor.
*u* Sic etiam concil. *procures*, Raim. *x Appellatione ceſſante, Apoſtolica auctoritate ſpolietis*, concil. *ap. poſtpoſita ſpoliando*, Raimund. & Contius. *y Idem Herefordenſi Epiſcopo*, ſcribendum eſt, tum ex concil. d. parte 15. cap. 4. tum ex Gregor. tum ex ſcriptura trium Tarracon. & Barcin. unius, quamvis in quibuſdam litteris varietas ſit nonnulla. Nec placet nobis inſcriptio cap. 5. in concil. d. parte 15. *Idem I. baſilicæ XII. Apoſtolorum presbytero Cardinali*, ſed eam putamus aliunde luxatam illic hæſiſſe.
*z Saleberien.* vetus Gregor. *Salabrien.* Cont. & alii. *Ex litteris Sarenſis*, concil.
*aa Laverton*, duo Tarrac. *Lavion*, tertius. *Laton.* Raim. *de Laverchon.* concil. alia voce omiſſa.
*bb Vinton.* Raim. *Vuilthon.* conc. *cc Vu. de Leiceſter*, concil. *W.* duo Tarrac. & vetus Gregor. qui alia omittit. *Gu.* Cont. & alii. *dd* Sic etiam Raim. *præſentabat*, concil. Poſt hoc verbum eſt in Barcin. *Qui cognoſcens eum legitime natum, & honeſtis moribus præditum, ipſum in eadem eccleſia inſtituit.*
*ee Aliquantulum*, Barcinon. ut editum eſt, concil. *poſtmodum*, Raimund.
*ff Vu. de Norhale*, concil. *W.* duo Tarrac. *alium*, Raim. *gg Vero* pro *autem*, conc. *quo nolente*, Raim.
*hh Archiepiſcopus vero quia*, conc. & duo Tarrac. *autem* pro *vero*, Cont. qui addit multa a Raim præterita.
*ii* Sic etiam Cont. *ut* pro *quod* concil. *recipiat*, duo Tarr. *kk* Sic etiam concil. & Cont. *inducat*, unus Tarracon. *ll Sibi decreverat*, Contius: *duxerat*, concil. altera voce omiſſa.
*mm* Hæc etiam omiſit Cont. ſunt in conc. ſed multa etiam deſideramus. Raim. non male addidit, *Mandamus, quatenus* &c. *nn* Sic etiam concil. & Raimund. *hunc*, addit unus Tarracon.

troverſia eſſet ſuborta, præfatus W. de Leiceſtra (*a*) in præſcripta eccleſia per inſtitutionem Epiſcopi ad præſentationem militis fuiſſet inſtitutus, ei dummodo alias idoneus ſit, eccleſiam ipſam [*b*] adjudicetis, ita quod ſi Abbatiſſa obtineat adverſus militem, illi de temporalibus debeat reſpondere.

## CAPUT X.

*Idem Winton. Epiſcopo* (*c*).

c. 8. eod. QUamvis ſimus, & infra (*d*). Illud prætereundum non duximus, ſuper quo (*e*) te intelleximus dubitare: quod ſi aliquis laicus Epiſcopo inconſulto eccleſiam non vacantem concedit alicui religioſæ (*f*) domui, & poſtea cum vacaverit, ad præſentationem ejuſdem laici aliquis clericus ibi fuerit per diœceſanum Epiſcopum inſtitutus, prior conceſſio [*g*] ſecundam inſtitutionem, quominus habeatur rata, & firma, non poteſt, nec debet aliquatenus impedire. Cum illa conceſſio de jure nullius poſſit eſſe momenti, tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſine auctoritate Epiſcopi nemini poteſt eccleſias dare, licet religioſo loco patronatus jus conferendi (*h*) liberam habeat facultatem. Si vero jus patronatus eccleſia vacante religioſo loco contulerit, & aliquis ſine [*i*] præſentatione fratrum ejuſdem loci fuerit in ipſa eccleſia inſtitutus, ejus inſtitutio ſecundum rigorem juris eſt irritanda.

## CAPUT XI.

*Idem Winton. Epiſcopo* [*k*].

& 9. eod. * Leuth. QUerimonia Prioris, & fratrum de * Lauth. [*l*] nobis litteris deſtinata (*m*), audivimus, quod R. quondam Herford. (*n*) Comes jus, quod idem Prior, & fratres in eccleſia de Wic. (*o*) ex donatione H. [*p*] delati (1) fundatoris eccleſiæ ſuæ, & ipſius R. ſoceri [*q*] habere debeant (*r*), coram bonæ memoriæ I. quondam Wigor. Epiſcopo recognovit. Unde Epiſcopus poſtea jam dictus (*s*) Priorem, & fratres nullo reclamante, aut contradicente exinde inveſtivit, quam illi deinde quiete, & pacifice poſſederunt. Demum cum (*t*) inter Comitem præfatum, & C. uxorem ſuam, in cujus patrimonio eccleſia illa conſiſtit (*u*), divortium per eccleſiaſticum judicium celebratum fuiſſet, eadem C. W. Pictavienſi nupſit, qui eccleſiæ præſcriptæ fructus memorato Priori, & fratribus ſubtraxit omnino, & eos in uſus R. ſacerdotis ejuſdem loci ſine Epiſcopali auctoritate convertit. Cumque poſtmodum W. de medio (*x*) ſublato, præfata C. tertio viro W. de Mediran. (*y*) eſſet matrimonio copulata, idem W. in ea, qua & W. (*z*) temeritate perſiſtens, jam dictum R. in eccleſia prætaxata contra Priorem ſupradictum manu tenere, & fovere incepit dicens, quod prænominatus Epiſcopus I. fecit ſuper eccleſia (*aa*), quæ de uxoris ſuæ advocatione exiſtit, dum erat in poteſtate illius viri, a quo poſtmodum ſeparata fuiſſe dignoſcitur, nullam debere firmitatem habere, præſertim cum patrimonium uxoris ſuæ [*bb*], ſicut aſſerit, integre ſibi reſtitutum (*cc*) non eſſet, niſi de eccleſia illa ſuam poſſit [*dd*] adimplere voluntatem. Unde quoniam abſurdum (*ee*) videtur omnino, & ab Eccleſia Dei (*ff*) penitus eliminandum, ut ad ſingulas patronorum, ſecundum humanam condicionem, mutationes, eccleſiarum debeant ordinationes mutari (*gg*), nec quod a ſupradicto H. (*hh*) taliter factum fuerit, alicui ſucceſſorum licuit revocare [*ii*]: f. t. per A. s. præ. m. qua.

(1) Alii, *laici.*

*a Leiceſtre*, duo Tarrac. *Leiceſter*, tertius. *Willelmus*, Barcin. & unus ex ſupraſciptis Tarracon. *Vu. de Leiceſter*, concil. in quibus eſt mendoſe in priore editione, *præfatum* pro *præfatus*: in veteri Greg. eſt, *præfatus W.* aliis omiſſis: *præfatus Gu.* habent Cont. & alii. *b* Sic etiam in concil. vox *ipſam* non eſt in uno Tarraconenſi, neque in Gregor. Alias editorum librorum varietates lectoribus conſiderandas reliqui.

*c* Sic etiam d. parte 15. cap. 6. & vetus Gregor. *Vintonien.* Cont. & alii. *Idem eidem*, vetus Tarr. non recte.

*d* Sic duo Tarrac. & Barcin. *Pars cap.* QUAMVIS SIMUS, duo Tarracon. Omnia omiſſa ſunt in concil. & in Gregor. Integra clauſula exſtat ſub titulo de officio, & poteſtate judicis delegati.

*e* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *f Concedat* pro *concedit*, concil. *concedit religioſæ*, Raim. *non religioſæ*, duo Tarrac. quod non æque placet; & in altero *non* expunctum eſt.

*g* Hæc verba varie ſcripta ſunt in priore, & poſteriore conciliorum editione.

*h Jus patronatus conferendi*, concil. & Raim. *patronatus jus eccleſia non vacante conferendi*, duo Tarrac. non recte; ſi *non* auferamus, minus offendet hæc ſcriptura. *i* Sic etiam Raim. *& aliquis poſtea ſine*, concil. aptius.

*k Wicon.* vetus Tarrac. *Vuigorn.* concil. d. parte 5. cap. 7. *Idem eidem*, Raimund.

*l Querimoniam Prioris, & fratrum de Lauch*, concil. *Querimoniam* pro *Querimonia*, Barcinon. & tres Tarrac. *Querimoniam, & infra*, Raim. & Cont. *Lauthe.* pro *Lauth.* unus Tarrac. *Lanther*, alter. *Lamth.* Barcin.

*m Deſtinatam*, concil. & tres Tarrac. *n Hereſorden.* tres Tarr. *quondam de Hereford.* concil.

*o De Vuica*, concil. *p H. defuncti*, duo Tarr. *H. laici*, tertius, & Barcin. *R. de Lici*, concil.

*q Ipſius Richardi ſocii*, concil. *r Debebant*, concil. & unus Tarracon.

*s Unde idem Epiſcopus poſtea jam dictum*, concil. vox *poſtea*, non eſt in tribus Tarrac. in uno deleta exſtat.

*t Deinde cum*, concil. *Demum vero cum*, duo Tarr. *u Conſtitit*, Barcin. ſolus non melius.

*x Vu.* pro *W.* concil. ut ſemper. *Willelmo*, duo Tarracon.

*y Meditan.* unus Tarrac. *Mediteran.* alter. *W. ſ. de Meduan.* Barc. *Vu. ſcilicet de Meduan.* concil.

*z* Vox *&*, deleta exſtat in veteri Tarrac. in altero deſideratur, *alter* pro *&*, in concil. *in eadem* Barcin. aliis omiſſis. *aa Quod prænominati Epiſcopi inſtitutio, quam ſuper eccleſia ipſa, &c. fecit*, concil. *quod prænominati Epiſcopi inveſtitura ſuper eccleſia*, unus Tarracon. *bb* Sic etiam prior editio concil. *cum matrimonium*, poſterior mendoſe: *cum uxoris ſuæ patrimonium*, duo Tarracon.

*cc* Sic etiam in concil. *ſibi debitum reſtitutum*, duo Tarracon. *dd Suam poſſet*, concil. & unus Tarr.

*ee Verum* pro *Unde*, concil. *Abſurdum*, aliis omiſſis Raimund. & Cont. qui brevem hanc ſententiam ex longo reſcripto referunt. *ff* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. vox *Dei* non eſt in concil.

*gg* Sic etiam in conc. *eccleſiarum, & ordinationes mutentur*, vetus Gregor. vocem *&*, omittit Cont. & alii.

*hh* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. uſque ad vocem *Viciſſitudines*: *ne* pro *nec*, eſt in conc. & *R.* pro *H.*

*ii Liceat irritare*, conc.

m. qua. rei veritatem diligenter, & ſtudioſe [a] inquiras, & ſi ita inveneris eſſe, prout ſuperius eſt narratum [b], ſæpe dictis Priori, & fratribus eccleſiam prælibatam omni oc. & ap. ces. reſtitui (c), & in pace facias poſſidere. Viciſſitudines etiam hujuſmodi (d) eccleſiarum ab advocatis, vel aliis quibuslibet in tua (e) diœceſi fieri de cetero nulla ratione permittas: ſed eorum * præſumptiones (f) uſque ad dignam ſatisfactionem dilatione ſublata vinculo excommunicationis percellas.

* *præſumptionem.*

## CAPUT XII.

*Idem Eboracenſi Archiepiſcopo* (g).

c. 10. eod. INter ceteras, & infra [h]. Cum laici Epiſcopis neſcientibus aut non conſentientibus clericis eccleſias [i] concedunt, in quibus habent jus patronatus, & poſtea pœnitentia ducti, alios ad eas eccleſias (k) Epiſcopis repræſentant (l), & illi ad eorum repræſentationem in eiſdem eccleſiis ab Epiſcopis inſtituuntur; & eorum debet (m) inſtitutio ſtare, & firmiter obſervari, qui auctoritate Epiſcopi ſunt inſtituti [n], conceſſione priori, quæ nulla eſt, omnino evacuata. Non enim licet laicis clericos in eccleſiis (o) propria præſumptione ordinare.

## CAPUT XIII.

*Idem Abbatib. Priorib.* (p) *& clericis per Archiepiſcopatum Eboracen. conſtitutis.*

c. 11. eod. CUra paſtorali neceſſitate (q) conſtringimur, & auctoritate injuncti nobis officii provocamur pro ſtatu eccleſiarum vigili ſtudio (r) ſatagere, & ne ultra (s) juris ordinem alicui conferri valeant eccleſiæ, attentiori (1)(t) ſollicitudine providere. Inde eſt, quod univerſitati veſtræ per A. s. m. (u) qua. ex donatione laicorum, niſi auctoritas diœceſani Epiſcopi, & conſenſus adſit (x), nullus veſtrum aliquas eccleſias (y) vendicare præſumat, vel retinere taliter acquiſitas, niſi longa [z] fuerit præſcriptione munitus, aut poſtea diœceſani Epiſcopi habuerit forte conſenſum. Nos enim cum laici (aa) non poſſunt (bb) in alios, niſi jus, quod habent, transferre, hujuſmodi conceſſiones viribus carere decernimus, & (cc) irritas penitus eſſe cenſemus.

## CAPUT XIV.

*Idem Abbatib.* (dd) *& fratrib. Ciſtren. ordinis.*

RELatum eſt auribus noſtris, quod vos jus repræſentandi (ee) clericos ad eccleſias contra inſtitutionem antiquam ordinis veſtri (ff) emptionis titulo, & modis omnibus (gg) ſatagitis adipiſci, ut ſub tali prætextu vobis liceat habere eccleſias, & per vos, & per alios (hh) detinere. Quoniam igitur non decet vos [ii] occaſione qualibet, vel obtentu ab antiquis inſtitutionibus (kk) patrum veſtrorum [ll] recedere, aut quidquam efficere, in quo poſſitis de vitio cupiditatis reprehendi, d. v. per A. s. pr. m. qua. jura patronatuum in eccleſiis, aut eccleſias [mm] de cetero acquirere deſiſtatis (nn), quia non expedit vobis, nec nos volumus ſuſtinere, ut ſub tali prætextu vobis, vel ordini veſtro derogetur. Sane uſque adeo vos, & ordinem veſtrum diligimus, ut vos in iis [oo], quæ honeſtati & religioni contraria ſunt, nullatenus confovere velimus, quod (pp) de Poſt conc. Lat. p. 15. c. 10.

(1) Alii, *artiori*.

*a Et ſtudioſius*, vetus Tarrac. *b Eſt dictum*, Barc. *narratur*, concil.

*c Reſtituas*, concil. & Barcinon. *d* Sic etiam in concil. vox *hujuſmodi*, non eſt in duobus Tarr. *Et viciſſitudines*, Cont. & alii quidam mendoſe; in veteribus enim ea verba ſuperioribus conjuncta ſunt: *ordinationes mutentur*, *& viciſſitudines &c. præſumantur.* *e* Pro his uſque ad finem reſcripti Raim. ſolo verbo *præſumantur*, contentus fuit: nihilque addidit Cont. *f Earum præſumptores*, concil. & duo Tarrac.

*g* Sic etiam Raim. & Cont. *Idem eidem*, cap. 3. d. partis 15. quod refertur ad verba cap. 1. *Idem R. Eboracen. Archiepiſcopo.* *h* Hæc neque in concil. ſunt, neque apud Raimund. & Cont. *cetera*, pro *ceteras*, eſt in duobus Tarr. quod non placet. Integram enim clauſulam vidimus ſub tit. de reſcriptis.

*i Clericis*, *eccleſias*, concil. *eccleſias clericis*, Raim. aptius: *non*, in Barcin. deſideratur.

*k Eaſdem* pro *eas*, Barcin. *alios ad eccleſias ipſas*, concil. *alios ad eaſdem*, Raim.

*l Præſentant*, concil. *repræſentent*, Barcinon. & vetus Gregor. *repræſentant*, Cont. & alii.

*m* Vox *&* ſupervacanea eſt, non habent eam concil. neque Gregor. IX.

*n Inſtituti ſunt*, duo Tarracon. *fuerint inſtituti*, concil. *auct. ſunt Epiſcopi inſtituti*, Raim.

*o Abſque Epiſcopis*, addit vetus Gregor. tantum: *in eccleſiis Clericos*, concil.

*p* Sic editi Gregor. vox *Prioribus*, in veteri non eſt. *Idem*, hoc eſt *Lucius tertius*, conc. d. parte 15. cap. 9.

*q Cum* pro *Cura*, concil. & duo Tancr. *Cura paſtorali*, *& infra*, vetus Gregor. *paſtoralis*, alii non recte: ut editum eſt, Cont. qui addit a Raim. omiſſa. *Cura paſtorali*, *& neceſſitate*, unus Tarrac. non male.

*r Cura* pro *ſtudio*, concil. *eccleſiæ vigili ſtudio*, Contius.

*s Ne contra*, concil. & Cont. & Barcin. & unus Tarrac. *ne vel contra*, alter Tarr. olim, mox *ne contra.*

*t* Vox *eccleſiæ*, eſt in uno tantum Tarrac. in tribus aliis non eſt, neque in Barcin. neque in Contiano, neque in concil. *valeat* pro *valeant*, eſt in uno Tarrac. & apud Cont. qui addit *volumus*, poſt vocem *attenſiore.* *Attenta* pro *attenſiore*, eſt in veteri Tarracon. *debeant attentiori*, eſt in concil.

*u Pr.* addit ante *m.* unus Tarracon. & Cont. qui *n.* pro *v.* hoc eſt *veſtræ* ſcripſit: *veſtræ* &c. concil. non recte. *Mandamus*, Raim. aliis omiſſis. *x Adhæſit*, vetus olim Gregor. tantum: *interveniat*, *& conſenſus adſit*, concil. *y Sibi eccleſias*, concil. *aliquas ſibi eccleſias*, Raim. & Barcin. & duo Tarracon. *aliquas eccleſias ſibi*, tertius Tarrac. *z* Sic etiam in concil. ſed in marg. *longæva*. *Niſi legitima*, Raim. & Cont. *longa*, in marg. idem Contius, & alii. *aa* Sic etiam in concil. *Cum enim laici*, Gregor. IX.

*bb Non poſſint*, concil. & Raim. aptius. *cc* Hæc omittunt Raimund. & Cont.

*dd Idem*, concil. aliis omiſſis: refertur autem ad Lucium III. non ad Alex. III. ut hoc caput.

*ee Jus præſentandi*, conc. *ff* Sic etiam in poſteriore concil. editione: *noſtri ordinis*, fuerat in priore edit.

*gg Modis aliis*, concil. *hh Vel* pro *&* concil. *vel alios*, duo Tarracon.

*ii Nos*, concil. quod non æque placet. *kk Canonibus*, concil. *ll Noſtrorum*, concil. & Barcin. & vetus Tarrac. ego nihil muto. *mm Aut in eccleſias*, concil. hæc omittunt duo Tarracon.

*nn* Sic etiam in conc. *deſinatis*, unus Tarrac. *oo Ut in vobis*, concil. poſter. edit. *ut in vos*, prior. edit. non recte. *pp Qui* pro *quod*, Barcin. & unus Tarracon. *fovere velimus*, *quia*, concil.

UNED

de vobis nihil incommodi, nilque volumus audire ſiniſtri.

## CAPUT XV.

*Idem Lundon. Epiſcopo* [*a*].

De jure patron. c. 12. SI vero aliquando [*b*] ordinatio alicujus eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat, & pro controverſia laicorum de jure patronatus inter ſe diſceptantium (*c*), malitioſe differtur (*d*), fas tibi ſit, de auctoritate (*e*) noſtra nullius ap. vel contr. ob. in eadem eccleſia perſonam idoneam inſtituere, ita quod ipſa eadem repræſentetur ab eo, qui jus patronatus evicit [*f*].

## CAPUT XVI.

*Idem dil. filiis Hoſ. & Templ.* [*g*]

c. 13. eod. CUM ſæculum reliqueritis (*h*), ut creatori veſtro poſſitis in arce contemplationis placere, decet vos, ab his, quæ ſunt obvia rationi, abſtinere, vel quæ (*i*) reprehenſioni ſubjaceant (*k*), aut veſtram opinionem, & famam (*l*) valeant denigrare. Inde eſt, quod univerſitati veſtræ diſtrictius per A. s. prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, aliterve acquiſitorum, vel etiam alio modo jus patronatus in eccleſiis parochialibus acquiſieritis, in eis presbyteros (*m*), niſi per Epiſcopos (*n*) inſtituatis, nec Epiſcopo jus parochiale minuere, aut auferre aliquatenus præſumatis, excommunicatos [*o*] quoque ipſius Epiſcopi, vel Archidiaconorum ſuorum [*p*] contra authentica ſcripta Romanæ eccleſiæ ad divina (*q*) officia in capellis (*r*) veſtris recipere non audeatis.

## CAPUT XVII.

*Idem* (*s*).

EX inſinuatione dilecti filii noſtri O. (*t*) clerici accepimus, quod cum frater ſuus ei jus patronatus, quod in quibuſdam eccleſiis in Lincon. & Salesberen. Epiſcopatibus conſtitutis (*u*) habebat, liberaliter contuliſſet, eaſdem eccleſias quidam presbyteri, & alii (*x*) occaſione fratris prædicti O. ſine ipſius voluntate, & aſſenſu occupaverunt per violentiam (*y*) & eas injuſte detinent occupatas. Quia igitur noſtra (*z*) intereſt, ea, quæ minus ordinate (*aa*) ab aliquibus ſubjectis attentantur (*bb*), ad rectitudinis tramitem revocare, f. v. per A. s. pr. m. (*cc*) qua. rei veritate diligenter [*dd*] inquiſita, & cognita, ſi ita, ſicut dictum eſt, eſſe inveneritis (*ee*), memoratos presbyteros eccleſiarum earumdem detentatores (*ff*) moneas, modiſque omnibus inducas, ut eaſdem eccleſias prædicto clerico ſine mora, & difficultate reſtituant, libere, & pacifice ordinandas, & nullam ei exinde moleſtiam ferant [*gg*], vel gravamen. Quod ſi prædicti presbyteri commonitioni tuæ acquieſcere (*hh*) forte noluerint, tu ipſos excommunicationi, & terras, ſi quas habent, omni oc. & ap. ces. [*ii*] interdicto ſubiicias, & in memoratis eccleſiis divina facias ceſſare officia, quamdiu ab aliquibus prædictorum auctoritate militum (*kk*) occupatæ detinebuntur, quod ſi nec ſic (*ll*) earumdem eccleſiarum detentores reſipuerint, ipſos ap. ces. eccleſiaſtica cenſura percellas (*mm*). c. 14. eod.



*a Lunden.* concil. priori edit. d. parte 15. cap. 12. vox autem *Idem*, illic refertur ad Lucium III. ut in ſuperioribus. *Lingonen. Epiſcopo*, Raimund. ut editum eſt, in poſter. concil. editione.
*b* Sic etiam in concil. vox *aliquando*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa.
*c* Sic etiam Raim. *diſcrepantium*, concil. *d Ordinationes malitioſe differuntur*, concil. *prorogatur*, Raim.
*e* Omittunt quædam Raimund. & Contius, quæ ſunt in conciliis.
*f Evicerit*, concil. & Barcinon. & tres Tarrac. & Raim. *g Hoſpitalariis*, *& Templariis*, tres Tarracon. *Idem Hoſpitalariis*, Raimund. & Cont. *Idem*, aliis omiſſis, concil. quod ad Lucium III. refertur.
*h* Sic etiam Raim. & Cont. qui alia omiſſa a Raim. addit: *relinquitis*, concil.
*i* Sic etiam Contius: *& quæ* concil. aptius. *k* Sic etiam concil. *ſubjacent*, Contius, & unus Tarr.
*l Aut famam*, concil. & duo Tarracon. *vel famam*, Cont. *m* Multa omittunt Raimund. & Contius, quæ ſunt in concil. *n* Sic etiam in concil. *per Epiſcopum*, Barcinon. & tres Tarrac.
*o* Hæc pars omiſſa eſt a Raimund. & Contio, ut aliena ab hoc titulo: de eadem re agitur ſub tit. de privilegiis: ſunt in concil. ut edita ſunt, paucis exceptis.
*p* Sic etiam in concil. *vel Archidiaconi*, *vel ſacerdotum ſuorum*, Barcin.
*q* Mendoſe in concil. *ad digna.* *r In capitulis*, concil. quod non æque placet.
*s* Sic in concil. d. parte 15. cap. 14. & in Gregor. ſed ad Lucium 3. refertur in concil. in Gregor. & in hac collect. ad Alex. III. *t* Sic etiam in concil. *M.* vetus Gregor. aliis omiſſis. *O.* Cont. & alii.
*u* Hæc omittunt Raim. & Cont. *in Lincolnien. & Saren. Epiſcopatibus conſtitutis*, concil. *Epiſcopatu* pro *Epiſcopatibus*, Barcin. & duo Tarracon. *Lincoln.* pro *Lincon.* idem Barcinon. item, *Saleberien.* pro *Saleſberen.* at in veteri Tarracon. eſt *Saleſbrien.* in altero Tarrac. *Salebrien.* in tertio *Salesbinen.*
*x* Vox *&* deſideratur in concil. *quidam alii*, duo Tarracon. olim, omiſſis aliis mediis: *eas quidem*, vetus Gregor. & alii: *eas quidem*, Cont. non ſine mendo: multa autem Raimund. & Cont. omiſerunt.
*y Occuparunt*, tres Tarrac. *per violentiam occupaverunt*, concil. *occuparunt*, Raim. aliis omiſſis.
*z* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. excepto *noſtrum* pro *noſtra.*
*aa* Vox *ea* omiſſa fuerat in duobus Tarracon. in quorum altero addita eſt, non eſt in Contiano: *quæ minus inordinate*, concil. voce *ea* omiſſa. *bb Attemptantur*, tres Tarrac. *ab aliquibus ſuper eccleſiis attententur*, concil. *a ſubjectis attentantur*, Cont. *ab aliquibus attemptantur ſubjectis*, duo Tarracon.
*cc F. t. per a. ſ. Mand.* Cont. *fraternitati tuæ in* &c. concil. *pr.* deſideratur in veteri Tarracon.
*dd* Sic in conc. *diligentius*, unus Tarracon. *ee Cognoveris*, pro *eſſe inveneritis*, concil. *ſi eſt ita*, Raimund. *ut* pro *ſicut*, unus Tarracon. *inveneris eſſe*, tres Tarrac. *ff Detentores*, Barcin. *earum eccleſiarum detentores*, concil. *earum* pro *earundem*, duo Tarrac. *earum detentores*, Raimundus tertia voce omiſſa.
*gg Inferant*, malo, ut eſt in concil. & in Barc. & in duobus Tarr. *hh* Sic etiam concil. *obedire*, Barcin.
*ii Dilatione*, pro *omni oc.* Barcin. *omni occaſione*, *& appellatione ceſſante*, concil. apertius.
*kk Eccleſiæ*, Barcin. addit *militum auctoritate*, concil. *ll* Vox *ſic* deſideratur in tribus Tarr. eſt in conc.
*mm Compellas*, conc. *monitione præmiſſa compellas*, Raimund. qui his tribus verbis pro multis verſibus veteris collectionis utitur.

## CAPUT XVIII.

*Idem Andrenſi Epiſcopo (a).*

c. 15. eod. Conſuluit nos tua fraternitas (*b*), quid tibi faciendum ſit de clericis, qui eccleſias conſtructas (*c*) hereditario jure ſibi vindicant, nec tibi volunt exinde reſpondere, & de laicis, qui præſcriptas eccleſias filiis, vel nepotibus (*d*) ſuis dare nituntur. Cum autem ſanctuarium Dei jure hereditario teneri non poſſit, & indignum ſit penitus (*e*), & abſurdum, ut quilibet auctoritate propria eccleſias occupet, vel taliter occupatas detineat, non decet aliquatenus ſuſtinere (*f*), ut in Epiſcopatu tuo, vel clerici (*g*) eccleſias a parentibus ſuis fundatas auctoritate propria detineant, aut laici filiis, vel aliquibus aliis eccleſias ipſas concedant (*h*).

## CAPUT XIX.

*Idem (i).*

Non ponitur. d. part. 15. c. 16. Ad aures noſtras pervenit, quod Robertus (*k*), & W. (*l*) de Crotona (*m*) jus patronatus eccleſiæ ejuſdem loci ab eo, ad quem præſentatio (*n*) ſpectabat, emerunt, quibus decedentibus R. filius W. jam dicti exemplo patris jus patronatus eccleſiæ emere non dubitavit, & canonicis de Stodeleja [*o*] tantas moleſtias intulit, perſecutiones (*p*), & gravamina, quod metu, & dolo illius ſeducti, juri ſuo penitus renuntiaverunt. Unde, quoniam cum (*q*) jus patronatus nexum ſit (*r*) ſpirituali, nemini licitum eſt vendere illud, d. t. (*s*) per A. s. m. qua. utraque parte ante te convocata, rei veritatem diligentius inquiras, & ſi ita eſſe inveneris, prædicto R. ſuper patronatu (*t*) eccleſiæ oc. & ap. re. perpetuum ſilentium imponas, & prædictis canonicis jus, quod ibi habebant, ſi prior eorum metu capitis (*u*), quod idem R. ſe abſciſſurum, fide, ut fertur (*x*), firmaverit, eidem renuntiaverit (*y*), integre facias reſtitui, non obſtantibus litteris noſtris, ſi quæ ſunt tacita veritate impetratæ.

## CAPUT XX.

*Idem (z).*

De jure vero patronatus in præſcripta capella (*aa*) hoc tuæ diſcretioni mandamus, c. 16. eod.
ut ſi prædictus R. ipſum comparavit (*bb*), cum inconveniens ſit (*cc*), & penitus inhoneſtum (*dd*) vendi jus patronatus, contractum illum (*ee*) ſub. ap. re. (*ff*) irritum denunties manere (*gg*), ipſumque Apoſtolica auctoritate fretus non differas revocare.

## CAPUT XXI.

*Idem (hh).*

Nullus laicus decimas, aut eccleſias (*ii*), c. 17. eod.
aut quidquid eccleſiaſtici juris eſt, ſine conceſſione ſui Pont. (*kk*) nec monaſteriis (*ll*), nec canonicis offerat (*mm*), & ſi quis Epiſcopus improbitatis, & avaritiæ [*nn*] cauſa conſentire noluit [*oo*], Romano Pontifici nuntietur, & quod offerendum eſt, tunc licentia ejus [*pp*] offeratur.

CA-

*a Andron.* unus Tarrac. *Adon. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Adonen.* Cont. & alii, & in marg. *Ardon. Idem*, aliis omiſſis, concil. d. parte 15. cap. 15. quod ad Lucium III. refertur, ut ſuperiora.

*b* Recte Cont. addit omiſſa a Raimund. quæ ſunt etiam in conciliis. *c* Sic etiam Cont. *a parentibus conſtitutas*, concil. poſter. edit. *conſtitutis*, edit. priori; ego *conſtructas* malo.

*d* Sic etiam concil. *filiis, vel filiabus nepotibus*, Contius non recte.

*e* Multa Raimund. & Cont. omittunt, quæ ſunt in concil. *penitus ſit*, unus Tarrac. *penitus eſt*, alter.

*f Suſtineri*, Raim. *nec te* pro *non* concil. & unus Tarrac. *nec decet te*, alter Tarracon. *non debes*, tertius, in quo prius fuerat, *non decet*. *g* Sic etiam in concil. *ut clerici*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*h* Vox *ipſas*, in concil. non eſt: *aut aliquibus aliis concedant eaſdem*, vetus Gregor. *vel aliquibus laicis concedant eaſdem*, Cont. & alii. *i Vuintonien. Epiſcopo*, additur in conciliis, ubi vox *Idem* refertur ad Lucium III.

*k Rotbertus*, vetus Tarrac. *R.* alter & concil. *l Et Vu.* concil. *Willelmus*, duo Tarrac.

*m De Hortun.* concilia: *de Octana*, Barcinon. *de Certon.* unus Tarrac. *de Creton.* alter.

*n* Sic etiam concil. *repræſentatio*, unus Tarracon. *o Stodleja*, concil. *Stoldeje*, vet. Tarrac. & Barcinon. *Stoleja*, alii duo Tarracon. *p* Sic etiam concil. *&*, addit vetus Tarracon.

*q* Vox *cum* in veteri Tarrac. non eſt: vox *quoniam* non eſt in concil. quod placet.

*r Annexum ſit*, Barcin. & unus Tarrac. & concil. *adnexum ſit*, duo Tarrac. Hoc Raim. poſuit cap. 16. eod. in Gregor. *s Dis. t.* unus Tarracon. *Diſcretioni tuæ*, concil. *t* Sic etiam in concil. *ſuper jus patronatus*, Barcinon. & tres Tarracon. quod non æque placet: *ſuper jure patronatus*, malo.

*u Metu captus*, in concil. non recte. *x Nititur*, concil. mendoſe.

*y Renuntiavit*, concil. *abrenuntiaverit*, tres Tarrac. ſed in uno olim, ut editum eſt.

*z* Sic etiam Raim. & in concil. d. parte 15. cap. 17. ſed parte 47. tit. de jure patronatus cap. 1. additur, *Cantuarienſi Epiſcopo*: vox vero *Idem* d. cap. 17. refertur ad Lucium 3. ſed d. cap. 1. ad Hadrianum Papam.

*aa Eccleſia*, d. cap. 17. *capella*, Contius, qui addit quædam a Raim. omiſſa: vox *vero* non eſt in Barcinon. *De jure patronatus capellæ de Steretton.* d. cap. 1. *bb Quatenus ſi prædictus R. jus patronatus comparavit*, d. cap. 17. *ut ſi R. Brito ipſum comparavit*, d. cap. 1. & in marg. *P.* pro *R. Idem* pro *ipſum*, unus Tarrac. *idem jus*, alter Tarrac. ſed vox *jus* olim deſiderabatur: *quat. ſi R. illud comparaverit*, vetus Greg. *comparavit*, Cont. & alii. Videndum eſt, num ſit idem *R.* de quo capite proximo, eritque tunc *Robertus* dicendus, ut illic dicebatur.

*cc* Sic etiam d. cap. 1. & Raimund. *cum hoc*, pro *cum*, d. cap. 17.

*dd* Sic etiam d. cap. 17. vox *penitus*, omiſſa eſt d. cap. 1. omnia a Raimund. & Contio.

*ee* Ante hæc verba addit Raim. *quod eſt ſpirituali annexum*, quæ verba ſumpſit ex cap. 19. quod eſt ab eod. omiſſum: ut editum eſt, in concil. *ff Re. ap.* unus Tarrac. *ſublato appellationis remedio*, concil. omittit omnia Raimund. & Cont. *gg Et inanem*, pro *manere*, d. cap. 1. & unus Tarracon. *irritum eſſe decernas*, Raim. hæc omittuntur, d. cap. 17. *hh* Sic etiam in conc. d. part. 15. cap. 18. & in Greg. ſed vox *Idem* in concil. ad Lucium, in aliis ad Alex. refertur. *ii Aut eccleſiam*, concil. & Raim. & tres Tarrac.

*kk* Sic etiam concil. & Gregor. 9. *ſummi Pontificis*, vetus Tarrac. *ll* Sic etiam conc. vox *nec* non eſt in Greg. nec *in monaſteriis*, tres Tarr. in uno tamen *in* expunctum eſt. *mm* Sic etiam in conc. *vel* pro *nec*, vetus Gregor. *vel canonicis conferat*, Cont. & alii: *canonicas* autem hoc loco appellari exiſtimo canonicorum loca, ut monaſteria monachorum. *nn Vel* pro *&*, unus Tarrac. ſolus. *oo Noluerit*, duo Tarrac. *voluerit*, concil. & Barcin. & vetus Tarrac. & olim vetus Gregor. mox *noluerit*, ut apud Cont. & alios. *pp Cum* pro *tunc*, Barcin. *tunc ejus licentia*, tres Tarrac. & vetus Gregor. & alii editi: *eis* pro *ejus*, Cont. mendoſe.

UNED

## CAPUT XXII.

*Idem (a).*

c. 18. eod. Significaſti & infra (*b*). Ceterum ſi Epiſcopi (*c*) poſt promotionem ſuam repræſentationes (*d*) perſonarum ad eccleſias a patronis eccleſiarum (*e*) pro eccleſiis ſibi commiſſis adepti fuerint (*f*), perſonæ idoneæ, quas ad eas vacantes repræſentaverint (*g*), ſunt admittendæ.

## CAPUT XXIII.

*Idem Abbati S. Albani (h).*

c. 19. eod. & c. 4. de donation. Conſultationibus & infra (*i*). De cetero ſi aliquis (*k*) clericus ab ordinario judice in eccleſia aliqua inſtitutus fuerit, ad repræſentationem illius (*l*), qui ejuſdem eccleſiæ credebatur eſſe patronus, & poſtea jus patronatus alius evicerit in judicio, clericus, qui inſtitutus eſt, non deberet ab eccleſia ipſa propter hoc removeri (*m*), ſi tempore præſentationis ſuæ, ille, qui eum præſentavit, jus patronatus eccleſiæ poſſidebat. Si vero non poſſidebat jus patronatus (*n*), ſed tantum credebatur eſſe patronus, cum non eſſet, nec poſſeſſionem patronatus (*o*) haberet, ſecundum conſuetudinem Anglicanam poterit ab eadem eccleſia removeri. Donationes vero (*p*) vel conceſſiones eccleſiarum (*q*), ſi quæ fiant privatis perſonis, viventibus illis, qui ipſas (*r*) eccleſias poſſident, nullius debent eſſe momenti. Si religioſis fiant locis (*s*), ratæ debent haberi; ita quidem quod perſonæ, quæ jam dictas eccleſias poſſident, ſine ipſarum aſſenſu (*t*), eis in vita ſua non debeant ſpoliari.

## CAPUT XXIV.

*Idem.* *

Dilecti filii noſtri Decanus Eborac. & Prior. de Novoburgo (*u*), quibus cauſam, quæ inter canonicos de Giſeburn. (*x*) & R. clericum ſuper eccleſia * de Certon. (*y*) vertitur, commiſimus terminandam, tranſmiſſa nobis relatione monſtraverunt (*z*), quod canonici conceſſionem domini fundi habeant, R. vero donationem venerabil. fratris noſtri Eboracen. Archiepiſcopi A. S. L. & non domini fundi ſe habuiſſe probavit. Unde quoniam donationes eccleſiarum ad Epiſcopos pertinent [*aa*], & ad laicos aſſenſum ſpectat præbere, eiſdem ſignificavimus [*bb*], quod ſi res ita ſe haberet, videbatur nobis conceſſionem Archiepiſcopi donationi laicali [*cc*] debere præjudicare. Quia ſicut diximus, Epiſcoporum eſt eccleſiaſtica beneficia conferre, laicorum vero qui habent in eccleſia [*dd*] jus patronatus, aſſenſum præbere, quibus in conceſſionibus eccleſiarum illud obſervandum eſt, quod ſancti patres reſervare noſcuntur [*ee*].

* *Abbati de Riveſham, & Decano, & Archidiacono Lincolnienſi*, Cuj. Non ponitur d. p. 15. c. 22.

* *Trucornum*, Cujac.

## CAPUT XXV.

*Idem Eboracen. Archiepiſcopo [ff].*

Suggeſtum eſt auribus noſtris [*gg*], quod cum eccleſiæ de Ochona, ac de Borales, Saiter, & de Land. [*hh*] de aſſenſu domini fundi, & auctoritate Eboracen. Archiepiſcopi, eccleſiæ beati Petri Eborac. conceſſæ, & aſſignatæ ſint in præbenda (*ii*): canonici de Novoburgo conceſſionem illam attenuare, & [*kk*] ir- cap. 20. de jure patr.



*a* Sic Raimund. & Cont. *Idem Norvuicen. Epiſcopo*, dicta parte 15. cap. 19. ſed vox *Idem* ad Lucium 3. refertur. *b* Sic etiam Raim. & Cont. hæc in concil. deſiderantur. Integra clauſula exſtat, ut exiſtimo, cap. 9. de officio, & poteſtate judicis delegati, in hac collect. Ante *& infra*, adde *&c.* ut eſt in duobus Tarracon. & ita ſæpius eſt in hac collectione. *c* Sic etiam in concil. vox *ceterum* a Raim. eſt omiſſa: addit eam Cont. qui *Epiſcopo* edidit in marg. mendoſe: & addit, *nec deeſt aliquid*, quod falſum eſt.

*d Præſentationes*, concil. *poſt monitionem ſuam præſentationes*, vetus Gregor. non recte: ut in concil. Contius, & alii. *e* Sic etiam in concil. *earum*, Raimund. *f Sint*, vetus Gregor. ſolus.

*g Præſentaverint*, duo Tarracon. & concil. & Raimund. *h* Sic etiam d. parte 15. cap. 20. *ſancti Albini*, vetus Tarrac. *ſancti Alberi*, alter Tarracon. *ſancti Alberti*, Raimundus, & Contius.

*i* Sic etiam Raimund. & Contius *Pars cap.* INCONSULTUM: concilia, quod mendoſum ſuſpicor. Integra clauſula exſtat, ut exiſtimo, ſub tit. de officio, & poteſtate judicis delegati, cap. 15. in hac collect. Ante illa *& infra*, adde *&c.* ut eſt in duobus Tarracon. *k Si quis*, concil. pro *ſi aliquis. Si aliquis*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Si quis*, Cont. & alii. *De cetero ſi quis, &c. & nihil notatur deeſſe.* Cont. in marg. non recte.

*l Ad præſentationem ipſius*, concil. *ad præſentationem illius*, Raimundus.

*m Non debet ab ipſa eccleſia removeri*, concil. *non debet ab ipſa eccleſia*, tres Tarrac. *non debet ab eccleſia ipſa*, Barcin. *inſtitutus non debet ab eccleſia propter hoc removeri*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *ab ipſa* pro *ab eccleſia*, Cont. & alii. *n Si vero tunc*, &c. concil. *tunc jus patronatus*, unus Tarracon. & Barcin. *jus tunc patronatus*, alter Tarracon. *Si vero non poſſidebat*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. Ante hæc verba addunt iidem, *cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in poſterum præjudicium generetur*, quæ neque in concil. ſunt, neque in hac collectione. *o* Sic etiam concil. *juris patronatus*, duo Tarracon. multa Raim. & Cont. omittunt.

*p* Sic etiam in concil. hæc pars poſita eſt a Raim. ſub tit. de donationibus. Contius ſe mutam perſonam præſtitit.

*q* Sic etiam Raim. vocem *eccleſiarum*, in concil. deſideramus. *r* Sic etiam Raim. *qui illas*, unus Tarracon. *quæ ipſas*, concil. *s Si fiant religioſis locis*, concil. *ab Epiſcopo, vel ejus auctoritate*, addidit Raim. verbis editis non male. *t Sine aſſenſu ipſorum*, concil. *ſine ipſorum voluntate*, vetus Gregor. *aſſenſu*, Cont. & alii.

*u Neubure*, concilia: vide cap. 25. *x De Giſeburne*, concil. *Giſeburna*, unus Tarracon. *Giſeburgen.* alter Tarracon. *y De Cradun.* concil. *de Crotona*, vetus Tarracon. *de Certonen.* alter Tarrac.

*z* Sic etiam concil. *dixerunt*, unus Tarrac. *aa Donatio &c. pertinet*, Barcin. & concil.

*bb E dem*, tres Tarr. *eiſdem ſignificamus*, conc. *cc* Sic etiam in concil. *laici* pro *laicali*, vetus Tarrac.

*dd* Mutatur ordo verborum in conciliis: *in eccleſias*, vetus Tarracon. pro *in eccleſia*.

*ee Servare*, duo Tarracon. & concil. Poſt hoc caput eſt in Barcin. *Dilectus filius noſter S.* &c. ut cap. 1. hoc titulo in 2. collectione. *ff* Sic etiam in concil. d. parte 15. cap. 23. & apud Raim. & Cont. *& capitulo*, addunt tres Tarr. recte. Hoc eſt cap. 26. in Barc. *gg* Sic etiam conc. & vet. Greg. hæ voces, *auribus noſtris*, non ſunt in Contiano, neque in aliis quibuſdam editis libris. *hh Cum eccleſiæ de Ochera* (*Ochan*, in marg.) *& de Maleſſart, & de Leinder*, concil. *cum eccleſiæ quædam*, Raimund. & Cont. brevius. *Ochun H.* pro *Ochona ac*, duo Tarracon. *Occham H.* tertius Tarrac. *Ocham R.* Barcin. *Boroles* pro *Borales*, unus Tarrac. *Sarter*, pro *Saiter*, vetus Tarracon. *Saro.* duo alii. *Fart.* Barcin. *Lande* pro *Land.* item duo Tarracon.

*ii* Malo, *in præbendam*, ut eſt in concil. & in Gregor. *kk* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

ritare nituntur, occaſione donationis, quam ſibi aſſerunt prius factam fuiſſe. Unde quoniam licet in donationibus eccleſiæ (*a*), requirendus ſit, & expectandus patronorum conſenſus, eccleſiæ tamen ipſæ, niſi auctoritas intervenerit pontificalis, canonice concedi non poſſunt. Univerſitati veſtræ (*b*) ſignificamus, quod prior conceſſio, ſi cum aſſenſu (*c*) patroni, & auctoritate diœceſani Epiſcopi facta eſt, aut ejus fuerit aſſenſus poſtea ſubſecutus, poſteriori conceſſioni præfertur: alioquin illa debet præferri, quamvis poſterius facta ſit, quæ conſenſu domini fundi, & Epiſcopi auctoritate fulcitur.

## CAPUT XXVI.

*Idem Illuſtri Regi Anglorum (d).*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 50. cap. 32.

MAgnificentiæ tuæ litteras, quas pro R. milite ſuper jure patronatus eccleſiæ de Bligurd (*e*) Apoſtolatui noſtro ſerenitas Regia deſtinavit, ea, qua decuit, benignitate recepimus, promptum animum, plenamque voluntatem habentes, excellentiæ tuæ preces, in quibus cum Deo, & honeſte (*f*) poterimus exaudire (*g*). Verum (*h*), quoniam ſanctorum patrum ſtatutis contrarium videtur (*i*), ſi clericos ab eccleſiis, quas canonice ſunt adepti, juris patronatus obtentu (*k*) ſuſtineremus amoveri; ſalva conſcientia, prænominato militi non potuimus noſtrum in parte illa impartiri (*l*) favorem, cum ex hoc ei, ſi de jure (*m*) debet habere, præjudicium in poſterum non generetur.

## CAPUT XXVII.

*Idem Archiepiſcopis, Epiſcopis (n) per Angliam conſtitutis (o).*

c.21. eod.t.

RElatum eſt auribus noſtris (*p*), quod nonnulli ambitione nimia tracti, occaſione laicæ recognitionis (*q*), & potentiæ (*r*) ſæcularis, in ſæculari foro non requiſita Epiſcopi audientia patronatus eccleſiarum (*s*), & beneficia eccleſiaſtica ſibi præſumunt in veſtris parochiis vindicare. Quoniam igitur hujuſmodi perſonæ non intrant per oſtium, ſed aliunde conſcendunt (*t*), ac per hoc indigni ſunt paſtoris nomine, vel prærogativa (*u*) gaudere: f. v. per A. s. m. atque pr. (*x*) qua. eos, quos patronatus (*y*) eccleſiarum, & eccleſiaſtica beneficia (*z*) prædicto modo adeptos [*aa*], ſi commoniti minime reſignaverint, niſi præſcriptione (*bb*), aut Epiſcopali conceſſione muniti fuerint, ſublato ap. diffugio (*cc*), ab officio reddatis, & beneficiis alienos (*dd*), & ſi nec ſic (*ee*) deſtiterint, vinculo (*ff*) anathematis innodetis, & uſque ad dignam (*gg*) ſatisfactionem teneatis, & teneri faciatis aſtrictos. Ad hæc quoniam (*hh*) quidam laici eccleſias terris, & aliis poſſeſſionibus ſpoliant, ut ſic viros eccleſiaſticos faciant coram ſæculari judice litigare: præſentium vobis auctoritate injungimus, ut id publice ſub interminatione curetis anathematis prohibere: ſi quis autem prohibitionis veſtræ (*ii*) contemptor extiterit, cum, ſi manifeſtum fuerit, ap. ces. excommunicationi ſubdatis, & uſque ad dignam ſatisfactionem ſicut excommunicatos [*kk*] faciatis attentius (*ll*) evitari.

## CAPUT XXVIII.

*Idem.*

SUper eo vero, quod clerici, & religioſæ, ſicut aſſeris, perſonæ litterarum intuitu, quas habent a laicis, ſibi jus [*mm*] in eccleſiis vin- Non ponitur.

*a Eccleſiarum*, duo Tarrac. & concil. & Raim. aptius. *b* Sic etiam in concil. hæc omittunt Raim. & Cont. Apparet autem ex his etiam capitulo ſcriptum fuiſſe. *c* Sic etiam Raim. *ſi cum conceſſu*, prior editio concil. & in marg. *forte* CONSENSU *: ſi cum conſenſu*, poſterior concil. editio.

*d Anglorum Regi*, concil. *Angliæ*, Barcinon. in quo eſt hoc cap. 27.

*e De Ligurgis*, concil. *de Blibug.* duo Tarracon. *de Bliburgeri*, tertius.

*f Et honeſtate*, Barcin. & Tarr. unus, & concil. *g* Sic etiam in concil. *volumus exaudire*, unus Tarrac.

*h Unde*, Barcin. & vetus Tarracon. *Verum*, concil. *i* Sic etiam concil. *eſt contrarium*, unus Tarrac.

*k* Vox *juris*, non eſt in concil. neque in Barcin. neque olim fuerat in veteri Tarrac.

*l Illa impertiri*, tres Tarrac. *iſta impartiri*, concil. *m Quod* pro *ſi*, Barcin. *ſi*, concil.

*n Et Epiſcopis*, duo Tarracon. & concil. parte 50. cap. 33. & Raimund. vox *Epiſcopis* in veteri Tarrac. non eſt. Hoc eſt cap. 28. in Barcin. *o* Sic etiam Raim. *Galliam* pro *Angliam* concil. & duo Tarrac.

*p Relatum eſt*, vetus Gregor. aliis omiſſis: ut editum eſt, Cont. & alii. *Noſtris eſt auribus intimatum*, concil.

*q* Sic etiam Raimund. *occaſione laici*, concil. mendoſe. Quæ fuerit apud Anglos recognitio, docuit Alanus Anglus, cujus ſcholium exſtat etiam in Gregorianis: „ Recognitio eſt confeſſio in jure, vel coram teſtibus „ conceſſionis, vel donationis prius factæ de re quacumque “. *r* Multa Raim. & Cont. omittunt: *vel* pro *&* in concil. *s* Sic etiam in concil. *jus*, additur ante hæc verba in duobus Tarrac. omnia omittunt Raim. & Cont. *t* Sic etiam Raim. *contendunt*, concil. Sumuntur hæc ex cap. 10. Joannis.

*u* Sic etiam Raimund. *ac* pro *vel*, concil. alterutra vox deſideratur in duobus Tarrac.

*x M.* vetus Tarrac. aliis omiſſis; *præcipiendo mandamus*, concil. *mandamus*, Raim. multis aliis omiſſis.

*y* Sic etiam concil. *qua eos*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *quat. ſi conſtiterit eos jus patronatus*, unus Tarracon. *quat. eos, quos conſtiterit jus patronatus*, alter Tarrac. *z Vel eccleſiaſtica beneficia conſtiterit*, concil. & vetus Tarrac. *aut eccleſiaſtica beneficia conſtiterit*, Barcin. *vel* pro *&*, duo alii Tarr. cetera, ut edita ſunt.

*aa* Sic etiam in concil. *modo eſſe adeptos*, tres Tarrac. recte. *bb* Sic etiam concil. Recte omiſit Raimund. vocem *præſcriptione*. *cc* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *refugio* duo Tarracon. pro *diffugio*. *dd Officiis* pro *officio*, concil. *beneficio* pro *beneficiis*, Barcinon. & duo Tarrac. & Raim. *reddas* pro *reddatis*, prior concil. editio non recte. *ee* Sic etiam Cont. addens a Raim. omiſſa. *Si vero nec ſic*, concil.

*ff Eos vinculo*, concil. vox *eos* non eſt in Contiano libro. *gg* Sic etiam in concil. *ad condignam*, Cont.

*hh* Sic etiam vetus Gregor. *Ad hoc quoniam*, concil. & Cont. & alii, & unus Tarrac. eſt autem initium *cap.* 34. d. partis 50. & in uno Tarr. *capitis* 28. Contius etiam addit in marg. *alias eſt novum caput in vet. compil.*

*ii* Sic etiam concil. Raimund. *noſtræ* pro *veſtræ*, unus Tarracon. *kk Sicut excommunicatum*, concil. & tres Tarracon. multa Raimund. & Cont. omittunt, quæ nos ſingula non collegimus.

*ll Cautius*, vetus Tarrac. *artius*, concil. *mm Penitus*, addit unus Tarr. quod non omnino placet. Hoc eſt 29. *caput* in Barcin. & in uno Tarrac.

UNED

vindicant, hoc tibi volumus innoteſcere, quod ubi Epiſcopalis auctoritas non acceſſerit [a], per litteras illas non poſſunt eccleſias obtinere.

CAPUT XXIX.

*Lucius III. pars c. Ad abolenda* [b].

c. 13. eod. PRæterea quoniam advocati eccleſiarum (c) in tantam noſcuntur (d) inſolentiam prorupiſſe, ut ſacerdotes, & alios eccleſiaſticos viros pro ſuæ voluntatis arbitrio eccleſiis ipſis (e) inſtituant, atque deſtituant, & jus advocationis, donationis, vel emptionis titulo, aliiſque pro ſua voluntate contractibus etiam in alios (f) transferre præſumant (g): fodrum [h] albergarias, regium, & ſimilia, tanquam a propriis ruſticis ab ipſis eccleſiis extorquentes, & quod miniſtris eccleſiarum inconſultis faciunt [i], juxta proprium arbitrium, in irritum deducentes, præſenti decreto ſubnectimus, & auctoritate Apoſtolica firmamus (k), eos ſive advocati, ſive patroni, vel vicedomini, ſive cuſtodes, vel guardias habentes, ſeu alio quolibet nomine (l) cenſeantur, a prædictorum gravaminum importunitate ceſſare, nihilque in eccleſiis, in quibus ſibi aliquam de prædictis vindicant poteſtatem, præter antiquos, & moderatos redditus a locorum Epiſcopis inſtitutos exigere, aut ſi aliud exegerint, excommunicationis ſententiæ ſubjacere: contractus etiam, quos de alienatione advocationis (m), ſeu patronatus vel fecerint [n] hactenus, vel facere in futuro præſumpſerint, præſenti conſtitutione caſſamus (o), & eos vim aliquam decernimus non habere: ne autem (p) per ap. obſtaculum, aut in iis, quæ de hæreticis dicta ſunt (q), aut in advocatorum coertionem (r), quam diximus, præſentium deludatur auctoritas decretorum, totius appellationis remedium in præſcriptis capitulis denegamus, nullam penitus audientiam cuilibet (s) contra hæc appellantibus præbituri.

CAPUT XXX.

*Idem Norwicen. Epiſcopo* (t), *pars c. Tua nos* (u).

CUM autem advocatus (x) clericum unum (y) idoneum Epiſcopo præſentavit [z], & poſtulaverit poſtmodum, eo non refutato (aa) alium æque idoneum in eadem eccleſia admitti, quis eorum alteri præferatur, in judicio Epiſcopi (bb) credimus relinquendum (cc), ſi laicus fuerit, cui jus competit præſentandi. Verum ſi collegium, vel religioſa perſona (dd) præſentationem haberet, qui prior eſt tempore, potior jure merito videretur. c. 14. eod.

TITULUS XXXIV.

DE CENSIBUS, ET EXACTIONIBUS, ET (ee) PROCURATORIBUS (1).

CAPUT I.

*Ex concilio apud Guarmar.* (ff)

SAncitum eſt, ut unicuique eccleſiæ unus manſus (gg) integer abſque ullo ſervitio tribuatur (hh), & presbyteri in eis (ii) conſti- De cenſib. cap. 1.

tu-

[1] *Procurationibus*, Greg. IX.

*a Niſi* pro *ubi*, Barcin. in quo *non* omittitur: *niſi ubi*, olim vetus Tarrac. *auctoritas Epiſcopalis*, duo Tarr.

*b* Scribendum eſt, *Ad abolendam*, ut eſt in uno Tarrac. & in Barcin. & apud Contium. Integra clauſula exſtat cap. 11. de hæreticis in hac collect. ſi utrumque caput conjunxeris, integram præclaram hanc conſtitutionem habebis. *c Ideſt patroni*, Tancredus.

*d* Multa omittunt Raimund. & Cont. *e In*, ante hæc verba addit unus Tarrac.

*f* Vox *etiam*, non eſt in Barcin. neque in duobus Tarracon. neque apud Gregor. 9.

*g Præſumunt*, Raimund. *h* Sic etiam Raimund. & Cont. & unus Tarrac. & ſcholium Vincent. *frodrium*, vetus olim Tarrac. mox *frodrum*: *fodium*, Barcin. *frodum*, duo Tarrac. & ſcholium Tancr. „ Fodrum eſt col- „ lecta, quæ fit ſemel in anno, & eſt vulgare Lombardiæ ". Vinc. in uno Tarrac. *Frodum eſt &c.* Tancr. in altero Tarrac. *i* Multa etiam Raim. & Cont. omiſerunt: *& quod miniſtri eccleſiarum eis inconſultis faciunt*, Barcin. & duo Tarrac. aptius. *k Confirmamus*, Barcinon. & unus Tarracon.

*l Modo*, vetus Tarrac. pro *nomine*, quod non æque placet: *ſeu quocumque alio nomine*, Raimund.

*m Et advocatione*, unus Tarrac. quod non placet. Raimund. & Cont. multa omittunt.

*n Fecerunt*, duo Tarracon. in quorum altero *vel* deſideratur: *quos fecerint*, Raimundus.

*o* Hæc verba ſunt in veteri Greg. *vim aliquam decernimus non habere*, Cont. & alii. Credo & hæc, & illa verba a Raim. conſcripta, ut in hac prima collect. *p* Hæc pars in Gregorianis omiſſa eſt.

*q De hæret. ad abolendam*, Alan. *r Coertione*, tres Tarracon. & Barcinon.

*s Quibuslibet*, Barc. & tres Tarr. aptius. *t Lucius tertius Norvuicenſi Epiſcopo*, d. parte 15. cap. 8.

*u* Hæc omittunt concil. & Raim. addit Cont. Integra clauſula exſtat cap. 2. de jurejurando, in hac collect. & in concil. parte 17. cap. 4. & in Gregor. cap. 11. de jurejurando.

*x* Sic etiam Raimund. vox *autem*, in concil. non eſt. Advocatum appellari patronum ſupra dictum eſt.

*y* Sic etiam concil. vox *unum* a Raim. & Barcin. eſt omiſſa. *z Præſentaverit*, concil. & Raimund. & Barcin. & tres Tarrac. aptius. *aa* Sic etiam Raim. *eo non inſtituto*, concil. non male.

*bb* Vox *in* non eſt in Gregor. neque in Barcin. neque in tribus Tarr. *Epiſcopi judicio*, concil. *in* etiam omiſſo.

*cc* Sic in concil. vox *credimus* in veteri Gregor. non eſt, habet Contius, & alii.

*dd* Sic etiam in concil. *vel eccleſiaſtica perſona*, Raimund. non male.

*ee* Scribendum *procurationibus*, ut eſt in Barcin. & in tribus Tarr. & apud Greg. 9. in veteribus libris ineditis pro *& exactionibus* eſt *exactionibus*, *&*, omiſſo, ut in uno Tarracon.

*ff Guarmatiam*, duo Tarrac. *Guarmat.* Barcin. *ex concilio Wormacien. cap.* 18. Burch. lib. 3. cap. 52. *ex conc. Wormac. cap.* 50. Ivo parte 3. cap. 55. decreti, *ex libro* 1. *capitularium cap.* 85. Idem Ivo parte 16. cap. 262. Hodie ut audio, reperitur lib. 1. cap. 90. Capitularium Caroli, & in concilio Vormacienſi cap. 50. *Ex concilio Guarmacienſi* eſt apud Grat. 23. q. 8. cap. 25. *ex concilio apud Guarmatiam*, Raim. & Cont. qui in marg. ait hoc fuiſſe caput poſitum in capitularibus Caroli Magni. In veteri Grat. libro hoc caput deſideratur: fortaſſe a Palea eſt additum.

*gg* „ Manſus vulgari Italicorum dicitur tanta terræ quantitas, quæ ſufficiat duobus hominibus per annum, ideſt „ XLVII. acraturæ ". Tancr. Vide cap. 2. de eccleſ. ædific. in hac collect. *hh* Sic etiam vet. Greg. *& abſque* pro *abſque* Cont. & alii: *abſque alio ſervitio attribuatur*, concil. & Ivo d. part. 16. *abſque ullo ſervitio attribuatur*, Burch. & Ivo d. parte 3. & Grat. *ii In eccleſiis*, Barc. tantum.

UNED

tuti non de decimis, nec de oblationibus fidelium, non de domibus, nec de atriis (*a*), vel de hortis juxta eccleſiam poſitis, nec de prædicto manſo aliquod ſervitium faciant præter eccleſiaſticum, & ſi quid amplius habuerint [*b*], inde ſenioribus ſuis [*c*] debitum ſervitium impendant.

## CAPUT II.

*Auguſtinus ſuper epiſtola ad Rom.* [*d*]

c. 2. eod. OMnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit &c. (*e*) Et vos ſubditi eſſe debetis [*f*] ideo enim tributa præſtatis (*g*), quia hæc eſt probatio ſubjectionis [*h*].

## CAPUT III.

*Gregorius Lucillo* (*i*) *Epiſcopo de Melita.*

Non ponit. OFficii noſtri decet propoſitum ſuadere ſubjectis, ut rebus [*k*] ſervare debeant fidem in placitis, ne dum lucri rapiuntur ſtudio, pacificam vertant communionem in partem [*l*]. Pervenit itaque ad nos fraternitatis tuæ clericos terras Africanæ tenentes eccleſiæ, quod penſionem earumdem dare contemnunt, quod ſi verum eſt, & ad tuam venit notitiam [*m*], tua in hoc deſidia eorum culpa nutrita eſt, ob quam rem [*n*] te admonemus, ut ad ſolvendam penſionem eos nulla mora [*o*] uti permittas: nam ſi hujus [*p*] rei denuo ad nos querela recurrerit (*q*), & de te aliam æſtimationem habere incipimus [*r*], & in illo [*s*], ut dictum eſt, vindicamus [*t*].

## CAPUT IV.

*Idem ad Stephanum Caſtrium* [*u*].

SCientes &c. & infra [*x*]. Aſſeruit etiam (*y*) c. 3. eod.
prædictus Abbas presbyterum ſupradictæ maſſæ (*z*) novas monaſterio illi (*aa*) conſuetudines velle imponere, quæ ex tempore (*bb*) conditi monaſterii per tricennale (*cc*) tempus hactenus non fuerunt (*dd*), quod diligenter agnoſcas (*ee*), & ſi hoc ab initio non fuit [*ff*], etiam labentibus temporibus, aliquid noviter imponi non permittas [*gg*].

## CAPUT V.

*Paſchalis II. Comitiſſæ Mathildæ* (*hh*).

PErvenit ad nos, quod Fraxinorenſis (*ii*) c. 5. eod.
Abbas Carpenſem eccleſiam fuerit deprædatus, occaſione videlicet (*kk*) cujuſdam cenſus, qui

*a Neque* pro *nec*, tres Tarr. & conc. & Burch. & Ivo, & Grat. *neque de arcis*, Raim. & Cont. qui in marg. ATRIIS lege, ut in vet. vide cap. 4. apud Grat. 12. q. 1. Nicolao, adſcriptum, ſed exſtat in concil. Salegunſtadienſi cap. 12. & in fine Burchardi, & apud Ivonem parte 15. cap. 178. decreti.

*b Si aliqui* pro *ſi quid*, tres Tarrac. & Burch. & Ivo parte 16. & Grat. & Raimund. *habuerint amplius*, unus Tarracon. *& ſi amplius aliquid habuerint*, concil. ut editum eſt, Ivo d. parte 3.

*c* Sic concil. & Burch. & Ivo: vox *ſuis* a Raimund. & Contio eſt omiſſa: *majoribus ſuis*, Grat. non recte: *ſenioribus*, *ideſt dominis*, vulgariter loquitur Alan. *d Romanos*, tres Tarrac. *epiſtolam* pro *epiſtola*, Barcinon. & Raim. Invenitur hoc in ſcholiis veteribus ſacrorum librorum, quæ gloſſæ dicuntur ordinariæ, & inter lineas, cap. 13. illius epiſtulæ Pauli. *e Et infra*, Raim. quod non æque placet. Sunt enim hæc tantum Pauli verba: Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω.

*f* Sic etiam Raim. *ſubditi eſſe debetis*; *quia etiam ideo*, *ideſt propter oſtendendam ſubjectionem præſtatis*, *quaſi reddituris*, gloſſa ordin. *Et vos debetis eſſe ſubditi*, unus Tarrac. *g* Hæc pauli verba ſunt: Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε. *h* Sic etiam Raim. *hæc eſt probatio ſubjectionis*, gloſſa inter lineas.

*i* Ex lib. 2. epiſt. 30. regiſtri B. Gregorii. *k Ut in rebus*, duo Tarrac. ſed *in* non eſt in regiſtro.

*l Conventionem in jurgium*, regiſtr. *m Pervenit*, pro *venit*, duo Tarracon. *& ad fraternitatis tuæ hæc ſunt perlata notitiam*, regiſtr. *n* Sic etiam in regiſtr. *quam ob rem*, duo Tarracon.

*o Nulla mora*, *nullave excuſatione eoſdem*, regiſtr. *eoſdem clericos*, vetus regiſtri lib.

*p* Ante hæc verba eſt in regiſtr. *Sed ſi fidem honeſtatis contemplatione ſervare poſtponunt*, *tua diſtrictione compulſi*, *quæ rationi conveniunt*, *cogantur implere.* *q* Sic etiam in regiſtr. *recurret*, Barcin. & unus Tarracon. *recurreret*, olim vetus Tarrac. *r Incipiemus*, regiſtr. & unus Tarrac. aptius: *inceperimus*, alter Tarrac.

*s Illos*, reg. & vetus Tarracon. *t Vindicabimus*, reg. & duo Tarracon. aptius. Alia poterunt in regiſtro inveniri pleniora. *u Caſtorium*, tres Tarrac. *Caſtarium*, Barcinon. & quartus Tarrac. *Gregor. Stephano Cantori*, Raim. & Cont. qui in marg. ait, *Chartulario*, *lib.* 12. *epiſt.* 20. *Indict.* 7. Ego *Chartario* legi in veteri regiſtri libro. *x* Cœperat Contius integram clauſulam ſcribere, ſed a librariis deceptus eſt, qui notas ejus perturbarunt. Sic igitur eſt in regiſtr. *Scientes magnitudinem charitatis veſtræ toto dominum corde diligere*, *ob hoc ea*, *quæ in Marſis* (forte *maſſis*) *de jure quondam Patricii viri piæ recordationis contra præcepta dominica*, *contraque canonum regulam commiſſa eſſe didicimus*, *ad ejus duximus reformare notitiam*: *quatenus hæc*, *quæ perpetrata ſunt*, *corrigi debeant*, *& alii deinceps temptare non præſumant. Inſinuatum igitur nobis eſt*, *in maſſa*, *quæ nuncupatur Marato de Abbate monaſterii ſancti Georgii*, *quod in eadem ſitum eſt*, *duos monachos refugiſſe*, &c.

*y* Sic vetus regiſtri liber: *autem* pro *etiam* editus liber: neutra vox eſt apud Raimund.

*z Prædictæ maſſæ*, regiſtr. *maſſe*, Raimund. & Cont. altera voce omiſſa. Maſſa illis temporibus dicebatur vicus, ſive colonia, ſive villa: *eccleſiæ*, pro *maſſæ*, eſt in uno Tarracon. *aa Illius*, Barcinon. & olim vetus Tarrac. *ipſi* pro *illi*, regiſtr. *illi monaſterio*, unus Tarrac. *monaſterio*, Raim. altera voce omiſſa.

*bb* Hæc omiſerat Raim. addiderat Cont. ſed non ſuo loco a librariis poſita ſunt: exſtant in regiſtro. *Quod* pro *quæ*, Barcinon. & duo Tarracon. *cc* Sic etiam Cont. *conditionis monaſterii per triennale*, regiſtr.

*dd* Sic etiam regiſtr. & Contius: *non fuerint*, tres Tarracon. *non fuerint ſolutæ*, Barcinon.

*ee* Ante hæc verba eſt in regiſtro, *Si quidem illic munificentiæ gratia a fidelibus viris oblatum fuerat*, *portionem ſe debere percipere. Quod Magnitudo veſtra ſtudeat diligenter agnoſcere*, regiſtr. *ſi quid enim*, pro *ſiquidem*, ſcribendum cenſeo: *fuerit* pro *fuerat*, eſt in editis non male, in veteribus *fuerat*. Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt autem maxime neceſſaria. *ff* Sic etiam in regiſtr. *& ſi hæc ab initio impoſita non fuerint*, Barcin. *& ſi hoc ab initio impoſitum non fuerit*, duo Tarracon. *non fuerit*, tertius Tarracon. cetera ut edita ſunt. *Mand. quat. ſi ab initio hoc non fuit*, vet. Raimund. liber: *non fuerit*, Contius, & alii.

*gg Non condecet*, regiſtr. *non permittas imponi*, Raim. *nihil de novo imponi permittas*, unus Tarrac. Poſt hæc verba eſt non ſine mendo in regiſtro: *quam maxime eum exiguæ ſubſtantiæ*, *& monaſterium pauperum eſſe didicimus & Abbatem ipſum hoſpitalem omnino eſſe*, *multorum atteſtatione didicimus.*

*hh* Sic etiam Raim. *dilectæ filiæ Comitiſſæ Mathildi*, Barcin. & duo Tarrac. *Paſchalis V.* unus Tarrac. non recte.

*ii Fraxinorum*, Cont. qui recte addit quædam a Raim. omiſſa. *Fraſinon.* unus Tarrac.

*kk Scilicet*, Cont.

qui ad quid ſolvi debeat, ignoratur, de quo nimirum, cum nos Archipresbyter (*a*) interrogaret, quod rationabile [*b*] videbatur reſpondimus (*c*). Cenſus enim (*d*) ignorantiæ, nec divinis, nec humanis legibus invenitur (*e*). Oportet quippe, ut cenſus omnis, ad quid & quomodo (*f*) perſolvi debeat præſciatur. Mandamus ergo dilectioni (*g*) tuæ, ut prædam ipſam Carpenſi eccleſiæ reſtitui facias (*h*), nec deinceps Fraxinorenſem Abbatem, aut quemlibet alium, eam inquietare permittas.

## CAPUT VI.

*Ex concilio Lateranenſi* (*i*).

c. 6. eod. CUM Apoſtolus ſe, ac ſuos (*k*) propriis manibus decreverit exhibendos (*l*), ut locum prædicandi (*m*) auferret pſeudoapoſtolis, & illis (*n*), quibus prædicabat, non exiſteret oneroſus (*o*); grave nimis, & emendatione dignum (*p*) eſſe dignoſcitur, quod quidam fratrum & coepiſcoporum noſtrorum (*q*) ita graves procurationibus ſuis ſubditis exiſtant (*r*), ut pro hujuſmodi cauſa ipſa (*s*) interdum eccleſiaſtica ornamenta ſubditi exponere compellantur, & longi temporis victum (*t*) brevis hora conſumat. Quocirca ſtatuimus, quod Archiepiſcopi parochias viſitantes pro diverſitate provinciarum (*u*), & facultatibus eccleſiarum XL. vel L. evectionis numerum, Epiſcopi autem (*x*) XX. vel XXX. Cardinales autem XXV. nuſquam excedant (*y*), Archidiaconi vero V. aut VII. Decani conſtituti ſub ipſis (*z*) duobus equis contenti exiſtant, nec cum canibus venatoriis proficiſcantur, & avibus, ſed ita procedant, ut non quæ ſua ſunt, quærant (*aa*), ſed quæ Jeſu Chriſti quærere videantur, nec ſumptuoſas epulas quærant (*bb*), ſed cum gratiarum actione recipiant, quod honeſte, ac competenter (*cc*) illis fuerit miniſtratum. Prohibemus etiam, ne ſubditos ſuos talliis, & exactionibus Epiſcopi gravare præſumant; ſuſtinemus autem (*dd*) pro multis neceſſitatibus, quæ aliquotiens ſuperveniunt, ut ſi manifeſta, & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cum enim dicat Apoſtolus, *non debent filii theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis* (*ee*): multum longe a paterna pietate videtur (*ff*), ſi præpoſiti ſubditis ſuis graves exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris debent more fovere. Archidiaconi vero, ſive Decani (*gg*), nullas exactiones, vel tallias in presbyteros, ſeu clericos (*hh*) exercere præſumant. Sane quod de prædicto numero evectionis, ſecundum tolerantiam dictum eſt, in illis locis poterit obſervari, in quibus ampliores ſunt redditus, & eccleſiaſticæ facultates (*ii*). In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri menſuram (*kk*), ut ex acceſſu majorum minores merito non doleant ſe gravari (*ll*), nec ſub tali (*mm*) indulgentia illi, qui paucioribus equis hactenus uti ſolebant (*nn*), plurium ſibi credant (*oo*) poteſtatem indultam.

CA-

*a* Sic etiam Cont. vox *nos*, in veteri Tarracon. deleta eſt: *cum Archipresbyter nos*, alter Tarracon. elegantius. *b Nobis*, addit unus Tarracon. *ut quod rationabile*, Cont. *vel quid*, pro *quod*, vetus Tarracon. olim, mox *vel* deletum eſt. *c Reſpondemus*, Tarrac. quattuor, non recte: *reſponderemus*, Cont. aptius. *Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus*, Raimund. *d Quod cenſus*, Raimund.

*e* Sic etiam Raimund. *invenitur definitus*, unus Tarracon. *definitus invenitur*, alter.

*f Et quando*, Raimund. *g* Hæc pars a Raim. & Contio eſt omiſſa; *dis.* pro *dilectioni*, duo Tarracon.

*h Faciatis*, tres Tarracon. in uno tamen mutatum eſt *faciatis* in *facias*.

*i* Adde *cap.* 4. ut recte Cont. addit, & ex conciliis id confirmatur. Eſt autem id concil. ſub Alex. 3. habitum.

*k* Hæc ex variis locis ſumpta videntur, Act. cap. 20. Pauli epiſt. 1. ad Theſſalon. cap. 2. & epiſt. 2. cap. 3. & epiſt. 2. ad Corinth. cap. 11. *l* Sic etiam in concil. & in Gregor. *alendos*, eſt in marg. concil. apertius, ſed eadem notio eſt alterius verbi. *m Dicendi*, vel *detrahendi* malim, ſed ferendum eſt, cum nulla varietas ſit in concil. & in Gregor. & in quinque libris hujus collectionis.

*n* Vox *illis* in Barcin. non eſt: eſt in aliis libris. *o* Sic etiam concil. & Raim. *oneroſum*, Barcin. *hoc oneroſum*, duo Tarrac. in quibus olim *oneroſus* fuerat. *p* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſint licet in conciliis, uno verbo *fore* addito ante *dignum*. *q* Vox *&* non eſt in concil. *quidam prælatorum*, Raim.

*r Exiſtunt*, concil. vox *ſuis* non eſt in tribus Tarrac. *exiſtant*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*s* Vox *ipſa*, non eſt in concil. neque in Barcin. omnia omittunt Raim. & Contius.

*t* Sic etiam concil. & Raimund. *quæſitum*, additur in duobus Tarracon.

*u* Sic in concil. & Gregor. *temporum*, addit Barcin. non ſine mendi ſuſpicione, niſi *&* addamus.

*x Evectionum* pro *evectionis*, Raim. *evectionis numerum non excedant: Cardinales vero viginti quinque non excedant: Epiſcopi viginti, vel triginta nequaquam excedant*, conc. poſter. editionis: in priori edit. eſt, *Cardinales vero viginti, vel viginti quinque* &c. *y Numquam* pro *nuſquam*, unus Tarr. rectius. *Cardinales XXV. nuſquam excedant*, vetus Gregor. *numquam*, Cont. *z* Sic etiam in concil. & in vet. Gregor. *ſub Epiſcopis*, Cont. & alii. *Decani vero*, &c. unus Tarrac. *aa* Vox *quærant*, non eſt in conc. neque in Gregor. Verba Pauli ſunt in epiſt. ad Philippenſ. cap. 2. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. *Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt; non quæ Jeſu Chriſti.* Quæ gravis eſt in omnes ſententia, digna, quæ ubique legatur.

*bb Requirant*, Barcin. *quærentes*, vetus Gregor. *quærant*, Cont. & alii: hæc uſque ad illa, *Prohibemus etiam*, in concil. deſiderantur. Laurentius vetus interpres hoc loco verſus ineptiſſimos adfert, & ſcurræ perſonam induit ineptiſſime, & frigidiſſime: Bernardus partem ejus verborum retulit, partem omiſit.

*cc Aut* pro *ac*, vetus Gregor. ſolus. *dd Etiam* pro *autem*, idem vetus Gregor. tantum.

*ee* Οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. Paul. cap. 12. epiſt. 2. ad Corinthios: *non enim debent liberi parentibus ſervare theſauros, ſed parentes liberis.*

*ff Eſt* pro *videtur*, vetus Greg. ſolus. *gg* Sic etiam Raim. *autem* pro *vero*, concil. & unus Tarrac. *ſive canonici, ſive Decani*, Barc. *hh Vel* pro *ſeu*, unus Tarrac. *ii* Sic etiam Raim. *eccleſiæ facultates*, concil.

*kk* Sic etiam conc. & vetus Gregor. *tenere*, Cont. & alii. *ll Debeant* pro *doleant*, vetus Tarrac. & vetus Greg. ut editum eſt, Cont. & alii: *minores non debeant gravari*, concil. *mm* Sic etiam Raim. *Ne* pro *nec*, concil. & vetus Tarrac. non male. *nn Uti ſolebant hactenus*, duo Tarracon. & concil. & Raim. ſed male in editis diſtinctio notatur ante vocem *hactenus*. *oo* Sic Raim. *plurimum credant ſibi*, vetus Tarracon. *plurimum ſibi*

### CAPUT VII.

*Idem (a), pars c. Cum in Eccleſiæ (b).*

c. 7. eod. PRohibemus inſuper, ne ab Abbatibus, vel Epiſcopis, aliiſve prælatis (c) novi cenſus imponantur eccleſiis, nec veteres augeantur, nec partem redditunm ſuis uſibus appropriare præſumant, ſed libertatem, quam (d) ſibi majores conſervare deſiderant (e), minoribus quoque ſuis bona voluntate conſervent. Si quis vero aliter fecerit (f), irritum, quod egerit (g), habeatur.

### CAPUT VIII.

*Alexander III. Wigor. Epiſcopo (h), pars c. Meminimus (i).*

c. 8. eod. t. PRæterea illi, qui Epiſcopo ignorante auctoritate ſua penſionem annuam de eccleſiis quadam illuſione [k] ſolverint, ſive receperint [l] eis defunctis, niſi ab iis [m], qui per Epiſcopum, vel miniſteriales ejus, auctoritatem inſtituendi perſonas habentes, jus recipiendi canonem receperint, in receptione penſionis non ſunt aliquatenus audiendi, præſertim ſi Pontificalem [n], aut alterius, quod de jure [o] id facere potuit, auctoritatem, & aſſenſum non interveniſſe conſtiterit, non enim ſimplices ſacerdotes, vel clerici poſſunt eccleſias, quibus præſunt, auctoritate ſua præſertim [p] poſt deceſſum ſuum cenſuales efficere.

### CAPUT IX.

*Idem Carnot. Ep. pars c. In eminenti.*

Non ponitur. DE cetero noveris [q], quod cum aliquis ad extraordinarium judicem litteris impetratis cum adverſario ſuo componit, poſtmodum in eccleſia, de qua agitur, jus aliquod habiturus, ſi compoſitio non eſt juri contraria, non eſt a loci Epiſcopo aliquatenus reprobanda, ſed cenſus abſque Epiſcopali auctoritate, & eccleſiæ ſub hoc, cui præeſt, prætextu non eſt imponendus, & ſi fuerit ſolutus, vitam ejus, qui ſolverit, non excedit (1).

### CAPUT X.

*Idem Carnoten. Epiſcopo [r], pars c. Tua nos (s).*

ECcleſiis autem [t], quas de novo (2) Epiſcopi de manibus laicorum eripiunt [u], præter cathedraticum, & jura omnia, quæ aliis eccleſiis imponuntur, non videmus exactionem imponendam [x], quin novis [y] exactionibus decreto noſtro prohibemus generaliter [z] amodo eccleſias prægravare [aa]. cap. 9. eod.

## TITULUS XXXV.
## DE ECCLESIIS REÆDIFICANDIS, ET REPARANDIS [bb].

### CAPUT I.

*Ex concilio Lateranen. [cc]*

CUM dicat Apoſtolus [dd] abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum [ee], e contra quidam (ff), quæ ſua ſunt (gg), non quæ Jeſu Chriſti, quærentes, leproſis, & qui [hh] cum ſanis habitare non poſſunt, vel De eccleſ. ædific. c. 2.

[1] *Excedat*, forte.

[2] Alii, *denuo*.

*ſibi credant*, alii duo Tarrac. *plurimam ſibi credant*, concil. Hujus decreti mentio fit cap. 3. de exceſſibus prælatorum collect. 2. quod exſtat lib. 1. epiſt. 132. regiſtri Innoc. 3.

*a* *Ex eodem*, Raim. & Cont. aptius: eſt enim capitis 7. concilii Lateran. portio.

*b* Hæc omittunt Raimund. & Contius: vox *Cum*, deſideratur in duobus Tarracon. Integra clauſula legenda ſub titulo de ſimonia capite 8. in hac collectione. *c* *Ab Epiſcopis, vel Abbatibus, aliiſve prælatis*, concil. *ab Abbatibus Epiſcopis aut aliis prælatis*, vetus Gregor. *vel* pro *aut*, Cont. & alii: idem omiſit vocem *ab* non recte, quod peccatum olim fuerat in duobus Tarrac. *aliiſque* pro *aliiſve*, habet vet. Tarrac. *vel aliis*, duo alii Tarracon. *d* Sic etiam Raimund. *libertates, quas*, concil.

*e* Sic etiam Raim. *deſiderant conſervari*, concil. aptius: *deſiderant ſervare*, vetus Tarracon.

*f* Sic Raim. *Si quis autem aliter egerit*, concil. *g* *Quod fecerit*, concil. ut editum eſt, Raim.

*h* Sic etiam vetus Gregor. *Vigorien.* Cont. & alii. *Vuiggornien. Epiſcopo*, parte 28. cap. 9. titulo de pactionibus licitis, & illicitis in rebus eccleſiaſticis, in concil. prioris editionis; *Vuigorn. Epiſcopo*, in edit. poſteriori.

*i* Sic etiam in concil. *P. cap.* IN EMINENTI. Cont. non recte; ſunt enim ea verba capitis 9. in hac collect. Integra clauſula exſtat ſub titulo, Qui clerici, vel voventes, cap. 3. in hac collect. 1. ſunt autem plura capita ex eadem epiſtula ſumpta. *k* Sic etiam Raim. *colluſione facta*, concil. aptius.

*l* Sic etiam Raim. *ſolvunt, ſive recipiunt*, Barcin. *ſolvunt, aut recipiunt eas*, concil. *ſolverunt, ſive receperunt*, duo Tarrac. *m* *Perſonis defunctis, ubi ab his* &c. concil. ubi multa mendoſe, & obſcure ſunt edita: *eis defunctis*, Raimund. & Cont. aliis non paucis omiſſis. *n* Sic etiam in concil. *ſi Pontificis*, Raimund. voce *præſertim* omiſſa. *o* Scribendum, *qui de jure*, ut eſt in concil. & in Gregor. & tribus Tarrac.

*p* Sic etiam Raim. *ſua*, concil. pro utraque voce. *q* Vide cap. 5. de tranſactionibus hujus collectionis, & dele in margine *Non ponitur*: eſt enim cap. 5. de tranſact. etiam in Gregoriana.

*r* Sic etiam Raimund. & Cont. *Cenomanenſi Epiſcopo*, concil. parte 2. cap. 8. titulo de ſimonia &c. *neve prælati vices ſuas ad cauſas terminandas, vel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant; neve ſubditos talliis vexent, vel pœna pecuniaria multent. Cenoman. Epiſcopo*, habet etiam Barcin. quod placet. *Carnoten.* ſumptum videtur ex cap. 9. *s* Sic etiam Contius: deſiderantur in concil. & apud Raimund. Integra clauſula eſt, ut opinor, ſub titulo de clericis peregrinis cap. 1. in hac collectione: quod etiam eſt *Cenoman. Epiſcopo*, inſcriptum.

*t* Sic etiam in concil. *autem*, omittunt Raim. & Cont. *enim* pro *autem*, Barcin. habet.

*u* *Epiſcopus* &c. *eripuit*, concil. ut editum eſt, Raimund.

*x* *Exactionem aliam*, concil. plenius: *exactionem prohibemus imponi*, Raimund.

*y* Hæc clauſula a Raim. & Contio eſt omiſſa: *qui* pro *quin*, concil. *quod*, duo Tarr. *quia*, tertius.

*z* *Prohibuimus*, concil. altera voce omiſſa. Fortaſſe ad concil. Lateran. refertur.

*aa* *Prægravari*, concil. quod magis placet. *bb* *Ædificandis*, tres Tarrac. *vel* pro *&*, duo Tarrac. *reparandis, vel ædificandis*, Barcin. *De ædificandis, & reparandis eccleſiis*, vetus Greg. *De eccleſiis ædificandis, vel reparandis*, Cont. & alii. *cc* *Cap.* 23. addi poteſt ex concil. aut *cap.* 11. ex hiſtoria Anglica Gull. Neubrigen. non *cap.* 11. ut edidit Contius. *dd* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa: quæ ſunt etiam in concil. & apud Gull. qui addit poſt vocem *Apoſtolus Paulus*. *ee* Ἀλλ᾽ ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμήν. Paulus epiſt. 1. ad Corinthios cap. 12. *ff* Sic etiam Cont. *contra quidam*, Gull. *eccleſiaſtici quidam*, concil. ut ſuſpicor, mendoſe ex compendio vocis *e contra*.

*gg* De his verbis dictum eſt cap. 6. de cenſib. *hh* *Leproſis, qui*, concil. & Cont. *leproſos, qui*, Gull.

vel ad eccleſiam (*a*) cum aliis convenire, eccleſias, & cœmetaria non permittunt habere, nec proprii juvari miniſterio ſacerdotis, quod quia procul a chriſtiana pietate eſſe (*b*) dignoſcitur, de benignitate ſedis Apoſtolicæ (*c*) conſtituimus, ut ubicumque tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui eccleſiam cum cœmeterio ſibi conſtituere (*d*), & proprio valent gaudere (*e*) presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injurioſi (*f*) veteribus eccleſiis de jure parochiali nequaquam exiſtant, quod e-
* in. nim pro pietate (*g*) conceditur, * ad aliorum injuriam nolumus [*h*] redundare: ſtatuimus etiam, ut de hortis, & de nutrimentis [*i*] animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur.

## CAPUT II.

*Idem Eborac. Archiepiſcopo* (*k*).

c. 3. eod. AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod villa, quæ dicitur H. (*l*) tantum perhibetur diſtare ab eccleſia parochiali, ut in tempore hiemali, cum pluviæ inundaverint, non poſſunt (*m*) parochiani ſine magna eam difficultate [*n*] adire, unde non valent eccleſiaſticis officiis congruo tempore intereſſe. Quia igitur parochialis eccleſia (*o*) ita dicitur in redditibus abundare, quod præter illius villæ proventus, miniſter illius convenienter valeat (*p*) ſuſtentationem habere: f. t. per A. s. m. qua. ſi res ita ſe habet (*q*), eccleſiam ibi ædifices, & in ea ſacerdotem, ſub. ap. ob. (*r*) ad præſentationem rectoris eccleſiæ majoris cum canonico fundatoris aſſenſu inſtituas, ad ſuſtentationem ſuam ejus villæ (*s*) obventiones eccleſiaſticas percepturum: provideas tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci eccleſiæ matrici ſervetur, quod quidem (*t*) fieri poſſe videtur, cum ejuſdem villæ dominus xx. acras [*u*] terræ frugiferæ velit ad uſus presbyteri conferre. Si vero perſona matricis eccleſiæ virum idoneum præſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum ces. ap. diff. inſtituere non omittas.

## CAPUT III.

*Idem Exonen. Epiſcopo* (*x*).

IN litteris, & infra (*y*). De iis autem, qui [*z*] parochiales eccleſias habent, f. t. taliter duximus reſpondendum, quod ad reparationem, & inſtructionem (*aa*) eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ ſunt illius eccleſiæ (*bb*), ſi eis ſuperſunt (*cc*), conferre, ut eorum exemplo ceteri invitentur (*dd*). c. 4. eod.

## CAPUT IV.

*Ex concilio Magoc.* (*ee*)

QUicumque eccleſiaſticum beneficium habent, ad tecta eccleſiæ reſtituenda (*ff*), vel ipſas eccleſias emendandas, omnino adjuvent, & nonam, & decimam reddant (*gg*). c. 1. eod.



*a* Sic etiam Cont. & pro *vel*, concil. multa omiſit Gull. *b A pietate Chriſtiana*, concil. *eſſe a Chriſtiana pietate*, unus Tarracon. *quod quidem procul a Chriſtiana veritate*, Contius.
*c* Vox *de*, in Barcin. deſideratur: *de benignitate Apoſtolica*, concil. & Ant. Cont.
*d Qui eccleſiam ſibi cum cœmerito conſtituere*, concil. *quod eccleſiam cum cœmerito ſimul conſtituere*, Gull. *quod eccleſiam cum cœmeterio ſibi conſtruere*, Raimund. *e Valeant gaudere*, Barcinon. & duo Tarracon. & veteres Gregor. *gaudere valeant*, concil. & Cont. & alii: *gaudere*, Gul. & vetus Tarrac. altera voce omiſſa.
*f* Sic etiam conc. & Raim. *ne* pro *ut*, Gull. apud quem vox *nequaquam* deſideratur.
*g Quod namque eis pro pietate*, concil. *quod enim pro pietate eis*, Gall. *quod enim eis pro pietate*, Barcin. & tres Tarracon. plenius: ſic ſcribendum in Gregorianis, in quibus vox *pro* deſideratur.
*h* Sic etiam Gull. & Raim. *noluimus*, concil.
*i* Sic etiam vetus Gregor. vox *de* non eſt in concil. neque apud Cont. & alios.
*k Eboracen.* vet. Tarrac. & Raimund. *l N.* duo Tarrac. *Nortona*, vetus Gregor. *Nortorna*, olim. *H.* Cont. & alii. *Enimen.* tertius Tarracon. *m Non poſſint*, tres Tarracon. & Raimund.
*n Difficultate eam*, Barcinon. & unus Tarracon. *difficultate ipſam*, Raimund.
*o Eccleſia parochialis*, duo Tarrac. *dicta eccleſia*, Cont. *p* Sic etiam vetus Gregor. *valet*, Cont. & alii.
*q Habeat*, vetus Gregor. ſolus. *r* Vox *ob.* in Barcin. non eſt; *ap. re.* vetus Gregor. *ſublato appellationis obſtaculo*, Contius, & alii. *s Ejuſdem villæ*, unus Tarracon. & Raim. *t Per quod*, Barcinon. *quod ſi quidem*, vetus Gregor. *quod quidam*, Cont. non recte: ut editum eſt, alii, quod præfero.
*u Agras*, vetus Tarracon. *agros*, Barcin. „ *acras*, ideſt *jugera*, & eſt vulgare Anglorum “. Alan. „ & jugerum „ habet octo ſtaria 36. tabularum ad perticam pedis Luiprandi, quæ habet 12. pedes trium ſemiſſium, & „ trium digitorum “. Tancr. Vide cap. 5. qui filii ſunt legit. in hac collectione.
*x Exonien. Epiſcopo*, concil. aptius parte 29. cap. 2. titulo de alienatione rerum eccleſiæ, & de earundem recuperatione. *Lexon.* duo Tarr. *Lexonien.* Barcin. *Idem Alex. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Lexovien.* Cont. & alii.
*y* Hæc omittunt concil. & Raimund. & Cont. & Barcin. *Pars capituli*, AD AURES, *ſupra de ſponſis*, concil. ſcribo *de ſponſalibus*; eſt autem cap. 15. partis 6. & in hac collectione cap. 2. de eo, qui cognovit. *Wigor. Epiſcopo*, inſcriptum. Illic habebit lector integram primam clauſulam. Si vero quærat quis integram clauſulam, cujus initium ſit IN LITTERIS, videre poterit ſub tit. de officio judicis delegati cap. 14. *Brixienſi Epiſcopo*, & cap. 6. de raptoribus, *Claremont. Epiſcopo.* *z Sane* pro *autem*, Barcinon. *De his qui*, concil. & Raimund.
*aa* Sic etiam vetus Gregor. & *inſtitutionem*, concil. & tres Tarracon. & Cont. & alii.
*bb Ipſius* pro *illius*, tres Tarrac. & Raim. *quæ ipſius ſunt*, concil. voce *eccleſiæ*, omiſſa.
*cc* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *ſuperſint*, Contius, & alii non male.
*dd Adinvitentur*, Barc. ſolus. *ee Mogunt. cap.* 42. Burch. lib. 3. cap. 30. *Magontienſi cap.* 42. Ivo parte 3. cap. 35. decreti: *ex concilio Maguntin.* vetus Gregor. *Maguntinen.* Cont. & alii. *Maguntiacum ſub Carolo* appellatur in concilis, & eſt cap. 42. *ff* Sic etiam duo veteres Gregor. *reſtauranda*, concil. & Burch. & Ivo & Cont. & alii. *gg* Hæc omittunt Raim. & Cont. vox & poſterius omittitur in uno Tarracon. *novenariam* pro *nonam*, Barcinon. *numiſma*, Ivo & in marg. *nonam. Et novam decimam reddant*, concil. quod editum eſt, in marg. in prioribus editionibus, ſed in poſtrema hoc ſolum editum.

## TITULUS XXXVI. DE IMMUNITATE ECCLESIÆ (*a*), CŒMETERII, ET RERUM AD EAM PERTINENTIUM (*b*).

### CAPUT I.

*Ex ſynodo Joannis Papæ (c).*

De immun. eccl. c. 1. UT in domibus eccleſiarum neque miſſus, neque comes, vel judex publicus, vel miniſter, quaſi pro conſuetudine, nec placitum, nec hoſpitium vindicent (*d*), ſed in publicis rebus (*e*) domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur (*f*).

### CAPUT II.

*Gregorius Epiſcopus Agnello Epiſc. Terrac.* (*g*)

c. 2. eod. PErvenit &c. & infra (*h*). Fraternitas tua nullum, neque per noſtræ (*i*), vel eccleſiæ (*k*) ſuæ nomen, aut quolibet alio modo defendi a murorum vigiliis (*l*) patiatur, ſed omnes generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus melius (*m*) civitatis valeat cuſtodia provocari (*n*).

### CAPUT III.

*Idem Vitali defenſori Sardiniæ* (*o*).

c. 3. eod. INdicatum eſt &c. & infra (*p*). Dictum eſt etiam nobis (*q*), quod ruſtici ejuſdem eccleſiæ (*r*) rura propria (*s*) deferentes in privatorum poſſeſſionibus culturam laboribus exhibeant (*t*), in qua re (*u*) experientia tua tale aliquid fieri non permittat.

### CAPUT IV.

*Ex concilio Lateranen.* (*x*)

NON minus pro peccato (*y*), quod faciunt (*z*), quam pro illorum [*aa*] detrimento, quod ſuſtinent (*bb*), grave minus eſſe dignoſcitur, quod in diverſis partibus mundi conſules civitatis, & rectores (*cc*) nec non & alii, qui poteſtatem videntur habere, tot onera frequenter eccleſiis imponunt, ita gravibus (*dd*) eas, & crebris (*ee*) exactionibus premunt, ut deterioris condicionis ſub eis factum ſacerdotium videatur, quam ſub Pharaone fuerit, qui divinæ legis notitiam non habebat (*ff*): ille quidem (*gg*) omnibus aliis ſervitutibus ſubactis (*hh*), ſacerdotes ſuos, & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publicis (*ii*) eis alimoniam miniſtravit, iſti vero onera ſua fere univerſa imponunt eccleſiis, & tot angariis eas affligunt [*kk*], ut eis illud quoque, quod Hieremias deplorat, competere videatur: *Princeps provinciarum facta eſt ſub tributo* (*ll*): ſive quidem foſſata [*mm*], ſeu expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum, & clericorum, & pauperum (*nn*) Chriſti c. 4. eod.

*a* Sic etiam vetus Gregor. *Eccleſiarum*, Cont. & alii. *b* Sic etiam in veteri Gregor. *eas* pro *eam*, Cont. & alii: omnia deſiderantur in veteri Tarrac. *c* Sic etiam Raim. *concilio* pro *ſynodo*, unus Tarrac.

*d* Sic etiam Raim. *hoſpitium ſibi vindicent*, unus Tarrac. *e Locis*, malo, quam *rebus*, ut eſt in duobus Tarracon. & in Gregor. *f Et etiam hoſpitentur*, Raimund. & Cont. quod non æque placet.

*g* Vox *Epiſcopus*, non eſt in tribus Tarracon. neque in veteri Raimund. libro; cetera, ut edita ſunt. *Greg. IX. Archiepiſcopo Tricen.* Cont. & alii: mendoſe. *Traſo*, in marg. Cont. *Gregorius Agnello Epiſcopo*, lib. 7. epiſt. 20. Indict. 1. regiſtri B. Gregorii, & in marg. *Terracinenſi.* *h Pervenit, & infra*, Raim. & Cont. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Pervenit ad nos quoſdam illic, quod dici nefas eſt, arbores colere, & multa alia contra Chriſtianam fidem illicita perpetrare.* Cetera in regiſtro videantur. Sed quæ ad hoc attinent caput, hæc ſunt: *Quia vero comperimus multos ſe a murorum vigiliis excuſare: ſit fraternitas veſtra ſollicita, ut nullum* &c.

*i Nullum per noſtrum*, vetus Raim. liber: *nullum per noſtræ*, Cont. & alii: *nullum nec per veſtræ*, editus regiſtri liber: *nullum neque per noſtræ*, vetus lib. poſt vocem *noſtræ* additum eſt in veteri Tarrac. *neque per veſtræ* ſed eadem verba poſtea expuncta ſunt. *k Vel per eccleſiæ*, vet. Raimund. lib. ſolus.

*l* Vox *murorum* in regiſtro non eſt: *excuſari* pro *defendi*, Raimund.

*m* Sic etiam Raim. *auxiliante domino*, additur in concilio. *n* Malo, *procurari*, ut in regiſtr. & apud Raim.

*o Sar.* Raim. & Cont. *Sardinum*, in quodam veteri libro non recte. *Sardiniæ*, in veteri regiſtro lib. 7. epiſt. 65. Indict. 2. ea vox in edito deſideratur. *p* Sic etiam Raim. & Cont. excepta voce *&c.* integra clauſula in regiſtro hæc eſt: *Indicatum eſt nobis, quod quidam Caralitanæ eccleſiæ clerici diſciplinam ſui refugientes Epiſcopi, contra eum ſolatium tuæ defenſionis exquirant; atque per hoc illi, quod dici grave eſt, contumaces exiſtant: quam rem, ſi ita eſt, omnino dure ſuſcepimus* &c. *q Indicatum eſt etiam nobis*, vetus Tarrac. aliis omiſſis, quæ media ſunt. *Dictum etiam eſt nobis*, vetus regiſtr. *Dictum eſt nobis etiam*, editus liber. *Indicatum eſt nobis*, vetus Raim. liber. *Dictum eſt nobis*, Cont. & alii. *r Ruſtici eccleſiæ*, Raim. *ruſtici poſſeſſionis ejuſdem Caralitanæ eccleſiæ*, regiſtr. *s Jura* pro *rura*, in regiſtro, & in Barcin. mendoſe: *rura ejus*, Raim.

*t Adhibeant*, regiſtr. aptius: *culturam exbibeant*, Raimundus, & Contius.

*u* Ante hæc verba eſt in regiſtr. *Ex qua re agitur, ut poſſeſſiones eccleſiæ proprio in alios occupato cultore depereant atque ad tributa ſua perſolvenda idoneæ non exiſtant.* Hæc etiam a Raim. & Contio ſunt omiſſa, & pro his, quæ ſequuntur, ediderunt: *quod experientia tua fieri non permittant*: ſed in regiſtr. eſt: *In qua re Experientiam tuam volumus omnino eſſe ſollicitam; nec tale quidquam fieri poſthac, noſtra auctoritate data tibi, permittere debeas: ſciturus, quod ſi neglexeris, noſtros exinde de minori contra te ſollicitudine animos commoveri.* Eſt in his verbis nonnihil mendoſum. Poſtea de monaſteriis quibuſdam agitur; quæ in regiſtris videantur.

*x Cap.* 19. concil. *cap.* 20. Contius: *cap.* 5. Gull. Neubrigen. *y Eorum*, additur in concil. & in tribus Tarracon. *illorum*, Cont. qui alia a Raim. omiſſa addit: *pro illorum peccato*, Gull. & Barcin.

*z Homines*, addit unus Tarracon. *qui faciunt*, concil. & Gul. & Cont. & Barcin. & duo Tarracon. ſed in altero *qui* mox mutatum in *quod* eſt. *aa* Sic etiam concil. & Cont. *pro eorum*, Gull. *pro ſuorum*, unus Tarr.

*bb* Malo *qui* pro *quod*, ut in concil. & apud Gul. & Cont. & in Barcin. & in uno Tarrac. utraque vox in altero deſideratur. *cc Civitatum* pro *civitatis*, vetus Tarrac. & Raim. *rectores, & conſules civitatum*, concil.

*dd* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *& ita* pro *ita*, duo Tarrac. & concil. ut editum eſt, Gull.

*ee* Sic etiam Gul. *crebriſque*, concil. *ff* Sic etiam concil. & Raim. *non habuit*, Gul.

*gg Et ille quippe*, vetus Gregor. ſolus. *hh* Sic vetus Gregor. *ſervituti ſubjectis*, concil. *ſervituti ſubactis*, Gul. & vetus Tarracon. olim, & Contius, & alii. *ii De publico*, Barcin. aptius, & concil. & Raimund. & tres Tarrac. in quorum uno ex *publico*, *publicis*, factum. *kk* Sic concil. & Greg. IX. *ipſas* pro *eas*, Gul.

*ll* Hierem. thren. cap. 1. Ἄρχουσα ἐν χώραις ἐγενήθη εἰς φόρον. LXX.

*mm* Modeſtin. cap. 3. de re militari, *qui a foſſato recedit, capite puniendus eſt.*

*nn* Sic Raim. vox *&* poſterior non eſt in uno Tarracon. neque apud Gull. non male: *clericorum, & pauperum*,

ſti uſibus deputatis cuncta volunt fere compleri (*a*), juriſdictiones etiam [*b*], & auctoritatem Epiſcoporum, & aliorum [*c*] prælatorum ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe, ſuper quo dolendum [*d*] pro eccleſiis, dolendum etiam eſt nihilominus pro ipſis (*e*), qui & [*f*] timorem Dei, & eccleſiaſtici ordinis reverentiam videntur penitus abjeciſſe. Quocirca ſub anathematis diſtrictione ſeverius prohibemus, ne talia de cetero attemptare præſumant, niſi Epiſcopus, & clericus (*g*) tantam neceſſitatem, vel utilitatem [*h*] inſpexerint (*i*), ut abſque ulla occaſione [*k*] ad relevandas communes utilitates, vel [*l*] neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules, aut alii de cetero iſta commiſerint [*m*], & commoniti forte deſiſtere noluerint [*n*], tam ipſi, quam fautores eorum excommunicationi ſe noverint ſubjacere, nec communioni [*o*] reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem [*p*].

## TITULUS XXXVII.

## NE CLERICI, VEL MONACHI SÆCULARIBUS NEGOTIIS SE IMMISCEANT (*q*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Magocen.* [*r*].

MUlta ſunt [*s*] negotia ſæcularia, de his tamen pauca perſtringamus [*t*], ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia [*u*], quidquid enim plus juſto appetit [*x*], turpe lucrum eſt, munera injuſta accipere, vel etiam dare pro aliquo ſæculari quæſtu, pretio aliquem conducere, contentiones, vel lites, vel rixas (*y*) amare, in placitis (*z*) ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores eſſe ſæcularium rerum (*aa*), turpis verbi, vel facti joculatorem (*bb*), vel jocum ſæculare (*cc*) diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens propoſito ſuo (*dd*) quærere, in deliciis vivere velle, gulam, ebrietatem ſequi, pondera injuſta, vel menſuras (*ee*) habere, negotium injuſtum exercere, nec tamen juſtum negotium eſt contradicendum [*ff*] propter neceſſitates diverſas, quia legimus ſanctos Apoſtolos negotiaſſe [*gg*], & in regula ſancti Benedicti præcipitur prævidere (*hh*), per quorum manus negotia monaſterii tranſeant (*ii*), canes & aves ſequi ad venandum, & omnibus quibusli- Ne clerici, vel monac. c. I.



*perum*, concil. omiſſo & priori. *a Compilari*, concil. *volunt fere cuncta compleri*, Raimund. *cuncta volunt compleri*, Gull. voce *fere*, omiſſa. *b Juris etiam dictiones*, unus Tarracon. *juriſdictionem etiam*, concil. & Gull. & Raim. *c* Hæc omittunt Raimund. & Contius. *d* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *eſt*, additur in concil. & in uno Tarrac. poſt vocem *dolendum*. *e* Vox *eſt* in concil. deſideratur, vox *nihilominus* in uno Tarrac. *dolendum nihilominus pro ipſis*, Gull. & *pro ipſis*, concil. *f* Vox & non eſt in concil. neque in uno Tarracon. *g* Sic etiam concil. & Raim. *vel* pro &, Gull. *h Et* pro *vel*, Gull. ſolus.

*i Aſpexerint*, concil. & Gul. *inſpexerit*, duo Tarrac. & vetus Gregor. *aſpexerint*, Cont. & alii.

*k Coactione* vetus Gregor. aptius: *exactione*, Cont. & alii: *abſque coactione*, concil. & Gull. *abſque ulla coactione*, *vel excommunicatione*, unus Tarracon. *l* Hæc omittunt concil. & Gul. habet Raim.

*m* Sic etiam Gul. & Raim. *id præſumpſerint*, concil. *n Voluerint*, mendoſe in concil. prioris editionis.

*o* Sic etiam Raim. *fidelium*, addit Gul. *nec communicationi fidelium*, concil.

*p Niſi* pro *donec*, concil. & Gull. qui addit in fine, *pœnitentes*, *donec ſatisfecerint competenter*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *q* Sic etiam Raimund. & Cont. *miſceant* pro *immiſceant*, unus Tarracon. & *leges*, *nec phyſicam audiant*, addit alter Tarrac. *r Magot.* duo Tarrac. *Maguntino*, Raim. & Cont. *ex concilio Moguntino* cap. 22. Burchard. lib. 8. cap. 90. *Magontienſi* cap. 22. Ivo parte 7. cap. 108. & in marg. *Magont.* 1. cap. 14. quod ex concil. confirmatur: exſtat etiam in altero Magunt. ſub Rabano cap. 13.

*s* Sic etiam Raimund. & Cont. Ante hæc verba eſt in concil. d. cap. 14. *Miniſtri autem altaris domini*, *vel monachi*, *nobis placuit*, *ut a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt ergo* &c. Sic etiam Burch. ſic Ivo. At d. cap. 13. ſub Rabano hæc verba ſunt: *Providendum neceſſario eſt unicuique Epiſcopo*, *qualiter canonici vivere debeant*, *nec non & monachi*, *ut ſecundum ordinem regularem vivere ſtudeant*, *ut ait Apoſtolus. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt*, *in ea permaneat: & ut a negotiis ſæcularibus omnino abſtineant. Multa ſunt enim* &c. Pauli verba videnda epiſt. 1. ad Corinthios cap. 7. & epiſt. ad Epheſios cap. 4.

*t De hujuſmodi tamen perſtringamus pauca*, unus Tarrac. *perſtrinximus*, concil. utrubique: cetera, ut edita ſunt: *de quibus pauca præſtringamus*, vetus Gregor. *perſtringamus*, alter vetus, & Cont. & alii: ut editum eſt, Burch. & Ivo. *u* Sic etiam Raim. & Contius: *ad quæ pertinet omnis libido*, *non ſolum in immunditia carnis*, *ſed etiam in omni concupiſcentia carnali*, concil. d. cap. 14. plenius: *immunditia*, pro *in immunditia*, d. cap. 13. *in* omittit Burch. utrubique, & ſcribit, *omnis carnalis concupiſcentia*; cetera, ut concil. Ivo, ut Burch.

*x* Vox *enim*, non eſt in concil. neque in Gregor. neque olim fuerat in veteri Tarrac. in fine in his omnibus additur vox *homo*, & in duobus aliis Tarrac. & apud Burch. & Ivon. qui etiam carent voce illa *enim*. *Homo*, *hoc*, additur in veteri Tarracon. ſed vox *hoc* poſtea expuncta eſt.

*y* Sic etiam Raim. & *lites*, *vel rixas*, concil. & vet. Tarrac. & *lites*, & *rixas*, Burch. *lites*, & *rixas*, Ivo.

*z In plateis*, vetus Gregor. ſolus; *placitum* pro *judicio* dicebant illis temporibus ut in legibus Longobardorum tit. de his qui ad placitum venire coguntur. *aa* Sic etiam concil. Burch. Ivo, & duo veteres Gregor. *conductores ſæcularium rerum*, *aut procuratores eſſe*, Cont. & alii. *bb Eſſe*, additur in concil. & in vet. Tarrac. & in Barcin. & apud Burchard. *jaculatorem eſſe*, Ivo, & in marg. *joculatorem eſſe*. At in Gregor. *eſſe joculatorem*, & in duobus Tarracon. vox *vel* in uno Tarrac. olim deſiderabatur.

*cc* Sic etiam in concil. d. cap. 14. *ſæcularem*, d. cap. 13. Burch. Ivo, Raim. Barcin. & tres Tarrac. *locum* pro *jocum*, unus Tarracon. *jocum* interpretor ludum, ut differat a jocoſis verbis.

*dd Ornamentum conveniens pro poſſe ſuo*, Barcin. ſolus, non recte: *conveniens* quoque olim fuerat in uno Tarrac. ſed omnia errata librariorum perſequi non debemus. *ee Injuſtas*, addit ſolus vetus Tarrac.

*ff Eſt interdicendum*, d. cap. 13. non male. *gg* Sic etiam concil. d. cap. 14. Burch. & Ivo: *negotiatos eſſe* d. cap. 13. Raim. *negotia geſſiſſe*, malo: *negotiamini*, *dum venio*, dicitur Lucæ cap. 19. πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι. *hh* Sic etiam concil. Burch. & Ivo *provideri*, Raimund.

*ii Negotium monaſterii tranſeat*, concil. Burch. & Ivo: *negotia monaſterii procurarentur*, vetus Gregor. *procurentur*, alter, & Cont. & alii.

UNED

bet cauſis (*a*) ſuperfluum eſſe (*b*), ecce talia (*c*), & his ſimilia miniſtris altaris domini, nec non (*d*) & monachis omnino (*e*) contradicimus, de quibus (*f*) ait Apoſtolus, *nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis* (*g*).

## CAPUT II.

*Alexander III. in concilio Turonenſi* (*h*).

c. 3. eod. NON magnopere (*i*) antiqui hoſtis invidia infirma membra eccleſiæ præcipitare laborat, ſed manum mittit ad deſiderabiliora (*k*) ejus, & electos quoque (*l*) nititur ſupplantare, dicente ſcriptura, *Eſcæ ejus electi* (*m*). Multorum ſi quidem caſum operari ſe (*n*) reputat, ubi pretioſius (*o*) aliquod membrum eccleſiæ ſua fuerit calliditate detractum (*p*), & inde nimirum eſt, quod in angelum lucis (*q*) more ſolito ſe transfigurans, ſub obtentu lugentium fratrum (*r*) conſulendi (*s*) corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi (*t*), & regulares (*u*) quoſdam ad legendas leges, & confectiones phyſicales (*x*) ponderandas de clauſtris ſuis educit. Unde ne ſub occaſione (*y*) ſcientiæ ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus involvantur, & in interioribus (*z*) ex eo ipſo [*aa*] deficiant, ex quo ſe aliis putant in exterioribus providere, per præſentis concilii aſſenſum [*bb*] ſtatuimus, ut nulli [*cc*] omnino poſt votum religionis, poſt factam [*dd*] in aliquo loco religioſo profeſſionem ad phyſicam, legeſve mundanas legendas permittatur exire [*ee*]. Si vero exierint [*ff*], & ad clauſtrum [*gg*] ſuum infra duorum menſium ſpatium non redierint, ſicut excommunicati ab omnibus evitentur, & nulla cauſa ſi patrocinium præſtare voluerint, audiantur [*hh*]. Reverſi autem in choro, capitulo, menſa, & ceteris ultimi fratrum exiſtant (*ii*), & niſi forte ex miſericordia (*kk*) ſedis Apoſtolicæ, totius ſpem promotionis amittant.

## CAPUT III.

*Ex concilio Lateranen.* [*ll*] *pars c. Clericum* [*mm*].

SED nec procuratores (*nn*) villarum, aut c. 4. eod.
juriſdictiones etiam ſæculares ſub aliquibus Prin-

*a In* pro *&*, concil. d. cap. 14. *& in omnibus*, Burch. & Ivo: *& omnibus*, Raim. *in comeſſationibus*, *& vinolentiis nimiis incumbere*, *ſuperfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere*, concil. d. cap. 13.

*b* Sic etiam concil. d. cap. 14. Burch. & Ivo: *ſuperfluis intereſſe*, Barcin. & Raim. apertius.

*c Ecce qualia* &c. vetus Gregor. ſolus; *quæ omnia*, &c. d. cap. 13. concil.

*d Altaris domini noſtri*, idem vetus Gregor. tantum: *altaris interdicimus*, concil. d. cap. 13.

*e* Hæc vox in duobus Tarracon. deſiderabatur, in altero addita eſt: omittitur d. cap. 13.

*f Hortantes eos ſervare illud Apoſtolicum*, concil. d. cap. 13. *g* Sic etiam vet. Gregor. *negotiis ſæcularibus*, concil. & Burchard. & Ivo, & Cont. & alii; *implicet*, pro *implicat*, alter vet. Gregor. vox *Deo* in quibuſdam Gærcis libris non eſt apud Paulum epiſt. 2. ad Timotheum cap. 2. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. *Nemo*, inquit, *militans implicatur vitæ negotiis*. Superiora tamen verba de milite Chriſti ſunt. Σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. De quibus verbis dictum eſt cap. 2. de renuntiatione: & civili jure Romanorum prohibita erat militibus negotiatio, uſque eo, ut ne agrum quidem comparare militi liceret in ea provincia, in qua militaret, ne a cura ſua avocaretur, ut Macer ait cap. 13. de re militari. Poſt hæc verba ſunt alia in concil. d. cap. 13. a piis lectoribus omnino legenda, & conſideranda. *h* Sic etiam Raimund. & Cont. & concil. parte 27. cap. 2. titulo ne clericus, vel monachus ſæcularibus ſe negotiis immiſceat: & de regula religioſorum. Addo *cap.* 8. ex quodam libro Pontificali nondum edito, & ex hiſtoria Anglica Gullielm. Neubrigen. *i* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. & in ſupraſcriptis libris. *k Deſiderabilia*, Pontif. & Barcin. & duo Tarrac. & Cont. *Hic manum mittit ad deſiderabilia*, concil. *injecit* pro voce *mittit*, olim in Pontif.

*l Quoſque*, unus Tarrac. & Pont. & Contius; *electos quoque* in concil. omiſſa voce *&*.

*m* Sic etiam Contius: *electæ* pro *electi*, Pontif. *Eſca ejus electi*, concil. & in marg. Job. cap. 39. juxta LXX. ſed Abacuc, c. 1. in Complut. ſunt illa verba: *Eſcæ ejus electæ*, Job verba parum apta mihi videntur eſſe d. cap. 39. Καὶ τὰ βρώματα αὐτοῦ ἐκλεκτά. LXX. d. cap. 1. Abacuc; *& cibus ejus electus*. Hieron.

*n Caſum ſe operari*, concil. *caſum ſe*, Contius omiſſa voce *operari*: *cauſis operari ſe*, Pont. non recte: *caſum* ſive *caſus*, Gull. *o* Hæc vox deſideratur in concil. *p* Sic Pontif. & Cont. *ſubtractum*, concil.

*q* Paul. epiſt. 2. ad Corinthios cap. 11. *r Languentium fratrum*, concil. & Raim. & Pont. & tres Tarr. ſed in uno eorum mutata eſt ea vox in *lugentium*, quæ mihi non æque placet.

*s* Sic etiam concil. & Raim. *conſulendum*, duo Tarrac. in quorum altero *conſulendi*, olim fuerat: *conſiderandi*, Pontif. quod nondum probavi. *t* Sic omnes præter vet. Tarracon. in quo ex *pertractandi*, *pertractandum*, ſcriptum eſt. *u* Vox *&*, ab aliis recte omittitur.

*x* Sic etiam Raim. *phyſicas*, concil. & Pont. & Barcinon. minus inepte.

*y* Sic etiam concil. & Pont. vox *ſub* omittitur a Raimund. & Contio: *ſub hac occaſione*, Gul.

*z* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. & apud Gull. vox *in* omittitur in Pontif. & in uno Tarracon. & in altero aliquando deſiderabatur. *aa Ipſi*, Gull. pro *ipſo*.

*bb De præſentis concilii aſſenſu*, concil. & Pont. hæc etiam nulla ſunt in Gregorianis.

*cc* Sic etiam vetus Gregor. & Cont. & editi, *ut nullus* concil. & Pont. & alter vetus Gregor. & unus Tarracon. & Barcin. *dd* Sic etiam concil. Pont. & duo veteres Gregor. *& poſt factam*, Contius, & alii, non male. *ee* Sic etiam concil. & Pont. *permittantur exire*, tres Tarrac. & Raimund.

*ff* Sic etiam Raim. *exierit*, concil. & Pont. ſic poſtea eadem varietas eſt in aliis verborum numeris.

*gg Monaſterium*, duo Tarrac. tantum. *hh* Sic etiam Raim. *voluerit*, *audiatur*, concil. & Gul. *temptaverit*, *audiatur*, Pontif. *ii* Sic etiam Raim. *ultimus fratrum exiſtat*, concil. *ultimus fratrum ſemper exiſtat*, Pontif. plenius. *kk Niſi ex miſericordia forſan*, Pont. *forte* Gul. ut editum eſt, concil. & Raim. In fine adduntur in conc. tantum hæc: *Epiſcopi vero Abbates*, *Priores tantæ enormitati conſentientes*, *& non corrigentes ſpolientur propriis honoribus*, *& ab eccleſiæ liminibus arceantur*. Hæc Raimundo dura viſa ſunt, & ideo ab eo ſunt rejecta.

*ll Idem in concilio Lateran*. Raimund. Adde *cap*. 12. ex conciliis.

*mm Clerici*, Cont. & vetus Tarr. *Clerici in ſubd*. Barcin. plenius. Integra clauſula quærenda eſt ſub titulo de poſtulando: *ſubdiaconatu* pro *ſubd*. ſcribendam. *nn Ne* pro *nec*, Barcin. *Sed nec procurationes*, concil. & Raimund. & tres Tarracon. in quorum uno *procuratores*, olim fuerat; & in duobus veteribus Gregor. dubium eſt, *procuratores*, an *procurationes*, ſcriptum ſit: ego conciliorum ſcripturam probo.

UNED

Principibus, & ſæcularibus (*a*) viris, ut juſtitiarii eorum fiant [ *b* ], clericorum quiſquam exercere præſumat (*c*). Si quis autem adverſus hoc venire temptaverit (*d*), quia contra doctrinam Apoſtoli (*e*) dicentis: *Nemo militans Deo* (*f*) *implicat ſe ſæcularibus negotiis* (*g*), *ſæculariter agit* (*h*): ab eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quod officio clericali neglecto fluctibus ſæculi, ut potentibus (*i*) placeat, ſe immergit (*k*), diſtrictius autem decernimus (*l*) puniendum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit (*m*) attemptare.

## CAPUT IV.

*Alexander III. Cantuar. Archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 27. cap. 1.

FRaternitati veſtræ per A. s. m. (*n*) & m. pr. qua. univerſis monachis veſtræ juriſdictionis arctius inhibere curetis, ne villas, vel eccleſias recipere (*o*) ad firmas, vel detinere (*p*) præſumant, quod ſi præſumpſerint, eos auctoritate Apoſtolica freti ſub ap. re. faciatis a ſua præſumptione (*q*), eccleſiaſtica diſtrictione ceſſare.

## CAPUT V.

*Idem Lundon. Epiſcopo* (*r*).

SEcundum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi, vel clerici, cauſa lucri negotientur, ne monachi vel a clericis, vel a laicis (*s*) firmas habeant, neque laici eccleſias ad firmas teneant (*t*). c. 6. eod.

## CAPUT VI.

*Idem Cantuar. Archiepiſcopo* (*u*).

CLericis, qui in ſacris ordinibus conſtituti ſunt (*x*), ex Toletano concilio (*y*) judicium ſanguinis agitare non licet (*z*). Unde prohibemus (*aa*), ne aut per ſe truncationes membrorum faciant (*bb*), aut judicent inferendas (*cc*), quod ſi quis tale quid fecerit (*dd*), honore privetur, & loco (*ee*). Jubemus etiam (*ff*) ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſæcularis. Clerici, qui comam (*gg*) nutriunt (*hh*), etiam inviti ab Archidiaconis ſuis tondeantur (*ii*). Veſtimentis autem (*kk*), & calceamentis, niſi quæ honeſtatem (*ll*), & religio-

c. 5. eod. & de vita, & hon. cleric. cap. 7.

*a* Sic etiam Raim. *vel* pro *&*, concil. neutrum in altero veteri Gregor.
*b* Sic etiam concil. *ut juſtitiarius eorum fiat*, Raimund. *c Aſſumere præſumat*, concil. poſterioris editionis: *exercere præſumant*, vetus Tarr. olim: ut editum eſt, Raim. *exiſtere præſumat*, prior concil. editio.
*d* Sic etiam concil. & duo veteres Gregor. *hæc* pro *hoc*, Cont. & alii: *adverſus hoc temptare præſumpſerit*, unus Tarracon. *e* Sic etiam Raim. *diſciplinam* pro *doctrinam*, duo Tarrac. *quoniam contra doctrinam Apoſtoli eſt*, concil. plenius. *f* De his verbis dictum eſt cap. 1.
*g Negotiis ſæcularibus*, concil. *implicet* pro *implicat*, Raim. cetera, ut edidimus.
*h* Sic vetus Gregor. alter, & Cont. & alii editi: *& ſæculariter agit*, concil. *ideſt ſæculariter agit*, unus Tarrac. quamvis vox *ideſt* olim non eſſet: *ſæculariter agens*, alter vetus Tarr. *ſæcularibus agens*, alter Gregor. vetus, non recte. *i Sæculi*, additur in concil. *ut poteſtatibus*, Raimund.
*k Se injungit*, vetus Greg. ſolus. *l Decrevimus*, concil. & duo veteres Greg. *decernimus*, Cont. & alii.
*m* Sic etiam Raim. *audeat*, concil. *n Per Apoſtolica ſcripta mandamus*, unus Tarrac. *præcepta*, concil. & in marg. *præſcripta*, non recte; omittuntur autem alia quædam in concil.
*o Et eccleſias*, concil. omiſſo verbo *recipere*, non ſine mendo. *p Vel receptas detinere*, concil.
*q A præſumptione ſua*, concil. *ab hac præſumptione*, Barcin. Omiſſum videtur hoc caput a Raim. propter caput proximum. *r Lunden.* concil. dicta parte 27. cap. 3. prior. edit. *Londonen.* poſterior: & Contius & alii. *Londonien.* malo. *s* Sic etiam in concil. *A.* in vetus Tarracon. non eſt: *vel laicis ſuo nomine*, Raim. *t* Sic etiam duo veteres Gregor. *firmam* pro *firmas*, Cont. & alii: *vel laici ad firmam eccleſias teneant*, concil. *u Cantuarienſi* pro *Cant.* concil. d. parte 27. cap. 4. & Raim. & Cont. plenius. Sed mihi concilii alicujus verba videntur, ut aperte ſunt ex concilio Agathenſi ea, de quibus mox agemus. In unoquoque veteri Gregor. eſt tantum vox *Idem*, quæ referri poteſt ad concil. Lateran. proximum.
*x Sunt conſtituti*, concil. *Clericis, & infra*, Raim. & Cont. ſub tit. de vita, & hon. cler. *Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis*, ſub hoc titulo. *y* Sic etiam unus ex veteribus Gregor. *ex concilio Toletano*, alter vetus Gregor. & Cont. & alii, & duo Tarrac. deſiderantur hæc in tertio Tarracon. & in concil. ſed in marg. ſcripta ſunt. Addi autem poteſt, *Toletano XI. cap. VI.* ex concil. cujus verba refert Burch. lib. 1. cap. 201. ut *ex concilio Mogunt. cap. 6.* & Ivo parte 5. cap. 315. decreti, *ex Tolet. concilio c. 6.* & Raban. in lib. de pœnit. cap. 30. & Grat. 23. q. 8. cap. 30. *ex concil. Tolet. XI.* In eo capite pro verbis ſupra relatis hæc ſunt: *His a quibus domini ſacramenta tractanda ſunt*, ſic in concil. & apud Raban. & Grat. *tractantur*, habent Burch. & Ivo. *z* Hæc ſunt Toletani concilii verba, teſtibus concil. Rab. Burch. Ivone, Grat. & Raim. & d. partis 27. collectore. *aa* Hæc aliter in concil. Toletan. ſunt. *bb* Vox *membrorum*, non eſt in Barc. eſt in concil. d. cap. 4. & in Gregor. *aut truncationes quibuslibet perſonis, aut per ſe inferant*, Tolet. d. cap. 6. & Burch. & Ivo: *quaslibet* pro *quibuslibet*, Raban. *aut per ſe inferant membrorum truncationes quibuslibet perſonis*, Gratian. editus: *aut membrorum truncationes quibuſlibet perſonis per ſe inferant*, vetus Grat. liber.
*cc* Sic etiam d. cap. 4. & apud Raim. *aut inferendas præcipiant*, Tolet. & Burch. & Ivo, & Grat. *aut aliis judicent inferendas*, vetus Tarrac. ſed vox *aliis* olim deſiderabatur: *aut inferenda præcipiant*, Raban.
*dd* Aliis verbis in Tolet. concil. vox *quid* non eſt in uno vet. Gregor. eſt in altero veteri & in concil. d. cap. 4. *ee* Sic etiam d. cap. 4. & in Gregor. *& conceſſi ordinis honore privetur, & loco*, Tolet. & Burch. & Ivo: vox *&* apud Grat. deſideratur: *privatus* pro *privetur*, eſt in Suriana tantum edit. concilior. & apud Raban.
*ff* Hæc non ſunt ex Tolet. concilio, in quo aliæ pœnæ enumerabantur: ut etiam Rab. Burch. Ivo, & Grat. referunt: ut editum eſt, concil. d. cap. 4. *Inhibemus etiam*, &c. vetus Gregor. *Jubemus*, alter vetus, & Cont. & alii. *gg* Hæc verba ſunt Agathenſis concil. cap. 20. quod antiquius multo eſt, quam illud Toletanum: refert hæc etiam verba ex eod. Agathenſi concilio, Grat. diſt. 23. cap. 22. *Clerici etiam, qui comam*, eſt in concil. d. cap. 4. Raim. *etiam* voce caret ſub tit. de vita, & honeſtate clericor. totam clauſulam omiſit ſub hoc titulo. *hh* Sic etiam concil. d. cap. 20. & d. cap. 4. & Grat. & vetus Gregor. *& barbam*, addit Cont. & alii editi: vide cap. 4. tit. 1. lib. 3. hujus collect. *ii* Sic in concil. d. cap. 4. *a ſuis Archidiaconis*, Raim. *ab Archidiacono, etiam ſi noluerint, inviti detondeantur*, concil. d. cap. 20. & Grat.
*kk* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. d. cap. 4. *Veſtimenta, vel calciamenta etiam eis, niſi quæ religionem deceant, uti, aut habere non liceat.* Agath. *alias &* pro *vel*, in marg. concil. *Veſtimenta etiam, vel calciamenta eis* &c. Grat. *ll* Sic etiam in concil. d. cap. 4. *quæ ad honeſtatem*, Barcin. quod nondum probavi.

UNED

ligionem deceant, uti non liceat. Si quis contra (a) hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi ſubjaceat.

6. eod.

## CAPUT VII.

*Idem Lundon. Epiſcopo (b).*

cap. 7. eod. RElatum eſt auribus noſtris (c), quod monachi N. (d) ſæculariter vivunt, & alios exemplo corrumpant (e). Inde eſt (f), quod auctoritate Apoſtolica tibi indulgemus, ut eos ad obſervationem monaſticæ regulæ appellatione remota compellas, ut [1] ſi tibi (g) reſtiterint auſu temerario (h), eis ejectis, fratres Ciſtren. ordinis (i) in præſcriptum monaſterium inducas, ut labores impiorum juſti edant, & illi tam (k) de (2) rubore confuſi (l) ad ſui ordinis obſervantiam revertantur.

## CAPUT VIII.

*Eugenius Papa Lucell. Archiepiſcopo (m).*

SAcerdotibus autem, & clericis tuis (n) denunties publice, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant: quod ſi poſtmodum fieri præſumpſerit [o], & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam a laicis capiantur (p), indignum eſt eis ab eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari (q). c. 2. eod.

# LIBER QUARTUS.

## TITULUS I.
## DE SPONSAL. ET MATRIMONIO (r).

## CAPUT I.

*Alexander III. (s)*

De ſponſal. cap. 4. AD audientiam noſtri Apoſtolatus pervenit, quod cum Hugo Alberitius (t) Papienſis civis filiam ſuam cuidam filio Lantacon. (u) dare vellet uxorem (x), juravit, quod ſi ille, cui deſponſabatur (y), eam habere, caſu aliquo interveniente, non poſſet, alteri filio, quem de alia uxore genuerat, eandem puellam matrimonio copularet. Contracti autem a filio priori ſponſalibus, quidam ad eccleſiam accedentes, conſanguinitatem inter eos eſſe juramentis interpoſitis firmaverunt; ideoque præfatus Hugo (z) eandem fœminam [3] dare alteri filio nititur (aa), ut juravit; ſed quoniam ſcriptum eſt, quod ſponſam fratris frater habere non poteſt (bb), d. t. per A. s. pr. (cc) m. qua. eum ſuum implere propoſitum, quod canonicæ rationi obviat (dd), non permittas, ſed ut pœnitentiam agat de illicito juramento, diligenter admoneas, & (ee) eccleſiaſtica diſtrictione compellas: contra, &c. (ff)

CA-

[1] Alii, *&*. (2) *Tandem*, Greg. IX. (3) Alii, *filiam.*

*a Siquis autem contra*, concil. d. cap. 4. & Raim. & duo Tarracon. ſed a Raim. ſolo hæc conjunguntur illi clauſulæ, *Jubemus etiam* &c. *b Lunden. Epiſcopo*, concil. d. parte 27. cap. 7. edit. prioris. *Idem eidem*, Raimund. & Cont. hoc eſt *London.* ut ſupra cap. 5. *London. Epiſcopo*, concil. poſter. editionis. *Idem in eodem*, vetus Gregor. non recte. *c* Sic etiam concil. *nobis*, vetus Gregor. omnia omittunt alter vetus Gregor. & Cont. & alii. *d Monachi de N.* Barcin. & unus Tarrac. & vetus Gregor. *de H.* alter vetus Gregor. & Cont. & alii: *de Neſtun.* concil. plenius, *de E.* alter Tarrac. *e* Scribe *corrumpunt*, ut eſt in quattuor Tarrac. & in concil. & in uno veteri Gregor. *exemplo eorum corrumpunt*, Barcin. & alter vetus Gregor. *ſuo* pro *eorum*, Cont. & alii. *f* Sic etiam in concil. ſeverius hæc a Gregor. IX. ſcripta ſunt, *Ideoque mand. quatenus*, *eos* &c. *g Et* pro *ut*, unus Tarrac. *aut*, concil. *vel*, Raimund. *h Temerarie*, Barcin. ſolus.

*i Abjectis* pro *ejectis*, concil. poſter. edit. mutavit hæc Raim. *eis ejectis*, inquit, *fratres alterius ordinis*, *ſi non poteſt præſcriptum monaſterium in ſuo ordine reformari.* *k Tandem*, ſcribendum, ut eſt in Barc. & in tribus Tarracon. & in Gregor. *& illi inde*, concil. *l* Sic Raim. *rubore ſuffuſi*, concil. non male.

*m Lucellis*, tres Tarrac. *Jocell.* Barcin. *Luc. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vic.* pro *Luc.* alter. *Lucæ*, Cont. & alii. *Eugenius Papa primus Saren. Epiſcopo*, concil. parte 26. cap. 15. titulo de depoſitione clericor. &c. Addi autem poteſt ex eadem collectione, *pars cap.* PRESBYTERUM CUJUS DUO. Integra clauſula exſtat cap. 2. de clerico ægrotante, cujus etiam inſcriptio eſt in hac collect. *Eugenius Papa Jocell. Archiepiſcopo.* Ejuſdem reſcripti pars eſt cap. 2. de apoſtatis, in hac collect. *n* Sic etiam concil. *aut* pro *&* Barcin. *Sacerdotibus tuis*, *& clericis*, vetus Gregor. *Sacerdotibus & clericis tuis*, alter vetus Gregor. & Cont. & alii.

*o Fieri præſumpſerint*, Barcin. & quattuor Tarrac. *facere præſumpſerint*, Raim. *præſumpſerint*, concil. altero verbo omiſſo. *p Propriam* concil. pro *pecuniariam. Propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraude*, Raim.

*q* Sic etiam in concil. *præjudicium generari*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii.

*r* Sic etiam vetus Gregor. *& matrimoniis*, Barcin. & Contius, & alii. *De ſponſalibus*, unus Tarrac. aliis omiſſis. *s I. PP. Electo*, duo Tarracon. addunt non recte. *I. Papienſ. electo*, ſcribendum cenſeo. *Præl. eccleſiæ*, vetus Gregor. non ſine mendo. *Papien. Epiſcopo*, Cont. & alii. *L. Papien. electo*, cap. 4. qui matrim. accuſ. poſſ. in hac collectione. *t Albericus*, Barcin. *cum Hug. Albericus*, tres Tarrac. *cum H.* Raim. & Cont.

*u Lantaconon*, vetus Tarrac. olim, mox *Lanconon. Cuidam filiorum L.* Raimund.

*x In uxorem*, vetus Tarracon. *in* tamen olim illic non fuerat. Ut editum eſt, vetus Gregorian. *vellet dare uxorem*, Contius, & alii. *y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ut alia nonnulla, in quibus & illa ſunt, *ad eccleſiam accedentes.* *z H.* Raim. *Hug.* tres Tarracon. *aa Eandem dare nititur alteri filio*, vetus Gregor. *eandem dari alteri filio nititur*, Cont. & alii. *bb* De uxore fratris dicitur Levitici cap. 20. *Qui duxerit uxorem fratris ſui, rem facit illicitam.* Καὶ ἀνὴρ ὃς ἂν λάβῃ γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἀκαθαρσία ἐστίν. LXX. Excipitur alibi, ſi frater ſine liberis moriatur; ſed de fratris ſponſa nihil diſerte invenio præter ea, quæ Grat. adfert 27. q. 2. cap. 10. 11. 13. & 14. quorum etiam capitum fontes nondum inveni: huc reſpexiſſe Alexandrum exiſtimo. *cc* Hæc omittunt Raim. & Cont. *dis.* pro *d.* duo Tarracon. *pr.* in uno Tarr. deſideratur. *dd* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ex quibus apparet non fuiſſe illud legi divinæ contrarium, ſed canonicæ rationi, quæ non erant omittenda, Britanniæ Regis cauſſa.

*ee Monitione præmiſſa*, Raimund. *ff* Vox *&c.* non eſt in quattuor Tarracon. *contra*, in veteri Tarrac. deſideratur, in tribus aliis, & in Barcinon. eſt, non eſt in Gregor.: ſuſpicor ſignificari *contradictores per cenſuras*

UNED

### CAPUT II.

*Idem Winton. Epiſcopo (a).*

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 45. c. 4. — NON ſunt una caro vir & mulier, niſi cohæſerint copula maritali (b); idcirco (c) defuncta ſponſa intacta, ejus ſoror a ſponſo hoc non impediente libere ducitur (d) in uxorem.

### CAPUT III.

*Idem Wigor. Epiſcopo (e).*

Non ponitur d. p. 6. c. 2. — COnſuluit nos tua fraternitas, quid tibi [f] faciendum ſit de Willelmo (g) parochiano tuo, qui licet in manu tua fidem dederit, quod mulierem quandam duceret in uxorem, ſpreta tamen religione fidei, ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc itaque [h] conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod licet non ſit tutum cuilibet (i) contra fidem ſuam venire, ſi tamen aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris ultra proceſſerit, niſi quod fidem dederit [k], a muliere ſecunda (l) ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia (m) eſt inducenda [1] (n).

### CAPUT IV.

*Idem Panormitano Archiepiſcopo (o).*

c. 5. eod. & c. 3. de cond. appoſ. — DE illis autem (p), qui præſtito juramento, promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis dimittunt terram, & ſe ad partes alias transferunt (q), hoc tuæ diſcretioni volumus innoteſcere, quod liberum erit mulieribus ipſis [r], ſi non eſt amplius in facto (s) proceſſum, ad alia ſe vota transferre (t), recepta tamen (u) de perjurio pœnitentia, ſi per eas non ſteterit [x], quominus matrimonium conſummaretur (y). Si vero aliquis ſub hujuſmodi verbis juramentum alicui mulieri præſtiterit (z), *Ego te in uxorem accipiam* (aa), *ſi tantum mihi donaveris*; reus perjurii non habebitur, ſi eam nolentem ſibi ſolvere, quod juramento [bb] ſibi petiit dari, non acceperit in uxorem, niſi conſenſus de præſenti (cc), aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta.

### CAPUT V.

*Idem Eboardo Paduano Epiſcopo [dd], pars c.* * *(ee)*

DE muliere, quæ eſt [ff] invita tradita viro, & detenta [gg] cum inter vim, & vim ſit differentia, & utrum poſtea (hh) conſenſus interceſſerit, certum nobis (ii) nil poſtea (kk) expreſſiſti, exquiſitioni [2] tuæ nihil (ll) poſſumus reſpondere. Illos autem, qui pro conſanguinitate prohibentur conjungi, & poſtea contra interdictum eccleſiæ ſeſe receperint [mm], excommunicationi debes ſubiicere, donec tamdiu (nn) ſeparentur, quouſque legitime — * *Sollicitudini*, ex conc. c. 6. eod. & de matrim. cont. cont. int. eccl. c. 3.

[1] *Indicenda*, concil.

(2) *Inquiſitioni.*

*ras eccleſiaſticas compeſcendo.* *a Wintonienſi Epiſcopo*, conc. *b Carnali*, vetus Tarracon. aptius: *niſi carnali copula cohæſerint*, concil. varietatis hujus in ſcholiis veterum interpretum mentio fit. *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur*, Paulus epiſt. 1. ad Corinthios cap. 6. vide cap. 1. de deſponſat. impuberum.

*c* Sic etiam in concil. *& idcirco*, vetus Tarrac. *d* Obſtat tamen publicæ honeſtatis impedimentum, quamobrem Raim. hæc omiſit. *e Vuigoren. Epiſcopo*, in concil. parte 6. cap. 2. titulo de ſponſalibus, & matrimonio contrahendo, vel jam contracto. *Wigornienſi*, ſcribo. *f* Vox *tibi* in vet. Tarracon. olim deſiderabatur: eſt in conciliis. *g De Vilielmo*, vetus Tarracon. *de Vuilhelmo*, concil.

*h Utique*, concil. *i* Hæc vox in concil. non eſt. *k Dedit*, concil. *l Sua*, unus Tarrac. *ea*, concil. *m Pœna*, vetus Tarr. ſolus. *n Injungenda*, duo Tarrac. *indicenda*, Barcinon. & concil. & unus Tarrac. Hoc etiam caput omiſſum eſt a Gregor. IX. propter dubitationem interpretum, num fides data fuerit verbis præſentis temporis, an futuri: ſed facile fuit addere futuri mentionem.

*o* Sic Raim. & ita ſcribendum in concil. d. parte 6. cap. 12. ubi *Pan.* eſt in utraque editione, & in priori *Parno.* in marg. ſed *Piſano* invenio in veteri Gregor. ſcriptum ſub hoc titulo, & ſub tit. de cond. appoſ. neutrum, ſed *Alex. III.* tantum. *p* Sic etiam in concil. & in Gregor. ſub hoc titulo, ſed tit. de cond. appoſ. *De illis autem, & infra*: quod a Contio prætermitti non debuit, ut lectores ſcirent, integra clauſula quæ eſſet. Vox *autem* ſignificat partem eſſe hanc, non initium capitis. Qui integram epiſtolam inveniet, dicere poterit, quod fuerit ejus initium: vox *autem* eſt in veteribus Gregor. utrubique, non eſt in editis cap. 3. de cond. appoſ.

*q Alienas* pro *alias*, concil. *terras, ſe ad partes alias transferentes*, vetus Gregor. *terram*, Cont. & alii.

*r Mulieribus & ipſis*, vetus Gregor. ſolus, *&* in concil. non eſt, neque in editis Gregor.

*s In factum*, unus Tarrac. *t* Sic Raim. vox *ſe* olim in vet. Tarr. non erat: *ad alia vota tranſire*, concil.

*u* Sic in concil. & in vet. Gregor. vox *tamen* omittitur a Contio, & aliis.

*x* Sic in concil. *non ſtetit*, unus Tarrac. *ſi per eas ſteterit, quo minus matrimonium fuerit conſummatum*, vetus Gregor. *ſtetit*, Cont. & alii. Alano, & Tancredo placebat ſine negatione ſcriptura, quam ſecutus Raimundus eſt: Ricardo, ſive Rogerio cum negatione. *y Conſummetur*, concil.

*z* Sic in concil. & in duobus veteribus Gregor. *præſtitit*, Contius, & alii.

*aa* Sic etiam Raimund. *accipio in uxorem*, concil. quod vix defendi poteſt.

*bb* Vox *juramento*, non eſt in Greg. eſt in conciliis. *cc* Horum verborum mentio fit ab Urbano III. cap. 4. de condict. appoſitis in hac collectione, argumento a contrario ſenſu ſumpto, ut Alanus illic notat.

*dd* Sic etiam in concil. d. parte 6. cap. 18. *Eborardo*, unus Tarrac. *Ebordardo*, alter. *Idem Paduano Epiſcopo*, Raimund. & Cont. Eberardi Paduani mentio fit cap. 22. d. partis 6.

*ee Sollicitudini*, addunt Barcin. & tres Tarrac. *P. c.* SOLLICIT. Contius. Integra clauſula exſtat in concil. & cap. 4. de ſponſa duorum, in hac collect. ubi eadem inſcriptio eſt.

*ff* Sic etiam concil. d. parte 6. cap. 19. & Raimund. & Cont. ſub hoc titulo de ſponſalibus, *De muliere, & infra*, ſub tit. de matrim. contra interd. In Barcin. additur vox *vero*, poſt vocem *muliere*.

*gg* Hæc non ſunt in Barc. neque in veteri Gregor. ſunt in concil. & in editis Gregor.

*hh* Sic etiam in concil. & in vet. Gregor. vox *&* deſideratur in editis, & apud Contium.

*ii Quia certum nobis*, concil. & vetus Gregor. *Cum certum nobis*, Barcin. ut editum eſt, Cont. & alii.

*kk Nihil poſtea*, Raimund. *nil*, concil. altera voce omiſſa. *ll* Sic in duobus Tarrac. olim, mox *inquiſitioni* &c. *inquiſitioni*, eſt etiam in Barcin. *inquiſitioni tuæ nihil*, concil. *nil inde tibi poſſumus reſpondere*, vetus Gregor. *nihil certum inde* &c. Cont. & alii. Ante vocem *inquiſitioni* eſt in Barcin. *& imo*, mendoſe, ſed ſuſpicor, *& ideo*, ſcribendum, ſic enim ſcribi ſolet *iõ*. *mm* Sic etiam in concil. *ſe receperunt*, vetus Greg. *ſe receperint*, alter vetus, & Cont. & alii. *nn* Sic etiam concil. & Raim. *& tamdiu*, Barcin.

* Cognoſcantur.

time * cognoſcatur, utrum eorum matrimonium de jure poſſit, & debeat ſtare (*a*).

### CAPUT VI.

*Idem Cant. Archiepiſcopo* [*b*].

c. 7. eod. EX litteris, quas (*c*) ſuper cauſa matrimonii cujuſdam juvenis R. nomine, & Mariæ filiæ Gileberti de Sancto Leodegario (*d*) tranſmiſiſti, ſollicitudo (*e*) nobis innotuit, quam in ipſius [*f*] negotii examine ſervaviſti. Quia vero abſentibus partibus veritatem nequivimus plenarie indagare [*g*], nec cauſam ipſam ad te remittere, a quo pars mulieris (*h*) ad audientiam noſtram noſcitur appellaſſe, eam venerabilib. fratribus noſtris (*i*) Winton. Herforden. & Baton. (*k*) Epiſcopis duximus committendam: ideoque f. t. per A. s. m. (*l*) qua. partes adire (*m*) eorum præſentiam, cum ab eis fuerint evocatæ, & quod ipſi judicaverint, inviolabiliter obſervare cont. & ap. ceſ. (*n*) compellas. De hoc autem [*o*], quod circa finem litterarum conſuluiſti [*p*], quid debeat obſervari, quando inter aliquos ſponſalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit, hoc tuam (*q*) volumus diſcretionem tenere, quoniam inſpiciendum eſt judici, ſi matrimonium contracturi ad id faciendum ſint idonei ſcientia, & ætate. Quo cognito ſi alter aliter intellexerit, quod alter propoſuerit (*r*), ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur uterque verba prolata in ſenſu retinere (*s*), quem ſolent recte intelligentibus generare. Quod vero quæſiviſti (*t*), an debeat appell. deferri (*u*), ubi ſub ejus prætextu noſcitur adulterium, vel aliud crimen committendum, conſult. t. breviter (*x*) reſpondemus, quod ubi notorium eſſet adulterium (*y*), vel aliud crimen committendum, ſi ap. interpoſitæ * deferretur, (*z*), deferri nollemus (*aa*): nolumus enim inceſtus, vel adulterii (*bb*) materiam (*cc*) aliquibus miniſtrare. * deferatur.

### CAPUT VII.

*Idem Vigilenſi Epiſcopo* [*dd*], *pars c. Cum ſit Ro.* (*ee*)

SPonſam autem alterius (*ff*), ſi eſt nubili ætati proxima, nullus conſanguineorum aliquando [*gg*] ſibi matrimonio poteſt copulare. c. 8. eod.

### CAPUT VIII.

*Idem Abbatib. S. Eadmundi* (*hh*), *& de Meſeja* [*ii*].

EX parte Eminæ (*kk*) mulieris intimatum eſt c. 9. eod.

*a* Sic etiam in concil. *poſſit, & debeat jure ſtare*, Raim. quod non æque placet.

*b* Sic etiam in concil. d. parte 6. cap. 20. & parte 41. cap. 3. & parte 10. cap. 3. *Idem*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Idem Cantuarien. Archiepiſcopo*, Cont. & alii. Hoc eſt cap. 7. in Barcin. caput vero ſextum eſt, quod nobis eſt cap. 13. in concil. poſter. editionis: d. cap. 3. par. 41. eſt *Cantuarienſi*.

*c* Recte Contius addit a Raimund. prius omiſſa, quæ ſunt etiam in concil.

*d* Sic etiam in concil. d. cap. 20. *G. de S. Leodegario*, cap. 28. d. part. 6. ubi etiam *Maria* ejus filia dicitur. *G. de S. Leodeg. M. filiam ſuam* &c. cap. 3. de matrim. contra interd. in hac collectione. *Gilberti de ſancto Ledeg.* vetus Tarrac. *M.* pro *Mariæ*, Cont. cetera, ut edita ſunt.

*e* Sic etiam in concil. *tua*, additur in vet. Tarracon. *tranſmiſſa tua ſollicitudo*, Barcin. non recte: *tranſmiſiſti, tua ſollicitudo*, Cont. *f Quod* pro *quam*, Cont. non recte: *quam*, concil. recte: *qui ipſius*, vetus Tarracon. quod reiicio. *g* Sic in concil. *plenius indagare*, vetus Tarracon. *plenarie cognoſcere*, Cont.

*h* Sic etiam concil. parum diſerte: *pars altera mulieris*, Contius, plenius, ſed non aptius.

*i* Sic etiam in concil. *fi. n.* Cont. mendoſe. *k Wint. Herford. & Baton.* Contius, *Vuinton. Hereforden. & Bathonien.* concil. *Witon. & Herford.* duo Tarracon. *Hereforden.* tertius Tarrac. *Bartho.* pro *Baton.* vetus Tarrac. *Bacon.* alter. Ipſæ litteræ, quarum hic mentio fit, exſtant d. cap. 3. de matrim. contra interd. cujus inſcriptio eſt: *Idem Winton. Bathon. Herforden. Epiſcopis*, & in concil. d. cap. 28. *Idem Vuin. Bat. & Hereford. Epiſcopis.* Qui eas litteras cum his conjunget, plenius de toto negotio cognoſcet.

*l* Sic etiam Cont. *pr. m.* duo Tarrac. *per A. ſ. præſentibus mandamus*, concil. *præcipiendo*, malo, quam *præſentibus pr. explanare*. *m* Sic etiam Cont. *partes editæ*, concil. prioris editionis, non ſine mendo: ut editum eſt, concil. poſter. edit. *n Contra* pro *cont.* tres Tarracon. *re.* pro *ces.* vetus Tarracon. *contradictione, & appellatione ceſſante*, concil. *re.* pro *ceſſante*, Cont. *o* Sic etiam in concil. *De hoc, quod conſuluiſti*, vetus Gregor. *De hoc autem, quod conſuluiſti*, Cont. & alii. *p* Sic etiam Raim. *conſuluiſtis*, duo Tarracon. ſed in altero *S* expunctum eſt; *tuarum conſulere voluiſti*, concil. d. cap. 3. partis 41.

*q* Omittit quædam Raimund. quæ ſunt in concil. ea neglecta ſunt etiam a Contio.

*r Quam* pro *quod*, concilia: *ſi alter alterum non intellexerit*, &c. Barcinon. *ſi alter non intellexerit, quod alter propoſuit*, Raimund. *alterum*, vetus Tarrac. pro *aliter*, non recte, niſi negatio addatur, ut in Barcinon.

*s* Sic etiam vetus Gregor. *in eo ſenſu recipere*, concil. *in eo ſenſu retinere*, Barcin. & Cont. & alii.

*t* Hæc neque in concil. ſunt d. cap. 3. neque in Greg. ſunt autem ſatis digna, quæ legantur. Sunt tamen in conc. d. p. 10. c. 3. tit. de appellation. *u Appellationi deferri*, duo Tarr. & conc. *x Taliter*, unus Tarr. *conſultationi tuæ breviter*, duo Tarr. *taliter*, conc. cetera, ut duo Tarr. *y Eſt crimen, vel adulterium*, concil.

*z Appellationi* pro *ap.* concil. & duo Tarraconen. *deferetur*, vetus Tarracon. *deferatur*, alter: vox *interpoſitæ* non eſt in conc. *aa Nolumus*, vetus Tarrac. *non debet*, concil. *bb Vel adulterium*, vetus Tarrac. *vel aliquod adulterium*, alter Tarracon. utrumque reiicio: ut editum eſt, concil. *cc* Inepte, *matrimonia*, eſt in concil. in utraque editione. *dd* Sic in concil. d. parte 6. cap. 3. & 4. & parte 2. cap. 4. *Wigilienſi*, unus Tarrac. *Wilienſi*, alter. *Vigilienſi* tertius, & Raim. *Idem* aliis omiſſis quartus Tarracon. & vet. Gregor. & cap. 11. de deſponſat. impuber. in hac collect. *Eberardo Paduano*, concil. cap. 22. & 23. d. partis 6. ſed ea inſcriptio eſſe videtur capitis quinti hujus tit. *ee* Hæc omittunt concilia, & Raim. & Cont. Integra clauſula videnda eſt ſub titulo de ſimonia, tam in hac collect. quam in Contiano libro, & in concil. d. parte 2. cap. 4. ſcribi etiam potuit, *pars cap.* SI PUELLA, ex d. cap. 11. *ff* Vox *autem* non eſt in Gregor. eſt in concil. cap. 4. & cap. 23. d. partis 6. & d. cap. 11. ubi *Sponſa* eſt in edito libro, ſed in tribus Tarracon. *Sponſam*: vox *alterius*, illic non eſt, additur vox *maxime*, poſt vocem *alterius*, a Contio & aliis, quæ non eſt in veteri libro ſcriptoris manu; ſed poſt centum annos addita eſt, ut ſcholium. Bernardus tamen eam habuit; Alanus non habuit, ſed de ſuo addidit. *gg Sponſi* pro *aliquando*, d. cap. 11. Hoc caput in veteri Tarrac. nonum eſt, vel potius fuit, nam poſt ſcripturam deletum eſt. *hh Sancti Cadmundi*, unus Tarracon. & Gregoriani editi. *Idem*, vetus aliis omiſſis. *Idem Abbati S. Edmundi*, concil. d. parte 6. cap. 25. *Abbati* pro *Abbatibus*, Barcin. cetera, ut edita ſunt. *ii Et de Ra.* vetus Tarracon. *& de Rameſua*, Barcin. *Rameſeja*, concil. *ſive Rameſeria, & Demer*, Cont. & in marg. *Rameſia. Rameſeja*, placet, ut cap. 5. de inſtit. coll. 2. Vide cap. 2. de dolo, & Cont. in hac collect. *kk Eimæ*, vetus Tarrac. *Emmæ*, concil. *E.* vetus Gregor. *C.* Cont. & alii.

eſt auribus noſtris [a], quod Andreas ſibi coram (b) ſacerdote quodam, & diacono, & aliis pleriſque tam clericis, quam laicis ad hoc convocatis juramentum præſtitit, quod eam ab eo tempore pro conjuge teneret (c), & ei ſicut uxori (d) fidem ſervaret, ipſa quoque eidem Andreæ juramento præſtito promiſit ſe illum pro marito habituram, & fidem ei tamquam proprio viro ſervaturam. Quo facto in eadem (e) domo diu cohabitantes ſibi liberos procreaverunt, procedente vero tempore prænominatus Andreas contra juramentum præſtitum (f) prænominatam Eminam (g), & filios ex ea procreatos reliquit, & ab eorum cohabitatione receſſit. Quia igitur nemini licet uxorem ſuam ſine manifeſta cauſa fornicationis (h) dimittere, & tunc eam ſibi (i) reconciliare debet, aut ipſa vivente continere, nec nos [k] ſuſtinere debemus, ut prædictus Andreas juramenti præſtiti religionem infringat, d. v. per A. s. pr. m. qua. [l] rei veritate diligentius inquiſita, ſi prout ſuperius dictum eſt, ita eſſe inveneritis, eundem Andream moneatis ſtudioſius, ut ſuæ ſaluti conſulens, & ſuper inducta, quam habet, prius dimiſſa, ad uxorem ſuam redeat, & eam [m] maritali affectione pertractet, & reatum ſuum condigna ſatagat pœnitentia [n] expiare. Quod ſi commonitioni veſtræ acquieſcere forte noluerit [o], vos eum, & ſuperinductam omni oc. & ap. re. [p] excommunicationis vinculo innodetis [q], & uſque ad dignam ſatisfactionem præcipiatis ab omnibus [r] ſicut excommunicatos cautius evitari.

## CAPUT IX.

*Idem Pictavien. Epiſcopo (s).*

Ex litteris ven. fratris noſtri Salvonon. [t] Epiſcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri ſui Epiſcopatus W. S. de Monſtrand. [u] & B. de Mauritania [x] filios, & filias impubeſcentes haberent, & ſpe pacis inter eos conciliandæ [y], ita inter ſe convenerint [z], quod filios, & filias mutuis ad invicem [aa] matrimoniis ſociarent, & hoc tam patres, quam filii ſub juramento ſe facturos promiſerint [bb], inter quos ſiquidem G. filiam prædicti B. [cc] conſentiente patre ſemel, & iterum accipere [dd] in uxorem juravit, cumque ipſo volente ad alia vota migrare (ee), eum Epiſcopus ſub diſtrictione anathematis [ff] compellere voluit, ut ſecundum quod juraverat, filiam præfati B. traduceret in uxorem; ipſe ad audientiam (gg) noſtram appellavit, & altera parte nuntium ſuum [hh] ad nos deſtinante ipſe nec venit, nec reſponſalem aliquem pro ſe tranſmiſit. Quia igitur prædicto G. periculoſum eſt (ii) contra juramentum ſuum venire, f. t. per A. s. pr. m. [kk] qua. cum exinde (ll) fueris requiſitus, utramque partem ante tuam convoces præſentiam, & rationibus hinc inde plenius auditis, & cognitis (mm), ſi tibi conſtiterit, quod præfatus G. præſtito juramento firmaſſet [nn], quod filiam memorati

c. 10. coll.



a *Noſtris eſt auribus intimatum*, concil. *nobis intimatum eſt*, Contius, & editi Gregor. *innotuit*, vetus Raim. liber, aliis omiſſis. b Sic etiam in concil. *quod A. juramentum præſtitit*, vetus Gregor. *Andreas* pro *A.* Cont. & alii. c Sic etiam concil. & editi Gregor. *tenet* pro *teneret*, unus Tarracon. *conjugem teneret*, vetus Raim. liber. d Sic etiam vetus Gregor. *ſuæ*, addit vetus Tarracon. & Barcin. & concil. & Cont. & alii.
e Multa Raim. & Cont. omiſerunt, quæ ſunt in concil. f Vox hæc *præſtitum* omittitur in vet. Tarrac. eſt in concil. g *Eimam*, vetus Tarracon. *Emmam*, concil. h Sic etiam concil. & Raim. *rationabili* pro *manifeſta*, vetus Tarracon. vox *fornicationis*, in altero Tarracon. non eſt.
i Sic etiam Raim. *tunc eam*, *vel ſibi*, concil. k Hæc etiam omittunt Raim. & Cont.
l *Dis. veſtræ* pro *d. v.* duo Tarracon. *diſcretioni veſtræ per A. ſ. præſentibus mandamus*, *quatenus*, concil. *præcipiendo* pro *præſentibus*, ſcribo: *mand. quat.* Raim. aliis omiſſis: multa etiam idem poſt hæc verba omiſit, quæ a Contio addita non ſunt. m Sic etiam concil. & Raim. vox *eam* in vet. Tarracon. non eſt.
n *Pœna*, in concil. non recte. o *Contempſerit*, concil.
p *Contra* pro *oc.* vetus Tarrac. *occaſione*, alter: *omni occaſione*, & *appellatione ceſſante*, concil.
q Sic etiam in concil. *excommunionis*, vetus Tarrac. *monitione præmiſſa*, *eccl. cen. cogatis*, duo veteres Gregor. *per eccl. cens.* Cont. & alii. r *Hominibus*, concil. quod non æque placet.
s *Pictavenſi*, tres Tarracon. & concil. d. parte 6. cap. 26. *Pict.* vetus Gregor. *Pictavienſi*, Cont. & alii. Hoc eſt cap. 10. in vet. Tarrac. t *Venerabilis* pro *ven.* unus Tarracon. & concil. *Sanxonis*, pro *Salvonen.* concil. *Salvon.* vetus Tarracon. *Salvonen.* duo alii Tarracon. *Ex litteris Sil.* vetus Gregor. *Silvani*, Cont. & in marg. *Sanctonen.* non male: *Silvani*, alii. u *Scilicet* pro *S.* ſcribendum ex concil. & quattuor Tarracon. & Gregor. *Vu. ſcilicet de Monda*, concilia. *Moronda*, in marg. *Monſtrandum*, duo Tarracon. habent. *Monſtranda*, tertius. *Monſtrandum*, quartus; *ſcilicet V. de Monſtr.* vetus Greg. *Wlls. ſ. de M.* alter *Guil. ſcilicet De Montandre*, Cont. *de Monſtrata*, alii. x Sic etiam in concil. & in Contiano libro: & *B.* Raim. aliis omiſſis.
y *Reconciliandæ*, d. cap. 26. hæc omittunt Raim. & Cont. & *cauſa*, additur in Barcin. quorum verborum nullam habendam rationem cenſeo: ſuſpicor interpretationem eſſe illorum, & *ſpe*.
z *Convenerunt*, tres Tarrac. & Gregor. 9. *convenirent*, concil.
aa *Invicem*, vetus Tarracon. rectius.
bb *Promiſerunt*, duo Tarracon. & concil. *promiſere*, Raimund.
cc *Quidem G. prioris filius filiam prædicti B.* concil. *ſi quidem G. filiam alterius*, Raimund.
dd *Recipere*, concil. & tres Tarracon. *ſe* (*ſemel & iterum*) *juravit ducere*, Cont. *ſe juravit ducere*, Raimund.
ee Sic etiam in concil. *Quo volente* &c. Raimund. *ad aliam migrare*, duo Tarracon.
ff Hæc conſulto videntur a Raim. omiſſa: ſunt tamen in concil. vide cap. 7. de jurejurando in 2. collect.
gg Hæc addidit Contius a Raimund. omiſſa, ſunt in concil. totidem verbis.
hh Sic in concil. & in Contiano: vox *ſuum*, in duobus Tarracon. non eſt.
ii Sic etiam Cont. & alii editi Gregor. *dicto* pro *prædicto*, vetus liber: *periculum G. prædicto extitit*, conc. *prædicto G. periculum exiſtit*, Barcin. *periculoſum exiſtit*, vetus Tarracon.
kk *F. v.* tres Tarracon. *fraternitati veſtræ per A. ſ. præſentibus mandamus*, concil. non recte: *præcipiendo* ſcribo pro *præſentibus* ut alibi: *veſtræ*, autem defendi poteſt habita illorum temporum ratione; *mand.* vetus Gregor. *fra. t. mandamus*, alter vetus, & Cont. & alii. ll Multa Raimund. & Cont. omittunt: quæ ſunt in conc.
mm *Et agitatis*, concil. nn Sic etiam in concil. *juraverit*, vetus Tarrac. pro his tribus verbis.

rati B. duceret in uxorem, eum moneas, & auctoritate noſtra diſtricte compellas, (*a*), ut ipſam niſi rationabilis cauſa extiterit (*b*), in uxorem recipiat, & maritali (*c*) affectione pertractet. Si vero rationabilem (*d*) cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia, & ſtudio audias, & fine canonico omni ap. ceſ. (*e*) decidas. Ceterum ſi legitime monitus judicio tuo parere contempſerit, eum & patrem (*f*), ſi fovere ipſum in ſua malitia præſumpſerit, excommunicationis vinculo adſtringas & in tota terra ipſorum omnia divina præter baptiſmata parvulorum (*g*) & pœnitentias (*h*) morientium prohibeas officia celebrari.

## CAPUT X.

*Innocentius III. Vintonien. Epiſcopo* (*i*).

Poſt conc. Lat. p. 6. cap. 31.

SUper eo, quod interrogaſti de ſacramento conjugii, breviter reſpondeo; illam, quam dixiſti a patre conjugi traditam, & ab eo, cui tradita fuit, patri commendatam (*k*), donec ſtatuta die in domum ſuam (*l*) traduceret; dico, quod legitimo conſenſu interveniente, ex eo ſtatim conjunx ſit (*m*), quo ſpontanea conceſſione (*n*) ſeſe conjugem eſſe aſſerit (*o*): non enim futurum promittebatur, ſed præſens firmabatur. Quapropter quidquid cum alia poſtmodum factum eſt (*p*) in coitu, ſive in generatione prolis, tanto reprehenſibilius eſt ſecundum, quanto eſt verius primum. Conſtante enim (*q*) primo quanto amplius in Deo [1] committitur, tanto magis culpa augetur. His igitur cognitis, facile erit (*r*) diſcretioni tuæ negotium præſentium latoris debito fine terminare.

## CAPUT XI.

*Idem Exon. Epiſcopo* (*s*). c. 2. eod.

PRæterea ii, qui matrimonio (*t*) contrahendo pure, & ſine omni conditione (*u*) fidem dederint, & (*x*) juramentum fecerunt (*y*), commonendi ſunt, & diligentius exhortandi (*z*), & omnibus modis inducendi, ut fidem præſtitam, vel juramentum factum [*aa*] obſervent, & ſe, ſicut promiſerint, conjungant [*bb*]. Si autem ſe ad invicem admittere noluerint [*cc*], ne forte deterius inde contingat, ut talem ſcilicet ducat [*dd*], quam odio habeat [*ee*], videtur quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem juramento, vel [*ff*] interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem (*gg*) ſibi remittunt, hoc poſſit in patientia tollerari.

## CAPUT XII.

*Lucius III. Rapulen. Epiſcopo* (*hh*).

REquiſivit a nobis tua fraternitas, qua cenſura compelli debeat mulier, quæ juriſjuran- c. 17. eod.

[1] *Deum*, conc.

*a* Sic etiam concil. *diſtrictius* pro *diſtricte*, duo Tarracon. *cum moneas*, *& ſi non acquieverit monitis*, *ecclеſ: cenſ. compellas*, Raimund. *b* Sic etiam in concil. *obſtiterit*, Barcinon. & Raimund. non male.

*c Matrimoniali*, vetus Greg. ſolus. *d* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſint licet in concil.

*e* Vox *omni*, non eſt in concil. *f Suum*, additur in concil. *& eum*, *& patrem*, unus Tarrac.

*g Puerorum*, vetus Tarrac. *baptiſma parvulorum*, concil. *h* „ Non ab hæretico ſacerdote, ut apud Laur. „ dixit P. de Cor. “ ſic in ſcholiis veteribus inveni ſcriptum: & nonnumquam *P.* quibuſdam ſcholiis adſcriptum eſt. *Petrum Corbolienſem* appellari invenio a Tancredo cap. 4. de eo, qui cognovit conſang. in hac collect. fuit autem Hiſpanus, ut Melendus, & Vincentius. *i M.* pro *III.* aptius eſt in margine: in concil. prioris edit. neutrum in poſter. edit. Duæ enim vero hæ collectiones nihil habere debent ex reſcriptis Innoc. III. forte *Innoc. II.* ſcribendum. *Vuin. Epiſcopo*, eſt etiam in concil. *Winton.* in uno Tarrac. *Witon.* in altero. *Witocon.* in tertio. *Vintonen.* in quarto Tarrac. k Vox *patri*, in veteri Tarrac. non eſt, eſt in concil.

*l Ille*, additur in concil. *in domo ſua*, Barcinon. quod nondum probavi.

*m Fuerit*, concil. *fuit*, Barcinon. *conjux ſit*, quattuor Tarracon. *n Quod* pro *quo*, duo Tarrac. *quod ſpontanea voluntate*, concil. *conceſſione*, in marg. *o Eſſe conſenſerit*, vetus Tarrac. & Barcinon. & concil. *aſſerit*, alter Tarrac. altera voce omiſſa. *p* Sic etiam in concil. *poſtea fuerit factum*, vetus Tarracon. *factum poſtmodum eſt*, alter Tarrac. *factum eſt*, tertius, aliis omiſſis. *q* Sic in concil. *Conſtat enim*, tres Tarr.

*r Et*, poſt hæc verba addebatur olim in uno Tarrac. quod non eſt in concil. Omiſſum hoc eſſe caput a Raim. videtur, quod nullam haberet difficultatem, ſi conſenſus verbis præſentis temporis expreſſus eſſet.

*s Exon.* tres Tarracon. *Exonoſi*, quartus. *Exonien.* cap. 33. d. partis 6. poſt concil. Later. *Innocen. ſecundus Exon. Epiſcopo*, vetus Gregor. aptius: *tertius*, Cont. & alii. *Alexander tertius*, in concil. parte 50. cap. 43. non male.

*t* Ante hæc verba addi debet, *Pars cap.* SUPER EO QUOD A NOBIS: ut eſt in concil. d. cap. 43. quibus verbis carent ceteri libri: ſuſpicor integram clauſulam exſtare, parte 14. cap. 7. in concil. & in hac collect. cap. 2. de ſentent. & excomm. utrubique vero dicitur id etiam caput partem eſſe cap. *Sicut dignum.* Invenies id initium cap. 7. de homicidio, in hac collectione, quod ita inſcribitur. *Alex. III. Bartholomæo Exon. Epiſcopo.* Nunc de verbis ipſis videndum eſt: ut editum eſt, concil. d. cap. 33. *Qui de matrimonio*, Barcin. & duo Tarrac. & Raim. & Cont. qui non recte hoc ſecundæ collectioni caput adſcripſit. *Præterea hi*, *qui jurant de matrimonio contrahendo*, uſque *Si autem*, *promiſerunt*, *conjungant*, concil. d. cap. 43. quæ verba intelligi nequeunt, niſi cum hac collectione conferantur; & apte in marg. ut locus obſcurus, notatur in priori concil. editione: *qui matrimonium contrahendo*, *& pure*, vetus Tarrac. habet. *u Contradictione*, duo Tarrac. & Barcin. *condicione*, Raim. quod retineo. *x Fidem dederunt*, *aut*, concil. aptius: vox *dederunt*, eſt item in Barcin. & in tribus Tarracon. & in Gregor. vox *&* nutat in duobus Tarracon. hoc eſt olim deſiderabatur, hodie eſt: habent eam Gregoriani. *y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. leguntur in concil. ſunt autem maxime apta: *juramenta*, eſt in Barcin. tantum. *z Diligentius*, *& exhortandi*, concil. hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*aa* Hæc item omittunt Raimund. & Cont. ſunt in conciliis: ex quibus apparet recte in concil. *aut* pro *&*, ſupra eſſe ſcriptum. *bb Promiſerunt*, concil. d. cap. 33. & d. cap. 43. hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*cc* Sic etiam Raim. *Si autem ſibi invicem id remittere voluerint*, concil.

*dd* Sic etiam Raimund. *talem ſibi ducat*, concil.

*ee* Sic etiam vetus Gregor. *habet*, Cont. & alii: *quam ſemper odio habeat*, concil. plenius, & aptius.

*ff* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſint licet in concil. Societatis exemplum diſſimile eſt, cum ea facile diſſolvatur ex utriuſque contrario conſenſu, quod in matrimonio dicere nefas eſt: ſi de ſponſalibus agitur, & de futuri matrimonii ſpe, exemplum ſocietatis ineundæ placet. *gg Eaſdem*, Barcin. tantum.

*hh Rapulenſi*, duo Tarracon. *Capulen.* vetus Gregor. *Rapalen.* Cont. & alii. *Capriano*, concil. parte 45. cap. 6. titulo de ſponſalibus ſecundo: forte *Capuano*. in margin. in priore edit. *Rapalenſi*, in poſteriori. *Lucius III.* in

jurandi religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturam interpoſito juramento firmavit. Quæſiſti etiam (*a*), utrum ea, cujus vir [*b*] matris torum polluit, ad alia vota, cum mater fieri deſideret (*c*), viro poſſit vivente tranſire. Ad quæ tibi breviter (*d*) duximus reſpondendum, quod mulier, quæ ſe nupturam juravit, cum libera debeant eſſe de jure (*e*) matrimonia, monenda eſt potius, quam cogenda, maxime cum coactiones (*f*) difficiles ſoleant exitus habere frequenter. Illa ſane (*g*), cujus vir cum matre adulterium, & inceſtum commiſit, nec viro (*h*) ſuo conjungi carnaliter, nec eo vivente cum alio matrimonium (*i*) inire debebit.

## CAPUT XIII.

*Alexander III. Archiepiſc. Epiſc.* (*k*) *Abbatibus, & aliis eccleſiarum prælatis, & univerſo clero per Angliam, & Ciſmaritanam* (*l*) *terram Illuſtris Regis Anglorum conſtitutis.*

c. 11. eod. NON eſt vobis, ſicut arbitramur, incognitum, qualiter Illuſtris Rex Anglorum pro diſcordia, quæ inter ipſum, & filios ſuos, peccatis exigentibus eſt oborta (*m*) uxores eorum detineat, pro quibus (*n*) ſibi reſtituendis Rex Francorum, & generi ſui preces ſollicitas nobis porrexerunt: nos itaque attendentes juſtum, & honeſtum eſſe, ut viri ſuas petant uxores, & precibus eorum (*o*) in omnibus, quæ a juſtitia non diſcordant, volentes prono animo acquieſcere, præfatum Regem Anglorum ſtudioſe ſatis, & attente monuimus, eique dedimus in mandatis, ut ad commonitionem (*p*) Archiepiſcopi Cant. & Epiſcopi Conventrenſis (*q*), & Cant. prioris, vel loco ejus prioris de monte Eli, ſi ipſe adeſſe non poterit, vel duorum ex his, ſi tres non potuerint (*r*) intereſſe, uxores eorum infra XL. dies poſt litterarum noſtrarum (*s*) ſuſceptionem reſtituere non poſtponat. Si vero eas poſt prædictum terminum viris ſuis non reſtituerit, Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut tota provincia, infra quam detinentur (*t*), & ad quam transferuntur (*u*), quam diu ibi fuerint, donec viris ſuis non reſtituantur (*x*), ab omnibus divinis officiis, præter baptiſma (*y*) parvulorum, & pœnitentias morientium ceſſent: inde eſt, quod univerſitati veſtræ per A. s. pr. m. qua. eundem Regem Anglorum ad eas reſtituendas ſollicite moneatis, & exhortationibus inducatis, proponentes ei, quod non minus expedit ſibi eas reſtituere, quam viris ſuis ipſas recipere (*z*), & ſi juxta mandatum, & commonitionem (*aa*) filiis ſuis uxores ſuas infra terminum conſtitutum (*bb*) non reſtituerit (*cc*), ex tunc in quacumque parte (*dd*) provinciarum veſtrarum detinentur, vel tranſferuntur (*ee*), donec ibi fuerint, nulla divina officia, præter baptiſmata (*ff*) parvulorum, & pœnitentias morientium celebretis, vel permittatis celebrari (*gg*), omni ap. ces. (*hh*) ſcituri pro certo, quod ſi contra (*ii*) interdictum noſtrum, quod non credimus, venire temptaverit [*kk*], ſuæ temeritatis, & tranſgreſſionis pœnam debitam, auctore domino, reportabunt.

## CAPUT XIV.

*Idem Januenſi Epiſcopo* (*ll*), *pars c. Tua fraternitas* [*mm*].

ILlud quoque nihilominus (*nn*) ex tua inquiſitio- De præſum. pt. c. 11.



in altero veteri Gregor. aliis omiſſis. Mihi *Crapulenſi*, placet. Ordo horum capitum valde perturbatus eſt in hac collectione, Raim. quædam rectius mutavit. *a* Hanc quæſtionem omiſſam a Raim. recte addidit Cont. ſolutionem quæſtionis addere oblitus eſt. Utrumque in conciliis exſtat.

*b* Sic etiam Cont. *ſi cujus vir*, concil. aliis omiſſis. *c* Sic etiam Cont. *cum filios deſideret*, concil.

*d Ad quod breviter reſpondemus, quod mulier* &c. concil. *Ad quod breviter reſpond. quod cum libera* &c. Raim. & Cont. in uno tamen veteri eſt: *Reſpondemus, quod cum libera* &c. aliis omiſſis.

*e* Hæc omittunt concil. & Gregor. IX. & unus Tarracon. *f Huiuſmodi*, additur in concil. vox *maxime*, non eſt in Gregor. cetera, ut edita ſunt. *g* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*h* Sic in concil. *nec ipſi viro*, vetus Tarrac. *i Matrimonia*, duo Tarracon. quod non æque probo.

*k* Scribe *Archiepiſcopis, Epiſcopis*, ut eſt in quattuor Tarracon. *Archiepiſcopis, & aliis prælatis Angliæ*, vetus Gregor. *per Angliam conſtitutis*, editi libri. Contius non recte *bis*, *& aliis prælatis*, ſcripſit, cum alia recte adderet a Raim. prætermiſſa. *l Ciſmarinam*, tres Tarracon. & Cont. aptius. Hoc verbo ſignificantur hæ provinciæ, quas in Gallia Rex Angliæ obtinebat. De tota autem hujus capitis hiſtoria; vidend. Gullielm. Neubrigen. in hiſtoria Anglica. *m Orta*, Barcin. *eſt orta*, vet. Greg. aliis omiſſis: *eſt ſuborta*, Cont. & alii.

*n* Hæc uſque ad illa, *nos itaque*, omittunt Raimund. & Cont. *o* Multa Raim. & Cont. omiſerunt.

*p Ut commonitione*, unus Tarracon. *q Ludun.* unus Tarracon. *Dulvomen.* Barcinon.

*r Non potuerunt*, unus Tarracon. *s Veſtrarum*, unus Tarrac. quod non æque placet.

*t In qua detinentur*, unus Tarracon. *u Transferentur*, unus Tarracon.

*x* Vox *non* in duobus Tarracon. omittitur, quod ferri poteſt. *y Baptiſmata*, tres Tarr. ſic etiam poſtea.

*z* Hæc olim deſiderabantur in vet. Tarr. *aa Noſtram*, addit vetus Tarrac. *veſtram*, alii duo Tarrac. *& ſi juxta commonitionem veſtram*, Raim. *bb Infra terminum a vobis indultum*, vetus Gregor. *infra terminum*, alter vetus Gregor. aliis omiſſis: *intra certum terminum*, Cont. & alii. *cc* Sic etiam duo veteres Gregor. *non reſtitueret*, Cont. & alii. *dd* Vox *parte*, non eſt in duobus Tarrac. neque apud Greg. IX.

*ee* Sic vetus Gregor. & Cont. & alii: *vel transferentur*, unus Tarrac. & alter vetus Gregor.

*ff Baptiſma*, duo veteres Gregor. *Baptiſmum*, Cont. & alii. *gg Aliquatenus celebrari*, duo veteres Gregor. *nec* pro *vel*, Cont. & alii: vide ſupra cap. 9. in fine. Ad hæc verba in Tancredi ſcholiis inveni mentionem fieri extrav. Alani de pœnit. QUOD QUIDAM „ eam invenies in 2. collect. " Feciſſe quidem Alanum conſtat quandam ſecundam collectionem ex Jo. Andr. verbis alibi a me relatis: cur autem non dixerit *libro* 2. ut ſolet hanc Joannis Gallenſis collectionem appellare, mihi incertum eſt. Crediderim latius fuiſſe ab Alano, quam a Joanne relatam eam conſtitutionem. *hh* Hæc etiam omiſerunt Raimund. & Cont.

*ii Quod ſi qui contra*, tres Tarrac. non male. *kk Temptaverint*, tres Tarrac. aptius.

*ll* Sic etiam in concil. parte 50. cap. 41. & 42. *Januen. Archiepiſcopo*, duo veteres Gregor. *Gennenſi Archiepiſcopo*, Cont. & alii quidam: veteres *Genuam* dixiſſe conſtat, ſed Alexandri III. tempore Januam dicebant.

*mm* Hæc Raim. & Cont. omittunt. *Tua nos fraternitas* &c. initium eſt in concil. d. cap. 41. ubi integra clauſula videnda eſt: & in hac collect. tit. de ſponſa duorum cap. 7. cujus initium eſt, *Tua fraternitas nos*.

*nn* Ante hæc verba in integra epiſt. fuerant verba cap. 12. de deſponſat. impuber. ut apparet ex concil. in qui-

UNED

ſitione nobis innotuit, quod cum quædam mulier libera (*a*) per annos x. & ultra cuidam ſervo ſcienter cohabitaverit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipſum aſſerit ſuum non eſſe maritum, pro eo quod teſtes [*b*] deſponſationis non comparent. Verum vir vindicat eam [*c*] in uxorem, & oſtendit [*d*] publicum inſtrumentum, quo ſeſe (*e*) conjuges nominant [*f*], & per quod (*g*) ipſum ei donationem propter nuptias feciſſe comparet [*h*]. Mulier vero inſtrumentum illud vitioſum fuiſſe fatetur (*i*), ut ſervo [*k*] dominus fraudaretur, & plures teſtes produxit, quoniam ſervus ille ab amicis mulieris [*l*] ſæpe rogatus, ut eam deſponſaret, & ille ſe eam [*m*], nec deſponſaſſe, nec deſponſaturum firmiter aſſerebat. Vir autem non niſi prædicto inſtrumento, & quibuſdam teſtibus, qui viderant eam [*n*] anulos deferentem, mulierem ipſam probavit eſſe uxorem [*o*], ſed mulier de more illarum mulierum, quæ panes vendunt, ſe anulos detuliſſe dicebat. Unde quia in hujuſmodi dubietate fama viciniæ magis debet attendi, tuæ ſollicitudinis erit famam loci diligenter inquirere, utrum prædictus vir, eam in lecto, & in menſa, ſicut ſuam uxorem, & non concubinam habuerit [*p*], & ſi fama loci habet, quod vir ipſam, ſicut uxorem tenuerit, cum matrimonium ſit (*q*) conjunctio maris, & fœminæ individuam vitæ conſuetudinem retinens, cogenda eſt mulier, ut eidem viro affectu ſerviat conjugali, præſertim ſi præſcriptum inſtrumentum ab eo cognitum [*r*] fuerit, qui officium ſuum fideliter adimpleverit.

## CAPUT XV.

*Idem Barn. Archiepiſcopo* [*s*].

VEniens ad nos P. civis tuus in audientia noſtra propoſuit, quod cum ipſe [*t*] mulierem quandam nomine E. juraſſet, deſponſaſſet, & cognoviſſet, quædam mulier B. nomine ipſum impetiit coram te, & quod ſe eam juraſſet ducturum in uxorem, in præſentia tua duobus teſtibus declaravit: adjecit etiam idem P. quod mater [*u*] parata eſt fidem facere, quod præfata B. [*x*] de ſacro fonte levavit, & ideo etiam ſi nullam aliam juraſſet, vel ſponſaſſet, mulierem illam de ratione habere non poteſt, licet autem idem vir ſe aſſerat a tua audientia appellaſſe, quia tamen ad tuam præſentiam redire deſiderat (*y*), cauſam ipſam experientiæ tuæ committimus (*z*) præſentium auctoritate præcipiendo mandantes (*aa*), quatenus præſentibus partibus veritate inquiſita (*bb*), ſi tibi conſtiterit, quod præfatus vir mulierem E. deſponſaſſet, & cognoviſſet, & quod præfatam B. tantum juraverit, ab impetitione ejuſdem B. injuncta ſibi pœnitentia de fidei violatione contrad. & ap. ceſ. prorſus abſolvas, & cum jam dicta E. pacifice manere permittas, aut ſi (*cc*) coram te legitime probatum fuerit, quod mater ejuſdem viri præfatam B. de ſacro fonte ſuſceperit (*dd*), ei ſuper hoc perpetuum ſilentium imponas. Quod ſi manifeſtum, & notorium eſſet, ipſum eam uxorem (*ee*) duxiſſe, ab ejus conſortio, ſi ita eſſet, deberet ſeparari. Non ponitur.

## CAPUT XVI.

*Idem Epiſcopo Sanctæ Agathæ* [*ff*], *pars c.*

*De muliere* [*gg*].

PRæterea de muliere, quæ a viro impetitur De ſponſal. cap. 12.

quibus hoc initium totidem verbis refertur. In Gregor. multa omittunt etiam in Contiano libro.

*a* Sic etiam vetus Gregor. *libera mulier*, concil. & tres Tarracon. & alter vetus Gregor. *cum libera mulier*, Cont. & alii omiſſa voce *quædam*. *b* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. non contemnenda.

*c Eam vindicat*, concil. & tres Tarrac. *Unde vir eam vindicans*, vet. Gregor. *Verum* pro *Unde*, Cont. & alii editi, & unus vetus. *d* Sic etiam in concil. *oſtendens*, vetus Gregor. *oſtendit*, alter, & Cont. & alii, voce *&* omiſſa. *e In quo ſeſe*, unus Tarracon. & Raimund. ut editum eſt, in concil.

*f* Sic etiam Raim. *noverant*, concil. non recte: *conjugem nominaverit*, Barcinon.

*g* Sic etiam Gregor. *& propter quod*, Barcin. & concil. *h* Sic etiam veteres Gregor. *apparet*, concil. & Cont. & alii aptius. *i* Sic etiam in concil. *aſſerens vitioſum*, duo veteres Gregor. *illud aſſerens vitioſum*, Contius, & alii. *k* Hæc in concil. non ſunt, habuit Raimund.

*l Quod ſervus ille ab inimicis mulieris*, concil. non ſine mendo: *quod ille ab amicis ejus*, Raim.

*m Sibi* pro *ſe*, Barcin. tantum. *n* Sic etiam in concil. & in duobus veter. Gregor. vox *eam* non eſt in editis. *o Proprium*, eſt in concil. pro *ipſam*. *Ipſam probavit uxorem*, Raim. aliis omiſſis.

*p Habuit*, unus Tarrac. *aut concubinam*, pro *& non concubinam*, concil. & duo Tarrac. in quibus vox *ſuam*, deſideratur: vox *non* in tertio Tarrac. non eſt. *q* Sic in concil. & in Gregor. & apud Ivon. initio libri ſexti Panormiæ, & initio lib. 8. decreti, & apud Grat. 27. q. 2. in princ. & 29. q. 1. in princ. Omnes ſumpſerunt ex lib. 1. Inſtitut. Juſtiniani titulo de patria poteſtate: *Nuptiæ*, inquit, *ſive matrimonium eſt viri, & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens.* Κὶ τί ἐςι γάμος: ἀνδρὸς ϗ γυναικὸς συνάφεια, ἀχώριςον τοῦ βίου τὴν συνήθειαν ἐπαγγελλομένη ἤγουν παρέχουσα. Theophilus, *viri mulieriſque* eſt in Panorm. & *conſuetudinem vitæ*, item in decreto Ivonis, & apud Grat. cauſ. 27. *Sunt enim nuptiæ* &c. *viri, mulieriſque* &c. *conſuetudinem retinens*, & cauſ. 29. *Conjugium, ſive matrimonium eſt viri, & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem retinens*: *individuæ* pro *individuam*, habent Barcin. & unus ex veteribus Gregor. Pro *continens* ſive *retinens*, Theophilus legit *promittens*, aut *præbens*. Modeſtini definitio cap. 1. de ritu nuptiar. eſt: *Nuptiæ ſunt conjunctio maris, & fœminæ, & conſortium omnis vitæ, divini, & humani juris communicatio.* Non recte autem, Raim. definitionem matrimonii a titulo de ſponſalibus, & matrimonio abſtulit, & in titulum de præſumptionibus rejecit. *r Cognitum*, in concil. quod nondum probavi.

*s Baren.* vetus Tarracon. *B.* duo alii Tarracon. *Haran.* Barcinon.

*t Cum ille*, unus Tarracon. *u Ejus*, addunt tres Tarracon.

*x* Scribe *præfatam B.* ut eſt in Barcin. & in duobus Tarracon. *y Venire deſiderat*, duo Tarrac.

*z Remittimus*, unus Tarracon. *commiſimus terminandam*, Barcin. olim tamen in tribus Tarracon. ea vox non erat. *aa Mandamus*, duo Tarrac. *bb Diligenter*, addit Barcin. ante hæc verba.

*cc Vel ſi*, duo Tarr. *dd Fonte levaverit*, Barc. quod etiam fuit aliquando in uno Tarrac.

*ee Eam in uxorem*, tres Tarrac. *ff* Sic etiam Raimund. & Cont. *Agathes*, concil. d. parte 50. cap. 30. ubi additur ſumptum eſſe hoc reſcriptum ex lib. 12. regiſtri Alex. III. *gg* Sic etiam in Contiano libro. Inte-

tur (*a*), cujus conſanguineus cum ea ſe deliquiſſe proponit, ſed hoc publice confiteri recuſat propter metum, & potentiam mulieris, providentiæ tuæ duximus reſpondendum (*b*), ut matrimonium ipſum fieri, niſi juramentum interveniſſet, diſtricte prohibeas, ne deterius inde contingat (*c*).

## CAPUT XVII.

*Idem procuratori (d), & canonicis Soranis.*

c. 13. eod. VEniens ad Apoſtolicæ ſedis clementiam Mariota (*e*) latrix præſentium ſupplici nobis inſinuatione monſtravit, quod dum eſſet in adoleſcentia conſtituta, quendam adoleſcentem (*f*) adamavit in tantum, quod uterque inter ſe de matrimonio contrahendo ſub trium perſonarum teſtimonio præſtitit juramentum (*g*), quod parentes ipſius mulieris ignorantes eam invitam, & reclamantem alii in uxorem tradiderant (*h*), quem ita exhorruit (*i*), quod ſe ab eo (*k*) nullo modo cognoſci permiſit (*l*). Cumque publice profiteretur (*m*), quod a priori viro cognita eſſet, atque jurata (*n*), Epiſcopus Soranus, qui tunc erat [*o*], eos ante præſentiam ſuam fecit venire, & cognito, atque probato, quod inter eos ita proxima eſſet linea conſanguinitatis, quod inſimul non poſſunt, nec debent de jure conjungi, ipſos ab invicem ſeparavit. Ceterum cum cauſa ipſa tractaretur, & viro, cui tradita fuerat a parentibus, conſentire nollet, ipſe aliam uxorem traduxit, & iſta cuidam Ptolemæo (*p*) nomine publice in conſpectu eccleſiæ nupſit. Sane cum (*q*) de illo filium genuiſſet, pater iſtius Ptolemæi (*r*) quærens occaſionem divortii faciendi, ei opponit, quod filium ſuum non potuerit, nec debuerit (*s*) in virum habere (*t*), eo quod ab alio viro, qui nunc defunctus eſt (*u*), prius deſponſata fuiſſet. Quia vero aſſertioni (*x*) ejus fidem, ſicut non debuimus, non adhibuimus (*y*), nec hoc potuimus ſub ſilentio præterire, eam ad vos duximus remittendam, d. v. per A. ſ. pr. m. (*z*) qua hujus rei veritate plenius comperta (*aa*), ſi inveneritis, quod prædicta mulier a prædicto viro (*bb*) judicio eccleſiæ fuerit ſeparata, & ab eodem Ptolemæo ſine contradictione eccleſiæ in uxorem traducta, & ille, cui a parentibus invita, & renitens copulata eſt (*cc*), de præſenti vita deceſſerit (*dd*), prædictum Ptolemæum (*ee*) moneatis, & diſtricte compellatis, ut præfatam M. (*ff*) poſtpoſita occaſione (*gg*) recipiat, & ſicut uxorem ſuam diligere ſtudeat, & maritali affectu tractare (*hh*), alioquin eum, & ſuper inductam, & patrem etiam ipſius (*ii*), ſi huic

tegra clauſula exſtat in concil. & cap. 3. de pœnitent. collect. 2. poſt cujus capitis verba adduntur verba cap. ult. de conver. conjugat. in hac collectione.

*a* Sic Raim. *appetitur*, concil. & Barcin. & tres Tarracon. quorum unus olim *Et* addidit.

*b* Sic etiam in conc. *Tibi reſp.* vetus Gregor. *T. reſp.* alter. *Taliter reſp.* Cont. & alii.

*c* Sic cap. 11. *ne forte deterius inde contingat*, ſumuntur hæc verba ex Joann. cap. 5.

*d* Sic etiam in concil. d. parte 50. cap. 31. & in Gregor. mihi vox *procuratori* ſuſpecta eſt, maluiſſem *Præpoſito*, *Primicerio*, *Præcentori*, aut alio ſimili nomine dignitatis id mutare. Additur in concil. eſſe hoc caput ex eod. libro regiſtri, ex quo eſt proximum. *e* Sic etiam in concil. brevius Raimund. & Cont. *Veniens ad Ap. ſedem Mariota.* Eſt autem *Mariota* deminutum, ut vocant nomen, a *Maria* ductum, ut *Plautilla*, & *Lucilla*, Romanis a *Lucia* & *Plautia*: ſic *Carlota*, & *Joannota*, & alia id genus.

*f* Sic etiam Raim. *E. nomine*, additur in concil. *g* Sic etiam in concil. & in veteribus Gregor. *præſtiterit*, Cont. & alii. *h Tradiderunt*, tres Tarracon. & concil. in quibus ante hæc verba additur *cuidam*, & in vet. Tarr. & in Barc. in quo tamen *tradiderant* eſt; *in uxorem alii tradiderunt*, Raimund.

*i Exterruit*, olim vetus Gregor. tantum. *k Illo* pro *eo*, alter vetus Gregor.

*l Permiſerit*, vetus Gregor. ſolus. *m* Sic etiam concil. *fateretur*, Raim. quod non æque placet.

*n Virata*, in marg. concil. priore edit. *o* Multa Raim. & Cont. omittunt, quæ ſunt in concil. *præerat*, eſt in duobus Tarrac. pro *erat*. *p Viro*, additur in concil. poſt vocem *cuidam*: *alii*, in Barcin. & in tribus Tarrac. in quibus eſt *Tholomeo*, quod ut ſuſpicor, ſic dictum eſt pro *Bartholomæo*: quemadmodum in Italia vulgo loquuntur: ſic *Bertus*, & *Berta* pro *Alberto*, & *Alberta* ſunt; ſic *Toſanus*, & *Cecus Chriſtophorum*, & *Franciſcum* ſignificant. In Gregor. eſt, *& illa cuidam T.* *q* Sic etiam concil. prioris edit. & duo veteres Gregor. *Tandem cum*, concil. poſter. edit. & Cont. & alii. *r Tholomei*, tres Tarrac. *illius* pro *iſtius*, unus Tarrac. & concil. *pater ipſius T.* Raim. & Cont. *T.* tamen in uno veteri Gregor. deſideratur.

*s De jure*, additur in Barcin. & in tribus Tarrac. *nec potuit*, *nec debuit de jure*, concil. *non potuerit de jure*, vet. Greg. aliis omiſſis: *non potuit*, Cont. & alii, item alter vetus, aliis omnibus omiſſis.

*t Habere*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *u Eo quod ab alio viro*, *qui nondum defunctus eſt*, concil. *eo quod ab illo*, *qui defunctus eſt*, vetus Gregor. *alio* pro *illo*, alter vetus, & Contius, & alii.

*x* Sic etiam concil. *Quod* pro *Quia*, vetus Tarrac. olim. *Quod cum aſſertioni*, Cont. qui recte quædam addidit a Raim. omiſſa. *y* Sic etiam Cont. & concil. & olim vetus Tarrac. *nec debuimus*, poſtea mutatum eſt; *nec adhibuimus*, Barcin. *z F. v.* pro *d. v.* tres Tarrac. quod non æque placet, *vob. per A. ſ. mandantes*, Cont. *per A. ſ. præcipiendo mandantes*, concil. aliis omiſſis, quæ etiam omittuntur in Barcinon. *Mandamus*, Raimund. aliis prætermiſſis: in uno tamen veteri eſt, *Ideo mandamus.*

*aa Rei veritate plenius inquiſita*, *& cognita*, concil. omittunt hæc Raimund. & Contius.

*bb A priori viro*, concil. & Raimund. & tres Tarracon. ſed in uno ex eis olim *prædicto*, fuerat, & in uno veteri Gregor. eſt. *cc Cui in vita* &c. concil. omiſſis illis, *a parentibus*. *Cui a parentibus copulata fuerit*, vet. Gregor. *fuit*, alter vetus: *fuit copulata*, Cont. & alii. *dd* Sic vetus Gregor. *deceſſit*, concil. & alter vetus, & Cont. & alii, & Barcin. & vetus Tarrac. *ee Moneatis*, *& compellatis*, concil. cetera, ut edita ſunt, *Tholomeum*, tres Tarrac. *prædictum T. præmiſſa monitione compellas*, vetus Gregor. *præ. mo. comp.* alter vetus: *monitione præmiſſa compellatis*, Cont. & alii. *ff* Sic etiam veteres Gregor. *Mariotam*, Cont. & alii: *ut prædictam Mariotam*, concil. *gg* Sic etiam concil. *& contradictione*, addit Barcin. omittunt cuncta Raim. & Cont.

*hh* Sic in concil. & in altero Gregor. veteri: *affectione maritali tractare*, habet alter vetus: *maritali affectione tractare*, Cont. & alii: *maritali affectu eam tractare*, Barcin. *ii* Sic etiam in concil. vox *etiam*, non eſt in duobus Tarrac. in quorum altero vox *&* prior olim deſiderabatur. Poſt *patrem*, additur, *& matrem*, in Barcin. & vox *ipſius*, omittitur: vox *etiam*, in veteri Gregor. non eſt, cetera ut edita ſunt: *eum*, *ſuper inductam*, *& patrem ipſius*, alter vetus: *ejus* pro *ipſius*, Cont. & alii, cetera, ut edidimus.

UNED

huic rei reſtiterit (a), excommunicatione innodetis (b), & uſque ad dignam ſatisfactionem ſententiam ipſam faciatis inviolabiliter obſervari.

CAPUT XVIII.

*Eugenius III. presbytero Æſculapio (c).*

c. 3 eod. * ex. JUvenis ille (d), qui puellam nondum ſeptennem duxit, quamvis ætas repugnet (e), * & humana (f) tamen fragilitate forſitan (g) temptavit, quod complere (h) non potuit. Quia igitur in iis, quæ dubia ſunt, quod certius æſtimamus (i), tenere debemus, cum propter honeſtatem eccleſiæ, quia ipſa conjunx ipſius fuiſſe dicitur (k), tum propter prædictam dubitationem (l), mandamus tibi, ut (m) conſobrinam ipſius puellæ, quam poſtmodum duxit, ab eo dividas (n).

CAPUT XIX.

*Alexander III. Papienſi Epiſcopo (o).*

p. 14. c. 4. CUM locum non habeat conſenſus, ubi metus, vel coactio intercedit, neceſſe eſt, ubi (p) aſſenſus cujuſquam requiritur (q), coactionis materia repellatur: matrimonium autem aſſenſu ſolo contrahitur (r), & ubi de ipſo quæritur, plena debet ſecuritate gaudere (s), cujus eſt animus indagandus, ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis provenire. Quocirca f. t. per A. s. (t) m. qua. puellam, de cujus matrimonio inter Siderios, & Canes cives tuos (u) quæſtio ſub tuo fuit examine ventilata (x), in domo, in qua eam poſuiſti, ita quod nihil (y) eam timere oporteat, facias eam honeſte tenere (z), donec præſcripta cauſa [aa] fuerit ſine canonico terminata, ut ſententia ſine contradictione cujuſquam valeat executioni mandari.

CAPUT XX.

*Urbanus III. (bb)*

CUM in Apoſtolica ſede (cc), cui licet immeriti præſidemus, magiſterium reſideat c. 18. eod. totius eccleſiaſticæ diſciplinæ, dignum eſt, & conſonum rationi, ut quotiens circa negotia eccleſiaſtica (dd) aliquid dubietatis emergit, ad ipſius (ee) deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus ſiquidem, quod cum inter villicum de Ernaja (ff), & uxorem ejus coram te matrimonii quæſtio tractaretur, productis teſtibus [gg], & atteſtationibus eorum diligenti examine diſcuſſis (hh) ante publicationem, idem villicus (ii) reverſus ad propria publice inter ſe, & uxorem ſuam propoſuit ſententiam divortii judicio eccleſiæ promulgatam [kk], & ſic ſuggeſta omnibus falſitate, quandam aliam mulierem facti neſciam ſibi copulare præſumpſit. Poſtmodum vero ſuper prioris matrimonii quæſtione litteris a ſede Apoſtolica impetratis delegati judices ſententiam divortii protulerunt. Unde quia (ll) villicum, & mulie-

*a* Sic concil. & Raim. *non reſtiterint*, olim vetus Tarrac. mox *reſtiterint*, quod non reiicio.

*b* *Excommunicationi ſubdatis*, Raim. aliis omiſſis: *vinculo excommunicationis innodetis* &c. concil.

*c* *Sed. presbytero*, concil. parte 12. cap. 8. *Epiſcopo* pro *presbytero*, Barcin. *Eugenius Papa*, Raimund. & Cont. Ordinis & temporum ratio habetur in Gregor. collectione, ſi Eugenio tertio caput hoc adſcribamus; namque fuit is Innocentio ſecundo poſterior, & antiquior Alexandro tertio, poſt quem Lucius III. fuit, & poſt eum Urbanus III. & mox Clemens III. Hæc perturbata ſunt in hac collect. & in editis Gregorianis. Non recte etiam in Contiano libro ſecundæ collect. eſſe hoc caput ſignificatur. *d* Vox *ille*, non eſt in Greg. eſt in conc.

*e* *Repugnaret*, Barcin. & tres Tarrac. & concil. & Raim. *repugnarit*, vetus Tarrac. olim.

*f* Scribe *ex* pro *&*, ut eſt in concil. & Gregor. & in Barcin. & duobus Tarrac.

*g* *Forſan*, Raim. neutrum in concil. neque in uno Tarrac. *h* *Adimplere*, vetus Gregor. ſolus.

*i* Sic in concil. & in vet. Gregor. *exiſtimamus*, Contius, & alii non male.

*k* Sic etiam Raimund. *ipſius conjunx eſſe dicitur*, concil. non male, *conjux* pro *conjunx*, quattuor Tarrac.

*l* Sic etiam in concil. & in Gregor. *dubietatem*, Barcinon. & vetus Tarracon.

*m* Sic in concil. *mandamus*, *ut*, vetus Gregor. olim tamen, *mand. quat. quod* habent editi libri, & Contianus.

*n* Sic in concil. *dimittas*, duo Tarrac. *dividas ab eodem*, Raim. *o* *Electo* pro *Epiſcopo*, vetus Greg. ſolus.

*p* *Eſt*, *ut ubi*, tres Tarr. & Raim. aptius. *q* Sic etiam Raim. *requiratur*, olim vetus Tarrac.

*r* *Matrimonium vero ſolo conſenſu contrahitur*, vetus Gregor. *autem*, alter vetus, & Cont. & alii.

*s* *Ille*, addit vet. Gregor. ſed in altero veteri ea vox non eſt: *ille gaudere*, Barcinon. Cont. & alii.

*t* Hæc omittunt Raim. & Cont. ex quibus apparet ad Epiſcopum non ad Electum hæc ſcripta fuiſſe.

*u* Hæc omittunt Raimund. & Contius. *Inter clericos*, *& laicos*, *civeſque tuos*, Barcin. non ſine nævis. *Siclios* eſt in uno Tarrac. *Cileos*, in altero: *Clos*, in tertio: pro *Siderios*, forte *Deſiderios*, ſcribendum.

*x* *Fuerit* pro *fuit*, Barcin. & unus Tarrac. *fuit ſub tuo*, alter Tarrac. *ventilatur*, Raim. & Cont.

*y* *Nihil*, Raimund. & Contius aliis omiſſis: *nec* pro *nihil*, unus ex veteribus Gregor.

*z* *Teneri*, vetus Tarr. *facias honeſte teneri*, Barc. & Raim. *aa* *Donec dicta cauſa terminata*, *ſententia ſine contradictione cujuſquam valeat executioni mandari*, vet. Gregor. *donec prædicta* &c. *exſecutioni mandari*, alter vetus: *donec prædicta cauſa terminata fuerit*, *& ſententia* &c. Contius, & alii.

*bb* Sic etiam Raimund. & Cont. *Idem Urbanus M. Cenom. Epiſcopo*, concil. parte 6. cap. 21. prioris edit. vox *Epiſcopo*, in poſt. edit. omiſſa eſt: ſuſpicor *M.* pro *III.* ſcriptum; ſed fortaſſe illi Epiſcopo *Martino*, vel *Marco* nomen fuit. Ex hac eadem epiſt. eſt, cap. 8. de reſcriptis in hac collect. cujus hæc inſcriptio eſt: *Urbanus III. Cenoman. Epiſcopo. Pars cap.* CUM IN APOSTOLICA. Vidend. etiam cap. 13. de deſponſat. impuber. & cap. 4. de condition. appoſitis, in hac collect. *cc* Recte Cont. addit a Raimund. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. vox tamen *ſede* in Contiano libro deſideratur. *dd* Sic etiam Cont. *eccleſiæ*, Barcin. & vetus Tarrac. *circa negotium eccleſiæ*, concil. & duo Tarrac. *ee* *Ipſis*, mendoſe Cont. *emerſerit*, *ad ipſius*, concil.

*ff* *Erneja*, vetus Tarracon. *Eurucia*, ſive *Eurutia*, alii duo Tarrac. *Ervera*, Barcin. *Herneja*, concil. *de H.* vetus Gregor. *de N.* alter vetus: *de Arveja*, Contius, & alii: ſed quid noſtra?

*gg* Multa Raim. & Cont. omiſerunt, quæ in concil. ſunt; *& productis teſtibus*, eſt in eiſdem concil.

*hh* *Et eorum examinationibus diligenti examine diſcuſſis*, concil. non recte: *examinatione* pro *examine*, Barcin. & tres Tarrac. vox *eorum* in veteri Tarrac. deleta eſt. *ii* Sic etiam in concil. *idem W.* duo Tarrac. ſic fortaſſe alibi quoque ſcribendum *Willicus*, ſive *Willelmus*: in Gregorianis tamen *villicus* eſt, altera voce omiſſa.

*kk* Sic etiam Raim. *eſſe promulgatam*, concil. apertius. *ll* Sic etiam in concil. *Verum quia*, Raimund. *Quoniam*, Barcin.

UNED

lierem, quam ſuperinduxit (*a*), pendente lite prioris uxoris (*b*) invicem aſſeris conſenſiſſe, tua nos duxit (*c*) fraternitas conſulendos, utrum tales ſint ad matrimonia (*d*) admittendi. Nos igitur auctoritate præſentium tuæ ſollicitudini reſpondemus, quod interpoſita ei (*e*) pœnitentia competenti, & infra pœnitentiæ tempus [*f*] carnali commercio interdicto, poſtmodum in maritali (*g*) copula poterit remanere [*h*].

## TITULUS II.
## DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.
### CAPUT I.

*Benedictus Papa Gradenſi Patriarchæ* (*i*).

Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 6. c. 27.

LEX divinæ diſpoſitionis [*k*] Apoſtolicam cathedram (*l*) totius poſuit orbis terrarum magiſterium (*m*), ut quidquid ubique locorum (*n*) dubitatur, ab ea ratio (*o*) ejuſdem requiratur: affatus eſt autem nos ſuis litteris ejuſdem cathedræ ſæſſorem (*p*), ac percunctatus eſt quidam veſtras (*q*) nomine Joannes pro connubio filiæ ſuæ ſuperſtitis, cujus ſoror defuncta cuidam juveni Stephano nomine [*r*] verbis ſimplicibus fuerat deſponſata (*s*), & antequam ad nuptias perveniret (*t*), morte præventa, utrum ſcilicet cum eodem juvene poſſit matrimonium celebrare (*u*) ſuperſtitis filiæ, nec ne. Nam teſtatus eſt hujus rei rationem apud vos haberi ambiguam, quam Deo docente reddemus his verbis certiſſimam [*x*]. Protoplaſtus (*y*) ille radix, & origo noſtra videns detractam ſibi coſtam in mulierem formatam prophetico ſpiritu inter alia protulit: *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem* (*z*), *& adhærebit uxori ſuæ* (*aa*), *& erunt duo in carne una* [*bb*]. Quibus verbis innotuit, non aliter virum, & mulierem poſſe fieri unam carnem, niſi carnali copula (*cc*) ſibi cohæreant. Quia ergo nequaquam mixtus eſt extraneæ [*dd*] mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda ſponſionis verba poſſunt una (*ee*) caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim ſanguinis, verbis dicitur, non verbis efficitur; ſed neque oſculum parit propinquitatem, quia nullam facit [*ff*] ſanguinis commixtionem. Quoniam vero ita prorſus ſeſe habet [*gg*] res Joannis iſtius, ut velit filiam illi nuptiis copulare (*hh*), cui primam jam decreverat deſponſare (*ii*): cenſura jam Apoſtolici magiſterii (*kk*) mandamus, hoc abſque ullius criminis vitio poſſe

*a* Sic Raim. *quam ſuperinduxerat*, concil. Refert hoc loco Tancr. varias multorum opiniones, in quibus Joann. Gallenſ. magis probat ſententiam; „ ut ſi prius matrimonium de jure, & de facto tenuit, „ poſterius nullum ſit, quamvis prius diſſolvatur &c. “ *b* Sic etiam conc. & Raim. *matrimonii* pro *uxoris*, vetus Tarracon. *c* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſint licet in concil.

*d Ad matrimonium*, concil. & duo Tarrac. aptius. *e* Scribe, *quod impoſita ei*, ut eſt in tribus Tarrac. & in concil. *quod impoſita viro*, Raim. *f Infra ipſius pœnit. tempus*, concil. & tres Tarracon. vox *ipſius*, non eſt in Gregor. *g Et in maritali*, unus olim Tarrac. *h Poterunt remanere*, concil. & Raim. & vetus Tarr. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *Super eo vero*, &c. ut d. cap. 4. de condition. appoſ.

*i Grandenſi*, unus Tarracon. *Grangrenſi*, duo alii Tarrac. *Gaudenſi*, in concil. d. parte 6. cap. 27. omnes mendoſe, nihil igitur muto: *Benedictus ſervus ſervorum Dei N. ſalutem* &c. Palea 27. q. 2. cap. 17. & in veteri Gratiani libro adſcriptum vidi. Palea, quæ incipit, *Lex divinæ* conſuevit etiam apponi extra de deſponſat. impub. cap. 1. ſed hodie remota eſt cum gloſſa. *k Conſtitutionis*, concil. Palea, Barcin. & vetus Tarrac.

*l* Sic etiam Pal. *ſedem Apoſtolicam*, concil. *cathedram Apoſtolicam*, duo Tarracon.

*m Magiſtram*, Palea, & concil. & Barc. & duo Tarr. *magiſterium*, eſt cap. 20. de ſponſalib. in hac collect.

*n Undique*, Barcinon. ſolus. *o Ab ea tandem ratio*, concilia tantum.

*p* Sic etiam in concil. *poſſeſſorem*, Palea, ſive ut in aliis libris eſt, *aſſeſſorem*: ego *ſeſſores*, ſcriberem, ut ad vocem *nos* referatur. *q* Sic etiam Palea *vir* pro *veſtras*, concil. & Barcin. & duo Tarrac. *noſtras*, unus ex editis Grat. libris. *r* Sic etiam Palea: *nomine Stephano*, concil. *nomine F.* duo Tarracon.

*s* Sic etiam Palea; *fuit* pro *fuerat*, concilia; *fuerit*, unus ex Gratiani libris.

*t* Sic etiam Palea: *pervenerit*, concil. & Barcin. & tres Tarracon. & unus Gratian. liber.

*u Celebrari*, Palea, & concil. & Barcin. & unus Tarrac. *x Reddimus*, Palea, & concil. parum mihi grata ſunt hæc verba, ut alia non pauca hujus reſcripti, cujus ſcriptor alia locutus lingua videtur, quam ceteri.

*y* Mendoſe veteres libri habent *Prothoplauſtus*: invenies hanc vocem in Græcis libris Sapientiæ cap. 10. Αὕτη πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξε. *Videns detractam ſibi coſtam in mulierem formatam*: apud Grat. vox *videns*, ſcripta eſt ante vocem *formatam*: *detracta ſibi coſta videns mulierem formatam*, concil. *z* Sic etiam Palea: *dimittet* pro *relinquet*, concil. *quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem*, Gen. cap. 2. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα. LXX. *propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem*, Complut. *propterea relinquet homo lectulum patris ſui, & matris ſuæ*, Chald. verba Græca LXX. referuntur Matthæi cap. 19. excepta voce αὐτοῦ in quibuſdam libris: ſed Marci capite 10. ea vox eſt: Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα. Paulus in epiſt. ad Epheſios cap. 5. vox *dimittet*, eſt in Matthæo Complut. & propter hoc non eſt vox *ſuum*: at Marci 10. cap. *propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem*: & Paul. apud quem eſt *patrem, & matrem ſuam*.

*aa* Καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. LXX. τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Matth. ſed Marcus, ut LXX. & Paulus. *bb* Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. LXX. *& erunt in carnem unam*, Chald. Matth. ut LXX. & Marcus, & Paul. d. cap. 5. at in epiſt. 1. ad Corinthios cap. 6. Ἔσονται γάρ φησιν οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν; *erunt enim*, inquit, *duo in carnem unam*. *cc* Sic Palea, & concil. ſic etiam in quibuſdam libris cap. 2. de ſponſalibus in hac collect. alii *maritali* pro *carnali*, ſcripſerunt.

*dd Qui* pro *Quia*, Palea, & concil. cetera, ut edita ſunt. *Quod*, in marg. concil. pro (*extraneæ*) *alteri*, nonnulli ſcribunt, ut notat *R.* qui interpretatur *alteri ſorori*. *ee* Sic Palea, & concil. *poteſt una*, Tarr. unus.

*ff Quod* pro *quia*, Palea non male: *quod facit nullam*, concil.

*gg* Sic etiam Palea: *ſe habet*, unus Tarrac. & concil. *habent* pro *habet*, ſcribi poſſet, ſed nihil muto.

*hh* Sic etiam concil. *ut velit ſecundam filiam nuptiis copulare*, Gratian. ſive Palea: *filiam ſuam* pro *filiam illi*, vetus Tarracon. *ut velit ſuam filiam nuptui copulare*, duo alii Tarrac. *ii* Hæc verba arripiunt, qui putant Pont. non loqui de ſponſalibus contractis, ſed de contrahendis; vim tamen facere videntur verbis.

*kk* Vox *jam* non eſt apud Grat. neque in tribus Tarrac. *cenſura Apoſtolica*, Barcin. & concil.

poſſe fieri, ſi utriuſque partis ſederit voluntati (*a*). Nam cur prohibeatur, quod prohibendum (*b*) nunquam ſancta ſcriptura declarat (*c*), ſed nec (*d*) mundanæ leges connumeratis perſonis, quæ inter ſe nuptias contrahunt (*e*), de re hujuſmodi aliquid dicunt: ne ergo (*f*) abnegetis, quod negandum nulla ratione monſtratur (*g*).

## CAPUT II.

*Hormiſda Euſebio Epiſcopo* [*h*].

De deſp. imp. cap. 1. & 31. q. 2. cap. 2. TUA ſanctitas [*i*] requiſita a nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium ducere vult (*k*), ſi ſine voluntate adulti filii facere poteſt: ad quod dicimus, ſi aliquo modo non conſentit filius, fieri non poſſe (*l*). Poſſet * autem de filio nondum adulto (*m*), voluntas cujus [*n*] nondum diſcerni poteſt, pater, cui vult, in matrimonio copulare (*o*), & poſtquam filius pervenerit (*p*) ad perfectam ætatem, omnino ſervare, & adimplere debet (*q*) hæc [1] omnibus orthodoxæ fidei (*r*) ſancimus, & vobis tenenda mandamus.

* Poſſe.

## CAPUT III.

*Gregorius Papa* (*s*).

Non ponitur p. 6. cap. 6. poſt conc. Lat. MAnifeſtum eſt eum (*t*) puberem eſſe, qui geſticulatione ſui corporis talis eſt, ut jam procreare poſſit; licet ad metas legibus definitas non pervenerit [*u*].

## CAPUT IV.

*Nicolaus Papa.*

UBI non eſt conſenſus &c. & infra (*x*). Hujus ergo decreti auctoritate (*y*) diſtrictius inhibemus, ne de cetero aliqui [*z*], quorum uterque vel alter ad ætatem legibus, & canonibus (*aa*) determinatam non pervenerit (*bb*), conjungantur; niſi forte aliquando (*cc*) urgentiſſima neceſſitate interveniente, utpote pro bono pacis, & conjunctio talis toleretur (*dd*). c. 2. eod.

## CAPUT V.

*Alexander III. Herforden. Epiſcopo* (*ee*).

LItteras tuæ fraternitatis recepimus (*ff*), ex quarum tenore perpendimus, quod quidam parochianus tuus A. nomine (*gg*), cum eſſet perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabilis deſponſavit: procedente vero tempore idem A. matrem puellæ cognovit, & eam in uxorem accepit (*hh*). Unde quia [*ii*] dubitas, an hujuſmodi matrimonium ſtare debeat, a nobis exinde conſilium poſtulaſti, ſuper quo fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum (*kk*), quod ſi præfatus vir (*ll*) matrem præfatæ puellæ antequam puella ipſa [*mm*] ſeptimum annum compleviſſet (*nn*), in uxorem accepit, matrimonium ipſum non diſſolvas, c. 4. eod.

ſed

[1] *Hoc.*

*a* His verbis carent concilia, & Barcin. liber: ſunt apud Grat. ſive Paleam, & in quattuor Tarrac.

*b* Sic etiam Palea: *prohibitum*, Barcin. *nam cur prohibeamus*, *quod prohibitum*, concil.

*c* Sic etiam Palea: *ſancta ſcriptura numquam declarat*, vetus Tarrac. ordine mutato veteris ejuſdem libri ſcripturæ: *ſacra* pro *ſancta*, duo alii Tarracon. *numquam ſacra ſcriptura declaravit*, concil. Quaſi vero non eccleſia multis quoque pie interdixerit, quibus aperte ſacra ſcriptura nuſquam interdixerat.

*d Sed neque*, Palea, concil. & tres Tarracon. *e Non contrahunt*, Grat. ſive Palea, quod aptius videtur: *quibus inter ſe nuptias contrahere non licet*, concil. ut editum eſt, unus Gratian. liber.

*f* Sic etiam Gratian. & concil. *non ergo*, duo Tarracon. ſed in altero *ne* olim fuerat.

*g Docemus*, Barcin. & vetus Tarrac. *decrevimus*, Palea: *quod nulla abnegandum ratione monſtratis*, concil. Ad extremum addam recte a Raim. hoc fuiſſe caput omiſſum, quo prima fronte videtur reiici publicæ honeſtatis impedimentum. *h* Sic vetus Gregor. & Grat. ſive Palea 31. q. 2. cap. 2. *Honor. III.* alter vetus Gregor. mendoſe. *Honorius*, Cont. & alii. *Hormiſda*, in marg. Cont. *Hormiſda Papa Euſebio Epiſcopo*, Barcin. & Palea.

*i* Sic etiam Palea. *Quia tua ſanctitas* &c. Barcin. *Tua fraternitas requiſivit*, duo veteres Gregor. *Tua nos requiſivit fraternitas*, Cont. & alii. *k Contrahere* pro *ducere*, Palea non male; *matrimonium vult contrahere*, Raim.

*l* Sic etiam Palea, & Raim. vox *fieri* non eſt in uno Tarrac. *non poſſe fieri*, habet alter Tarrac.

*m Poteſt* pro *poſſet*, Palea. *Poſſe*, vetus Tarrac. *De filio autem nondum adulto poſſe*, alter Tarracon. *Poteſt autem filium nondum adultum*, Raimund. *n Cujus voluntas*, unus Tarr. ſolus, quod non placet.

*o Pater eum*, *cui vult*, *in matrimonium tradere*, Palea; *pater*, *cui vult*, *matrimonio tradere*, Raim. *tradere* pro *copulare*, duo Tarrac. in quorum altero additur *poteſt*, poſt verbum *vult*. *Pater*, *cui vult*, *in matrimonium tradere poteſt*, Barcin. *p* Sic etiam Palea, & Gregor. editi *pervenit*, duo veteres.

*q Obſervare* pro *ſervare*, Palea: *omnino debet hoc adimplere*, Raim. *r Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus ſancitum a nobis*, *tenendum mandamus*, Grat. ſive Palea: omnia Raimund. & Cont. omiſerunt.

*s Idem GG. 7.* concil. non recte: ſed ſcribo, *Item Gregorius ſeptimus*.

*t* Sic in concil. vox *eum*, non eſt in Barcinon. vox *eſt*, deſideratur in uno Tarracon.

*u* Sic etiam in concil. *non pervenit*, duo Tarrac. *x* Sic etiam Raim. & Cont. excepto *&c. Cenſus* pro *conſenſus*, unus Tarrac. non recte: integra enim clauſula eſt hæc: *Ubi non eſt conſenſus utriuſque*, *non eſt conjugium.* Sic Grat. 30. q. 2. cap. 1. in veteri libro: *ibi non eſt conjugium*, editi libri: ſed apud Ivon. lib. 6. tit. 11. cap. 3. Panorm. ut in veteri. *y* Hæc neque Grat. habet, neque Ivo, neque Raimund. & Cont. quæ ſequuntur, habent Gregoriani tantum libri. *z Ut* pro *ne*, duo Tarrac. *ne aliqui*, Raim.

*aa Vel* pro *&*, Raim. *bb Non pervenerint*, duo Tarrac. *non pervenit*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. *cc Aliqua*, duo Tarrac. & Raim.

*dd* Sic etiam Raimund. *alias voboretur*, vetus Tarrac.

*ee* Sic etiam editi Gregor. & unus vetus. *Epiſcopo Luc.* alter vetus. *Idem*, aliis omiſſis concil. parte 12. cap. 2. titulo de eo, qui conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognovit. *Hereford.* duo Tarrac. *ff* Sic vetus Gregor. *accepimus*, alter vetus, & editi libri, & unus Tarrac. *ſuſcepimus*, alter Tarrac. *Fraternitatis tuæ litteras ſuſcepimus*, concil. *gg* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *hh* Sic etiam Raim. *duxit*, concil. non male. *ii* Hæc recte Contius addidit omiſſa a Raimund. quæ ſunt etiam in concil. *kk* Vox *taliter*, non eſt in concil. neque in uno Tarrac. *T. reſp.* vetus Gregor. *Con. t. t. reſp.* alter vetus, & Cont. & alii. *ll* Sic vetus Gregor. & Contius, & alii editi: *ſi dictus vir*, alter vetus: *ſi memoratus vir*, concil. *mm Illa*, concil. *antequam VII. annum puella compleſſet*, vetus Gregor. vox *puella* non eſt in editis, neque in altero veteri. *nn Impleſſet*, concil.

ſed eundem (*a*) virum præfatam mulierem ſicut uxorem libere tenere permittas; cum hujuſmodi deſponſationes nullæ ſunt [*b*], quæ in cunabulis fiunt (*c*). Verum, ſi præfata puella poſtquam (*d*) ſeptimum annum complevit, prædictus vir matrem (*e*) in uxorem accepit [*f*], cum ſponſalia extunc placere conſueverint, inter eos ſententiam divortii [*g*] non differas promulgare, nec ipſum, ſeu filiam (*h*), ſeu matrem uxorem habere permittas (*i*).

## CAPUT VI.

*Idem Eborac. Archiepiſcopo (k).*

c. 5. eod. t. Acceſſit ad præſentiam noſtram nobilis vir (*l*) W. filius G. (*m*) cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cum filiam cujuſdam nobilis viri, dum eſſet [*n*] minoris ætatis, deſponſaſſet, & poſtmodum ipſa aſſenſum in hac parte non præbente (*o*), antequam ad nubiles annos perveniſſet, celebratum eſt inter eos divortium, procedente vero tempore, defuncto patre puellæ matrem ejus W. ſibi matrimonio copulavit (*p*), quod quidem factum cum ſuſtinere nolles, eum ſollicite monuiſti, ut ipſam dimitteret, & quia monitis tuis in hac parte noluerit acquieſcere (*q*), ipſum excommunicationis vinculo innodaſti, tandem, accepta ab eo cautione, quod noſtram adiret præſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum firmiter obſervaret, eundem mandato noſtro abſolutum denuntiaſti (*r*), & cum litteris tuis ad præſentiam noſtram miſiſti. Verum præfatus W. [*s*] in noſtra præſentia conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod puellam ipſam [*t*], dum eſſet infra VII. annum (*u*) deſponſavit, poſtea antequam ad nubiles annos perveniſſet, noluit aliquatenus conſentire, ut præfatum W. in virum acciperet (*x*), & ita cum patre ſuo, in cujus poteſtate remanſerat, & cum præfato W. ad præſentiam tuam acceſſit (*y*), & cum ab ore puellæ audiſſes, & per eam cognoſceres [*z*], & per patrem ejus, quod memoratum W. in virum nolebat [*aa*], ſtatim illum in plena ſynodo ab hujuſmodi (*bb*) deſponſatione publice abſolutum denuntiaſti. Elapſis vero pluribus annis poſt mortuo patre puellæ Cariſſimus in Chiſto filius noſter H. Anglorum Rex [*cc*] matrem ſupradictæ [*dd*] memorato W. tradidit in uxorem, quam idem W. (*ee*), ut diſcordia orta inter conſanguineos ſuos, & conſanguineos mulieris ſopiretur, accepit, & ſollemniter deſponſavit (*ff*), & etiam ſine (*gg*) contradictione eccleſiæ duxit, & ex ea liberos procreavit, & puella fuit alteri viro copulata. Unde licet [*hh*] contineatur in litteris tuis (*ii*), quod ipſa puella (*kk*) erat ætatis minoris, quando hujuſmodi [*ll*] deſponſatio facta fuit, tamen refert, utrum eſſet (*mm*) minoris ætatis proximæ ætati (*nn*) aptæ matrimonio, aut infra (*oo*) ſeptem annos. Ideoque f. t. [*pp*] per A. ſ. m. qua. rei veritate (*qq*) inquiſita diligenter, & cognita, ſi tibi conſtiterit, quod præfata (*rr*) non eſſet ſeptennis, quando præmemorato


W.

*a* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *b Cum deſponſationes hujuſmodi nullæ ſint*, duo Tarrac. & Raim. *cum hujuſmodi diſpenſationes nullæ ſint*, concil. mendoſe in poſter. editione; *deſponſationes*, eſt in priori.

*c* Sic etiam Raimund. *facta ſunt*, pro *fiunt*, concil. *d Si poſtquam præfata puella*, concil. & duo Tarrac. *ſi poſtquam puella*, Raimund. vox *puella* in tertio Tarracon. non eſt.

*e Ejus*, addunt concil. & tres Tarrac. & Gregoriani: in uno tamen veteri eſt, *ipſe vir matrem ejus.*

*f Accepit in uxorem*, concil. & duo veteres Raim. libri: voce *in* carent Cont. & alii.

*g Divortium*, Barc. ſolus. *h* Vox *ſeu* non eſt in tribus Tarr. neque in conc. neque in Greg. hæc omnia verba, & quæ poſtea ſequuntur, in vet. Greg. deſiderantur. *i In uxorem* pro *uxorem*, Barc. & tres Tarr. & conc. in quibus concil. etiam *ſive* pro *ſeu*, eſt: *ſeu matrem habere permittas*, Raimund. aliis omiſſis.

*k* Scribe, *Eboracen.* ut in concil. parte 6. cap. 7. & in veteribus Gregor. *Epiſcopo*, Cont. & alii non recte.

*l* Multa hic omiſſa a Raim. addit Cont. quæ ſunt in concil. duæ illæ voces, *nobilis vir*, in uno Tarrac. non ſunt. *m Vuilhelmus* pro *W.* conc. *Wlls*, duo Tarrac. ſic poſtea, ne idem ſæpe ſcribamus in hoc eodem capite. *VV.* Cont. edidit. *n* Sic etiam concil. *cum eſſet*, Cont. & unus Tarracon.

*o* Sic etiam in concil. caret *non* Contianus liber non ſine mendi ſuſpicione.

*p Vuilhelmus*, concil. vox *matrimonio*, in uno Tarracon. non eſt: *matrem ejuſdem VV. in matrimonio copulavit*, Cont. *Wllmus*, duo Tarrac. *q Noluit acquieſcere*, concil. & Cont. & duo Tarracon.

*r* Sic etiam in concil. *denuntiavit*, Cont. non recte: *eunde* pro *eundem*, Barcin. & duo Tarracon. *de mandato noſtro eum abſolutum denuntiaſti*, tertius Tarrac. mihi obſcurus locus videtur: neque enim præceſſerat mandatum Apoſtolicum, ſed abſolvebatur ea condicione, ut mandato pareret: ſic fortaſſe deſideratur hæc vox *parendo*, ut ſit apertior ſcriptura: *eundem parendo mandato noſtro, abſolutum denuntiaſti*: nunc etiam tollamus eam vocem, *parendo*; & fingamus id ſignificare, *mandato noſtro abſolutum*, ac ſi diceretur, *ad mandatum noſtrum adimplendum, abſolutum.* *s Vuilhelmus*, concil. *Unde* pro *Verum*, Barcin. & vetus Tarrac. & Cont. *Wlls*, duo Tarr.

*t* Sic etiam Cont. *illam*, concil. *u Duodecimum* pro *VII.* concil. *ſeptimum*, Cont.

*x VV.* Cont. *Vuilhelmum*, concil. cetera, ut edita ſunt: *in præfatum W. ut cum in virum acciperet*, vetus Tarrac. olim tamen, ut edidimus, fuerat. *y* Sic etiam concil. *ad tuam præſentiam acceſſiſſet*, Cont.

*z Cognoviſſes*, Cont. hæc in conc. deſiderantur. *aa Vuilhelmum* pro *W.* concil. *quod præfatum VV. in virum volebat*, Cont. non recte. *bb* Sic etiam Cont. *ab hujus*, conc. *cc* Sic etiam Cont. *Henricus* pro *H.* concil. apertius. *dd Puellæ*, additur in concil. & in Barcin. & in uno Tarrac. *ſupradictæ puellæ matrem*, Cont.

*ce* Sic etiam Cont. *quam ideo Vuilhelmus*, conc. *ff* Sic etiam concil. *accepit ſollemniter, & deſponſavit*, Contius. *gg Et ſine*, concil. & tres Tarracon. & Cont. *etiam ſine*, vetus olim Tarrac.

*hh Verum, licet*, conc. & Contius, quæ mutatio frequentiſſima eſt in his collectionibus.

*ii Ipſis* pro *tuis*, concil. & Cont. & tres Tarr. *kk Quod puella illa*, concil. *ipſa*, Cont.

*ll* Sic etiam in concil. *quando ipſius*, Cont. *quando*, unus Tarrac. altera voce omiſſa.

*mm Utrum cum eſſet*, concil. *tamen reſtat, utrum puella eſſet*, Contius.

*nn* Sic etiam Cont. *fuit proxima ætati*, concil. *oo* Sic etiam concil. *an infra*, unus Tarrac. & Cont.

*pp* Non recte hæc in conc. non ſunt: (*ideo*) *fr. t. mand.* Cont. *fr. t.* non ſunt in uno vet. Gregor. ſunt in altero, & in editis: vox *ideo* eſt in Contiano tantum. *qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. excepta voce *rei.* *rr Quod puella præfata*, concil. *Quod puella*, Contius.

UNED

W. (*a*) deſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit (*b*), & quod idem W. [*c*] ab hujuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus, matrimonium inter eundem W. & matrem puellæ celebratum, præcipias (*d*) inviolabiliter obſervari, & eorumdem proles denunties eſſe legitimas (*e*), quia ſicut diſcretio (*f*) tua non ignorat, deſponſationes, & matrimonia ante VII. annum (*g*) fieri non poſſunt, præſertim (*h*) ſi conſenſus poſtea non intervenit (*i*). Sane ſi præfata (*k*) puella ante deſponſationem VII. annum compleverit (*l*), licet prædictus vir a deſponſatione illius puellæ (*m*), ipſo jure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire nolebat [*n*]; inhoneſtum tamen videtur, ut matrem ejus habeat, cujus filia ſibi fuerat deſponſata [*o*]. Verum ſi tibi (*p*) viſum fuerit, ut cum matre puellæ remaneat, ne diſcordia inter utriuſque conſanguineos olim exorta, nunc autem ſopita, denuo ſuſcitetur, id diſſimulare poteris, & æquanimiter tolerare; filii autem, quos de ipſa ſuſcepit, ſi eam tolerante eccleſia in uxorem duxit, a ſucceſſione paternæ, vel maternæ hereditatis prohiberi non poſſunt.

## CAPUT VII.

*Unde Iſidorus* (*q*).

cap. 3. eod. PUberes a pube ſunt vocati (*r*), ideſt, a pudentia corporis (*s*) nuncupati, quia hæc (*t*) loca primo lanuginem ducunt, quidam autem (*u*) ex annis pubertatem exiſtimant (*x*), ideſt, eum puberem eſſe, qui XIV. annos explevit (*y*), quamvis tardiſſime pubeſcat. Certum autem eſt eum (*z*) puberem eſſe, qui & ex habitu (*aa*) corporis pubertatem oſtendit, & generare jam poſſit (*bb*). Puerperæ ſunt (*cc*), quæ annis (*dd*) puerilibus pariunt.

## CAPUT VIII.

*Alexander III. Norvicen. Epiſcopo* (*ee*).

COntinebatur autem (*ff*) in litteris tuis, c. 6. eod.
quod cum (*gg*) quædam puella infra nubiles annos cuidam viro in uxorem tradita fuerat (*hh*), & ab ipſo traducta, ſuis parentibus (*ii*) aſſerentibus eam legitimæ ætatis exiſtere, hæc ad nubiles annos perveniens alii nubendi licentiam poſtulavit, aſſerens in eundem virum (*kk*) nullatenus conſenſiſſe: prædictus vero vir econtra [*ll*] proponit [*mm*], quod licet eadem puella nondum forte annum XII. attigiſſet, cum ei tradita fuiſſet (*nn*) in uxorem, uſque adeo tamen ætati fuit (*oo*) proxima, quod ipſam carnali commixtione cognovit. Inde eſt, quod cum ipſa eidem viro (*pp*) dicit ſe incognitam, & tu nos (*qq*) conſuluiſti, utrum alii poſſit nubere, taliter reſpondemus, quod in decretis [*rr*] habetur expreſſum (*ſſ*), quod ſi vir dixerit, quod uxorem ſuam cognoverit (*tt*), & mulier negaverit, viri ſtan-

dum

*a* Vox *W.* in concil. non eſt *quando V.* veteres Gregor. *quando G.* Contius, & alii.
*b* *Non conſenſit*, vetus Gregor. tantum: vox *non* in uno Tarracon. olim deſiderabatur.
*c* *Idem V.* duo veteres Gregor. G. Contius, & alii. *Vuilhelmus*, concil. eadem varietas eſt in illis verbis, *eundem W.* *d* *Præcipimus*, vetus Gregor. ſolus. *e* Sic etiam in concil. memini Germanos quoſdam Romæ ſic loqui: *prolem denunties eſſe legitimam*, Raim. aptius. *f* Hæc etiam a Raimund. & Contio ſunt omiſſa, ſint licet in concil. *g* *Annos*, duo Tarrac. & Raimund. *matrimonium ante VII. annum*, concil.
*h* Hac voce tam concilia, qua Gregoriani carent. *i* Sic in concil. *non accedit*, Raimundus.
*k* *Si dicta*, vetus Gregor. tantum. *l* *Compleverat*, Barcin. aptius & tres Tarrac. & Raim. & concil. *ſeptimum* pro *VII.* vetus Tarracon. *m* *Puellæ ipſius*, vetus Tarrac. *ipſius puellæ*, alii duo Tarrac. & concil. & Raimund. *n* Sic etiam concil. *noluerit*, Raim. *o* Sic etiam concil. & duo veteres Gregor. *ei* pro *ſibi*, unus Tarrac. qua voce idem olim caruit: *fuerit* pro *fuerat*, alter Tarrac. *fuit ſibi deſponſata*, Contius, & alii.
*p* Hæc diſplicuerunt Raimund. & Cont. quia diſpenſationem, ſive diſſimulationem ſignificant: ſunt autem in conciliis paucis exceptis, quorum varietate lector inſpiciat. *q* Vox *Unde*, non eſt in tribus Tarrac. neque apud Raimund. & Cont. neque apte poſita eſt: *lib. 5. etymol.* addit Cont. in margine. Ego *lib. 11. c. 2. etym.* ſcribo.
*r* Sic etiam Raim. vox *ſunt*, non eſt in duobus Tarracon. utraque voce caret Iſidorus.
*s* Sic etiam Raim. *pudicitia* pro *pudentia*, Barcin. & unus Tarrac. *pudenda*, alter non recte; ego *pudendis*, malo: ſequitur enim *quia hæc loca primo lanuginem ducunt*, & id apud Iſidorum eſt.
*t* *Quod hæc loca tunc primum*, Iſid. *u* *Tamen*, unus Tarrac. & Raimund. *autem*, Iſid.
*x* *Extimant*, unus Tarrac. & vetus Gregor. non male, etſi *æſtimant*, aptius ſit: *exiſtimant*, alter vetus, & Iſid. & Cont. & alii. *y* *Expleverit*, unus Tarr. & Iſid. *implevit*, duo veteres Gregor. *impleverit*, Contius, & alii. *z* *Certiſſimum autem*, Iſid. aliis omiſſis. *aa* Sic Iſid. vox & non eſt in Greg. neque in duobus Tarrac. & in tertio aliquando deſiderabatur; vetus Gregor. etiam caret voce *ex*, quam alii retinent.
*bb* Sic Iſid. *jam poteſt*, Raim. *cc* *Et puerperæ*, Raim. omiſſa voce *autem.* Paulus cap. 163. de verborum ſignificat. „ puerperas appellant recentes ex partu “: ut editum eſt Iſidor.
*dd* Sic Iſid. *quæ in annis*, Raim. & Cont. in uno tamen veteri, ut edidimus. Poſt verba hujus cap. addit Iſidorus *unde*, *& Horatius.* „ Laudantur in primo prole puerpera nato “. *Et dictæ puerperæ, vel quod primo partu gravantur, vel quod primum pueros pariant*, Horatii verba mendoſa ſunt: ſcribendum, *Laudantur ſimili prole puerperæ*, ex lib. 4. carminum. *ee* Sic etiam Raim. *Norwicen.* duo Tarrac. & concil. d. parte 6. cap. 10.
*ff* Vox *autem* non eſt in concil. neque in Gregor. neque in duobus Tarracon. ſi retineatur, partem eſſe alterius addi oportebit. *gg* Vox *cum*, in ſolo veteri Tarracon. deleta eſt.
*hh* *Fuerit*, concil. & Raim. & duo Tarrac. *ii* Hæc omittunt Raim. & Cont. *parentibus ſuis*, concil.
*kk* *Se*, additur in concil. & in Gregor. poſt vocem *aſſerens*, ſed voce *virum* carent Raim. & Cont.
*ll* Hæc recte addidit Cont. excepta voce *econtra*, fuerant a Raim. omiſſa, exſtant totidem verbis in concil.
*mm* Sic etiam concil. & Cont. *proponens*, duo Tarrac. *nn* Sic etiam in concil. *fuit*, Cont.
*oo* *Fuit ætati*, concil. *ætati*, Cont. altera voce omiſſa. *pp* Sic in concil. & in Contiano: *ab eodem viro*, unus Tarrac. *qq* Sic etiam Cont. *& ita nos*, concil. *rr* *Quod cum* pro *quod*, concil. & Barcinon. & tres Tarracon. in quorum uno vox *cum* expuncta eſt. *Conſ. t. t. reſp. quod cum in decretis*, Raim. decreta hic appellantur canones ex concilio apud Compendium cap. 20. ut refert Burchard. lib. 9. cap. 42. & Ivo libro 6. tit. 10. cap. 8. Panormiæ, & parte 8. cap. 180. decreti exſtat apud Grat. 33. q. 1. cap. 3.
*ſſ* Sic etiam in concil. *habeatur*, pro *habetur*, duo Tarracon. & Raimund.
*tt* *Cognovit carnaliter*, vet. Gregor. ſolus.

dum eſt (*a*) veritati. Unde præfato [*b*] viro, qui ſe dicit [*c*] præfatam mulierem cognoviſſe, fides eſt adhibenda, ſi id juramento firmaverit, & ſi fuerit proxima [*d*] in XI. (*e*), vel circa XII. annum, & cum ſuo aſſenſu, & voluntate parentum deſponſata, & benedicta fuerit [*f*], & cognita, ab eodem viro ſeparari non debet (*g*), præſertim cum parentes ejus ipſam fuiſſe [*h*] legitimæ ætatis profitentur (*i*). Si vero puella infra nubiles annos, & ætati proxima [*k*] alicui deſponſata fuerit benedicta, atque traducta [*l*], non licet alicui de conſanguinitate illius, cui [*m*] deſponſata fuerit [*n*], eam ducere [*o*] in uxorem, nec fas eſt eidem ſponſo de conſanguinitate puellæ ſibi deſponſatæ [*p*] aliquem ſibi copulare.

## CAPUT IX.

*Idem Bator. Epiſcopo* (*q*).

cap. 7. eod. DE illis, qui [*r*] infra annos aptos [*s*] matrimoniis contrahendis ſponſalia contrahunt, ſive uterque, ſive alter antequam ad annos aptos matrimoniis contrahendis pervenerint [*t*], reclamet, & poſtulet [*u*] ſeparari, non ſunt audiendi [*x*]. Si vero alteruter iſtorum ad annos (*y*) aptos matrimoniis contrahendis (*z*) pervenit, infra eoſdem annos altero exiſtente, cum quo eadem (*aa*) ſponſalia contrahuntur, ſi is, qui minoris ætatis eſt, cum ad annos illos pervenerit, reclamaverit, nec in alterum (*bb*) voluerit conſentire, judicio eccleſiæ debent (*cc*) ab invicem ſeparari. Utrum autem mulier (*dd*), quæ poſtquam annos nubiles attingit (*ee*), ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniis contrahendis venerat, nupſit, ab eo, ſi quærat diſcidium [*ff*], debeat ſeparari: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quia cum (*gg*) in eum ſemel conſenſerit (*hh*), amplius diſſentire non poterit aliquatenus (*ii*), vel divertere (*kk*), niſi forte ipſe, cui nupſerit (*ll*), poſtquam ad annos aptos matrimoniis contrahendis pervenerit, in ea (1) ſuum omnino negaverit præſtare conſenſum (*mm*).

## CAPUT X.

*Idem eidem* (*nn*).

A nobis tua diſcretio [*oo*] requiviſit, utrum iis (*pp*), qui infra nubiles annos matrimonii nomine conjunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos matrimonio aptos perveniant, liceat a matrimonio tali diſcedere. Ad quod inquiſitioni tuæ taliter (*qq*) reſpondemus: quia pro eo (*rr*) quod ante nubiles annos conjugalem conſenſum de ſanctorum patrum non habent auctoritate (*ſſ*), uſque ad legitimam ætatem expectare tenentur, & tunc aut confirment (*tt*) matrimonium, aut ſi ſimul eſſe noluerint, ſeparentur: niſi forte carnis commixtio ante intervenerit, cum interdum illa tem- c. 8. eod.



[1] *Eam*, Greg. IX.

*a* Verbum *eſt* in altero veteri Gregor. tantum non eſt.
*b* Vocem *Unde*, Raim. & Cont. omittunt; eſt in concil.
*c* Sic in concil. *qui dixit ſe*, vet. Greg. *qui dicit ſe*, alter vetus, & alii.
*d* Sic etiam in concil. *& ſi fuerit ætati nubili proxima*, Barcin. *Si autem fuerit ætati proxima*, Raimund.
*e* *Ut in XI.* Raimund. *duodecimo anno*, concil. *f* Sic etiam in concil. *deſponſata fuerit*, vet. Gregor aliis omiſſis: vox *fuerit* non eſt in aliis libris, neque in Contiano, ſed tantum vox *deſponſata*: Cur alia Raimundo diſplicuerint, divinare facile poſſumus. *g* Sic etiam Raim. *non debebunt*, concil.
*h* *Eam fuiſſe*, vet. Gregor. *ipſam*, altera voce omiſſa, concil. ut editum eſt, Cont. & alii.
*i* *Faterentur*, concil. & vetus Tarracon. & Barcinon. & Raimund. *fatentur*, unus Tarrac.
*k* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *l* Hæc etiam ſunt in concil. non ſunt in Gregor. *fuerit*, additur in veteri Tarrac. quod olim omiſſum fuerat: mihi id ſupervacaneum videtur.
*m* Sic etiam concil. & vetus Gregor. *ipſius*, *cui*, alter vetus, & Contius, & alii.
*n* Fuit, vetus Gregor. ſolus. *o* Sic etiam concil. & Raim. *eandem* pro *eam* Barcin. *traducere* pro *ducere*, unus Tarracon. quod non placet. *p* Vox *puellæ*, in vet. Tarracon. deſideratur: in concil. vero ea ſola eſt, aliis omiſſis; *ſponſæ*, Raimundus, & Contius, aliis quoque neglectis.
*q* *Bathonienſi*, concil. d. parte 6. cap. 29. & unus Tarrac. & Raimund. & Cont. *Bathonien.* alter. *Bathonenſi*, Barcin. *Barronienſi*, tertius Tarracon. non recte. *r* Ante hæc verba fortaſſe addendum eſt, *Pars cap.* A NOBIS: tum quia hoc initium reſcripti non videtur; tum quia proximo capite verba quædam hujus capitis referuntur, quæ poſt id caput ſequantur. *s* Sic etiam Raim. *exiſtentes*, additur in concil.
*t* *Perveniunt*, conc. *pervenerit*, vetus Gregor. *pervenerint*, alter vetus, & editi.
*u* *Reclament*, *& poſtulent*, concil. *reclamet*, *& poſtulent*, Raim. *poſtulant*, vet. Greg. ſolus.
*x* *Non ſunt aliquatenus audiendi*, concil. *ullatenus* pro *aliquatenus*, Raimund.
*y* *Eorum* pro *iſtorum*, concil. & duo Tarrac. *alter* pro *alteruter*, vetus Gregor. & tertius vetus Tarrac. *alter eorum*, cap. 10. ut editum eſt, editi Gregor. & unus vetus. *z* Sic etiam in concil. *annos pubertatis*, Raim. & Cont. *aa* Hæc in conc. non ſunt: voce *quo* Barcin. caret, & tres Tarrac. *cum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.
*bb* *In alium*, vetus Tarrac. ſolus. *cc* *Poterunt*, Tarr. tres, & concil. & Raim. *potuerint*, Barcin. non recte.
*dd* Sic etiam in conc. *Mulier autem*, Raim. *ee* *Attigerit*, vet. Tarrac. *attigit*, Barcin. & alter Tarrac. & duo veteres Gregor. *attingit*, Cont. & alii: multa in concil. deſiderantur.
*ff* *Diſſidium*, concil. & tres Tarrac. *divortium*, Barcin. multa omittunt Raim. & Cont. Pro *ab eo*, eſt etiam in Barcin. *ab eodem*. *gg* *Quod cum*, duo Tarrac. & concil. *hh* *Conſenſit*, vetus Greg. ſolus.
*ii* *Conſentire non poterit aliquatenus*, concil. non recte: *non poterit diſſentire*, Raim. alia voce omiſſa.
*kk* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *ll* *Nupſit*, tres Tarrac. *niſi forte illi nupſit*, &c. concil. non recte: *niſi ipſe, cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit*, Raimund.
*mm* *Se* pro *ſuum*, vetus Tarr. vox *omnino*, in altero Tarrac. deſideratur: *& in eum ſuum*, &c. concil. *in eam ſuum negaverit præſtare conſenſum*, Raimund. *nn* Sic etiam in veteri Gregor. voce *eidem* caret, Contius, & alii: forte addi poſſet, *in eadem*, ut ex ultimis verbis colligi poteſt.
*oo* *Devotio*, unus Gregor. vetus. *pp* Scribendum *iis*, ut eſt in Barcin. & in tribus Tarr. & in Gregor.
*qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. *rr* *Quod* pro *eo*, unus Tarrac. & Raim. aptius.
*ſſ* *Non habent*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *tt* *Aut conſumment*, vetus Gregor. *aut confirmetur*, alter vetus & Contius, & alii.

tempus anticipare (*a*) ſoleat pubertatis. Si vero alter eorum [*b*] ad annos &c. ut ſupra prox. c. (*c*)

## CAPUT XI.

*Idem* * (*d*).

* *Idem Vigilenſi Epiſ.* Cujac. Non ponit. Poſt conc. Lat.p.6.c.3.

SI puella (*e*) infra XII. annum alicui deſponſata fuerit, vel ſponſus (*f*) aliquam infra XIV. annum deſponſavit, antequam ad annos pervenerat matrimonio aptos (*g*), a pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium convolare non poſſunt, ſed cum puella ad nubiles annos, & ſponſus ad annos aptos matrimonio pervenerit (*h*), tunc de pactione illa complenda, vel recipienda (*i*), ſunt audiendi, & ad complendum (*k*) matrimonium ab iis, qui matrimonium juraverant, commonendi. Sponſa autem (*l*) ſi nubili ætati proxima eſt, nullus conſanguineorum ſponſi poteſt eam ſibi matrimonio copulare.

## CAPUT XII.

*Idem Januen. Epiſcopo* (*m*), *pars c. Tua fraternitas* (*n*).

c. 9. eod. DE illis autem (*o*), qui in minori ætate deſponſantur, traduntur, & conjunguntur, & proceſſu temporis divortium poſtulant, minorem allegantes ætatem, aut vim ſibi a parentibus factam. Hæc inquiſitioni (*p*) tuæ taliter præſentibus litteris (*q*) reſpondemus, quod ſi ita fuerint ætati proximi (*r*), quod potuerint (*s*) copula carnali conjungi, minoris ætatis intuitu non debent ab invicem ſeparari, ſi unus in alium viſus fuerit conſenſiſſe, cum ætatem videatur ſuppleviſſe malitia (*t*), ſed cujuſcumque ætatis ſint, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat.

## CAPUT XIII.

*Urbanus III. Cenomanen. Epiſcopo.*

ATteſtationes ſuper (*u*) cauſa matrimonii, c. 10. eod.
quæ inter H. juvenem, & G. mulierem vertitur, a tua nobis fraternitate tranſmiſſa (*x*) accepimus, & ipſis diligenter inſpectis, & plenius intellectis, manifeſte nobis innotuit, quod prædictus juvenis nondum XII. annum attigerat, cum præfatam acceperat in uxorem (*y*), & licet niſus fuiſſet (*z*), ſicut uterque confeſſus eſt, ipſam corrumpere, mulier tamen credit ſe (*aa*) virginem evaſiſſe. Verum antequam ad annum XIV. perveniſſet, ex atteſtationibus ipſum a memorata (*bb*) muliere intelleximus receſſiſſe, quem eadem mulier inſtanter nunc repetit, & pro viro ſibi vindicare contendit, ſed cum vir X. & VII. (*cc*) annos habeat, ipſam recipere (*dd*) contradicit. Unde, quia donec nos ſuper cauſam ipſam (*ee*) conſuleres, non duxiſſes (*ff*) in prolatione ſententiæ procedendum (*gg*), hoc a nobis (*hh*) ſuper tua conſultatione habeas reſponſum, quod ſi mulier per idoneos teſtes probare nequiverit, quod poſt XIV. annum (*ii*) ſuæ ætatis, vel circa finem XIV. prædictus juvenis [*kk*] conſenſiſſet in eam, ab ipſo juramento recepto, quod poſtquam ad legitimam ætatem pervenit (*ll*), ipſam habere non conſenſit uxorem [*mm*], ab impetitione mulieris eum potes, & debes abſolvere, & ad alia vota utrique dare licentiam tranſeundi.

CA-

*a* Hoc loco refertur in ſcholiis opinio G. Vaſconis veteris interpretis, cujus nomen raro ita ſcriptum invenies.
*b* Hæc omittunt Raimund. & Cont. de his diximus cap. 9.
*c Proximo c.* unus Tarrac. *d Vigilenſi Epiſcopo*, additur in concil.
*e Si vero puellam infra duodecimum annum aliquis deſponſaverit*, concil. Ante hæc verba addi poſſet, *Pars cap.* CUM SIT ROMANA: ex his, quæ dicta ſunt cap. 7. de ſponſalibus. In margine pro illis, *Non ponitur*, ſcribi potuit, *cap.* 8. *de ſponſal.* *f* Hæc in concil. deſiderantur. *g Pervenerit aptus matrimonio*, vet. Tarracon. *pervenerint aptos matrimoni*, alter: *pervenerit matrimonio aptos*, tertius; *matrimonio aptus ambo pervenerint*, concil.
*h Pervenerint*, concil. & unus Tarracon. *i Vel remittenda*, concil. non male: *vel reſcindenda*, Barcinon. quod præfero editis: *vel renuenda*, unus Tarracon. *vel retinenda*, duo Tarrac. non recte.
*k Ad implendum*, duo Tarrac. & concil. *l* De his verbis dictum eſt d. cap. 7. de ſponſalibus.
*m* Sic etiam in concil. parte 50. cap. 41. *Januen. Archiepiſcopo*, vetus Gregor. *Genuen. Archiepiſcopo*, Cont. & alii quidam. *n* Hæc omittunt Raim. & Contius. Integra clauſula, vel potius epiſtula exſtat in concil. d. cap. 41. & in hac collect. cap. 7. de ſponſa duorum cum eadem inſcriptione.
*o* Recte addit Cont. omiſſa prius a Raim. quæ ſunt in concil. excepta voce *autem*, pro qua *vero* eſt. Raim. neutram voluit. *p Hoc* pro *Hæc*, concil. & Cont. & Barcin. & duo Tarracon.
*q* T. Cont. pro *taliter*, aliis omiſſis: in conciliis ea vox non eſt, cetera, ut edidimus: eſt in uno veteri Gregor. *t. reſp.* mihi in hac collect. ea vox ſupervacanea videtur.
*r* Sic in concil. & in Gregor. *ætati nubili proximi*, vetus Tarracon. ſed verbum *nubili*, ut ſcholium, adjectum eſt: „ quod, ut ſcholium, placet maxime “, addit Alanus vetus interpres.
*s Quod potuerunt*, unus Tarracon. ſol. *quod non poterunt*, prior concil. editio, non recte.
*t* Sic etiam concil. *cum in eis ætatem ſuppleviſſe malitia videatur*, duo veteres Tarrac. *videtur*, Cont. & alii.
*u* Ante hæc verba addi poteſt, *Pars cap.* CUM IN APOSTOLICA. Integra clauſula exſtat cap. 20. de ſponſalibus in hac collect. *Atteſtationes, quæ ſuper*, duo Tarrac. non recte: ut editum eſt Raim. & Cont.
*x* Hæc omittunt Raim. & Cont. ut alia non pauca, quæ commemorare ſingula non eſt neceſſe.
*y Accepit uxorem*, unus Tarracon. *uxorem accepit*, alter: *cum præfatam G. accepit uxorem*, Raimund.
*z Viſus* pro *niſus*, unus Tarrac. quod non æque placet: *viſus fuerit*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & editi. *aa Credidit ſe*, vetus Gregor. olim. *bb A dicta*, alter vetus Gregor. ſolus.
*cc XVII.* eſt in tribus Tarracon. *XIV.* in Barcin. Non recte hoc loco addidit Contius a Raim. omiſſa: nam debuerat obelo notare, quæ Raimund. ex his ſumpſerat (*cum XVII. annos habeat*): *habebat*, tamen in vet. Gregor. olim fuerat, quod non placet. *dd Eam recipere*, Cont. *ee Super ipſam cauſam*, vetus Tarrac. *ſuper cauſa ipſa*, alter: *ſuper ipſa cauſa*, tertius: *ſuper ipſa*, Cont. *ff Non duxiſti*, Cont. & tres Tarrac.
*gg Procedere*, Cont. *hh Conſult. t. t. reſpond.* Raim. & Cont. in uno tamen veteri eſt tantum, *t. reſp.*
*ii An.* unus Tarracon. *annos*, vetus Gregor. *annum*, alter, & Contius, & alii.
*kk Præfatus juvenis*, vetus Gregor. tantum. *ll* Sic etiam Raim. *pervenerit*, unus Tarrac.
*mm* Sic etiam duo veteres Greg. *conſenſerit* pro *conſenſit*, unus Tarrac. *non conſenſit in uxorem*, Cont. & alii.

### CAPUT XIV.

*Idem Piſano Archiepiſcopo.*

c. 11. eod. EX litteris tuæ fraternitatis (*a*) accepimus, quod cum puella quædam A. nomine (*b*) jam ad annum XII. perveniſſet, jurata fuit, & deſponſata (*c*) cuidam puero, qui erat in anno IX. vel X. (*d*) & dimidio, tempore (*e*) procedente (*f*) de voluntate matris, & fratrum (*g*) potius, quam de ſua, ſicut aſſerit, ad domum patris prædicti pueri ducta (*h*), ubi nolens (*i*), & invita, ſicut ab ore (*k*) ipſius te audiſſe proponis, & tam perſuaſionibus (*l*), quam minis parentum impulſa (*m*) moram per annum, & amplius habuit, & tandem (*n*) inde receſſit, & ad domum propriam eſt regreſſa. Commonita vero (*o*) a matre ſua, & a te poſtmodum, ſicut aſſeris (*p*), ad eum redire penitus contradicit (*q*), aſſerens, quod nunquam voluit, nec vult eum in virum habere, ſed nubendi alii poſtulat facultatem. Unde quia ſuper hoc, quid agendum ſit, a nobis tua fraternitas requiſivit, cum jam dictus (*r*) puer, ſicut tuæ (*s*) litteræ continebant, nondum ad XIII. annum ætatis ſuæ pervenerit (*t*), nec unquam ad eam puellam (*u*) carnaliter acceſſum habuerit (*x*), d. t. præſentibus litteris reſpondemus, quod ſi memorata puella per te ad hoc ſtudioſe (*y*) commonita, ut donec idem puer compleat (*z*) XIV. annum ſuæ ætatis [*aa*] expectet, ad commonitionem tuam non duxerit expectandum, ei ſecundum ea, quæ propoſita ſunt, accipiendi alium virum in maritum, auctoritate noſtra (*bb*) dare potes libertatem (*cc*). Dat. Veron. (*dd*)

## TITULUS III.

## DE CLANDESTINA DESPONSAT.

### CAPUT I.

*Hieronymus in Parabolis (ee).*

IN plateis tuis aquas tuas divide (*ff*), ideſt, filium [*gg*] tuum, ac filiam (*hh*) aliis (*ii*) nuptui trade (*kk*), & hoc manifeſte cum pluribus ſociis [*ll*]. Non ponitur.

### CAPUT II.

*Ex concilio Agath. [mm]*

SI quis clam deſponſaverit aliquam, & mulier, vel vir (*nn*) negat deſponſationem, viro tantum [*oo*] incumbit probatio. De cland. deſp. c. 1.

### CAPUT III.

*Alexander III. Belvacen. Epiſc. (pp)*

c. 2. eod. & c. 9. qui filii ſint leg. QUod nobis ex parte tua (*qq*) ſignificatum eſt,

*a Ex litteris tuis*, vetus Gregor. ſolus. *b Annorum XII.* vetus Gregor. *an. XII.* alter vetus: *anno XII.* Contius, & alii. *c* Sic etiam Raimund. *& invita*, additur in uno Tarracon.
*d Decimo*, unus Tarr. *IX. vel X. annorum*, Raim. *e Et medio tempore*, tres Tarrac. *& tempore*, Raim.
*f Præcedente*, vetus Gregor. quod nondum probavi. *g* Pro his verbis Raim. *parentum*, ſcripſit.
*h Perducta*, vetus Tarrac. *pueri prædicti*, alter: *patris pueri ducta*, duo veteres Greg. *adducta*, Cont. & alii.
*i Ubi dolens*, Cont. ſolus. *k* Multa Raimund. & Cont. omiſerunt.
*l Suaſionibus*, unus Tarrac. *m* Sic etiam Raimund. *compulſa*, vetus Tarracon.
*n Fecit* pro *habuit*, Raim. *habuerit*, duo Tarrac. in quorum altero *habuit*, olim fuit: *&* unus Tarrac. caret.
*o* Hæc recte addit Cont. a Raim. præterita. *p* Hæc Cont. omiſit. *q Contradixit*, Cont.
*r Cum autem dictus*, Raimund. & Cont. *s* Hæc ab eiſdem omiſſa ſunt.
*t Pervenerat*, unus Tarracon. *XIV.* pro *XIII.* Barcinon. & duo Tarracon. *ad XIV. annum pervenit*, unus Gregor. *pervenerit*, alter vetus, & editi. *XII.* pro *XIII.* vet. Tarrac. quod non placet.
*u Eandem* pro *eam*, duo Tarracon. *nec ad eandem*, Raimund. aliis omiſſis.
*x Carnalem acceſſum habuerit*, vetus Gregor. *carnaliter acceſſum habuit*, Cont. & alii: ut editum eſt, alter vetus Raimundi liber. *y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *z Ipſe* pro *idem*, unus Tarrac. *compleat idem puer*, alter Tarrac. & Raim. *aa XIV. annos*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *annum*, Cont. & alii.
*bb* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *cc Poteris* pro *potes*, Barcin. *liberam tribuas facultatem*, Raim.
*dd* Hæc in Gregor. non ſunt, neque in Barcin. neque in uno Tarrac. *Veronæ*, eſt in altero Tarrac.
*ee* Adde *cap.* 5. Eadem verba ſunt in ſcholiis ſacror. libror. gloſſam inter lineas dicunt.
*ff* Salomonis verba ſunt proverbior. cap. 5. *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui, deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide: habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui.* Υἱὲ πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς. ὑπερεχείτθω σοι τὰ ὕδατα ἐκ τῆς σῆς πηγῆς, εἰς δὲ σὰς πλατείας διαπορευέτθω τὰ σὰ ὕδατα. ἔστω σοι μόνῳ ὑπάρχοντα, καὶ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτω σοι. LXX. *Fili bibe aquas de tuis vaſis, & de tuis puteis fontis: effundantur tibi aquæ ex tuo fonte, in autem tuas plateas tranſeant tuæ aquæ: ſint tibi ſoli exiſtentia, & nullus alienus particeps ſit tui.* Compluten. Duriuſcule ſunt quædam dicta: ut illud *in autem tuas*, pro *in tuas autem*, & ὑπάρχοντα, quæ *bona*, ſive *facultates* ſolemus dicere, hic interpres *exiſtentia* dixit. Vetus quidam interpres, cujus ſcholia R. littera notantur, aquas interpretatur bonas operationes, ut in pſalm. 1. *ſecus decurſus aquarum*, vel aquas doctrinæ. Vincentio extorta videtur Hieronymi interpretatio, ut alibi notatur multos in ſacris libris ingenio abuti, diſt. 37. RELATUM, & de pœnitent. diſt. 3. ADHUC INSTANT. Ego a Hieronymi interpretatione, ſive cujuſvis alterius ſit, non alienus ſum. Video enim ita illic ſcriptum eſſe poſt relata verba: *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ.* Ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος ἔστω σοι ἰδία, καὶ συνευφραίνου μετὰ γυναικὸς τῆς ἐκ νεότητός σου. LXX. *Fons tua aquæ ſit tibi proprius, & conlætare cum muliere, quæ ab adoleſcentia tua.* Complut. pro *muliere uxore*, malo, cetera quoque dure dicta ſunt, pro *quæ tecum adoleſcat*. Sic apparet translatione uſum ſapientem Regem in ſuperioribus verbis. Cœperatque deterrere filium a meretrice, & ab adultera, poſtea quid agere debeat, tectis verbis docuit. *gg* Hieron. verba ſunt, excepta voce *ideſt*, quæ etiam omiſſa eſt in gloſſa inter lineas.
*hh* Sic Hieron. *ac filias*, gloſſa. *ii* Deletam hanc vocem inveni in ſolo veteri Tarr. non eſt apud Hieron. eſt in dictis ſcholiis. *kk* Sic Hieron. *nuptum tradas*, ſcholia.
*ll Manifeſte facito pluribus conſciis*, Hieron. *manifeſte cum pluribus conſciis*, ſcholia.
*mm Agathen.* duo Tarrac. *Auril.* vetus Gregor. pro *Aurelian. Arelaten.* alter, & Cont. & alii editi: ego in concil. non inveni. *Agathen.* Cont. in marg. *nn* Subſcribo Tancredo, qui putabat hæc verba tolli debere: habent omnes libri, & Raimund. & Cont. *oo* Vox *tantum*, a Raimund. recte omiſſa eſt.
*pp* Sic etiam Raim. & Cont. *Belvacen.* duo Tarracon. tota inſcriptio deſideratur, in concil. parte 50. cap. 17. in priori edit. concil. ſi ex cap. 16. ſumenda ſit, hæc erit: *Idem Vuigornien. Epiſcopo, in XII. libro reg.* ut editum eſt in poſter. edit. *qq* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa non recte idem ſub tit. qui filii ſint legit.

UNED

eſt, utrum in clandeſtinis (*a*) matrimoniis diſpenſare debeamus (*b*), non videmus, quæ diſpenſatio ſuper his ſit adhibenda (*c*). Si enim matrimonia ita occulte contrahuntur, quod exinde legitimi teſtes non appareant (*d*), ii, qui ea contrahunt (*e*), ab eccleſia non ſunt aliquatenus compellendi (*f*). Veruntamen ea, quæ ſic contrahuntur (*g*), ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis, & legitima (*h*) cauſa præpediat, ab eccleſia recipienda ſunt, & comprobanda (*i*), tamquam a principio in conſpectu eccleſiæ contraherentur (*k*): ſi qui autem de clandeſtino matrimonio poſtmodum ab eccleſia comprobato, & rato habito (*l*) generati fuerint, eos legitimos judices filios, & heredes (*m*).

## TITULUS IV.
## DE SPONSA DUORUM, ET SPONSO DUARUM (*n*).

### CAPUT I.

*Auguſtinus de fide pactionis, & conſenſus* (*o*).

De ſponſ. duor. c. 1.

DUobus modis dicitur fides pactionis (*p*), & conſenſus, ſi aliquis (*q*) alicui mulieri fidem fecerit (*r*) pactionis, non debet aliam ducere; ſi aliam (*s*) duxerit, pœnitentiam debet agere (*t*) de fide mentita; maneat tamen cum illa, quam duxit: non enim reſcindi debet tantum ſacramentum. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet aliam ducere: ſi autem duxerit, dimittet ipſam, & adhærebit uxori priori (*u*). Eſt autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, ſi permiſerit ei rem (*x*) ſecum habere, vel etiam pro conſenſu: fides autem conſenſus eſt, quando etiam ſi non ſtringat (*y*) manum, corde tamen (*z*), & ore conſentit ducere, & mutuo ſe concedunt unus alii, & mutuoſe ſuſcipiunt.

### CAPUT II.

*Ex B.* (1) *lib. xix.* [*aa*]

c. 2. eod.

ACcepiſti illam tibi uxorem [*bb*], quam alter ſibi deſponſatam habuerat, dimitte illam, quia numquam poteſt tibi fieri legitima, & XL. dies [*cc*] in pane, & aqua, quod carinam vocant [*dd*], cum VII. ſequentibus annis pœniteas.

### CAPUT III.

*Alexander III. Salernitano Archiepiſc.* [*ee*]

c. 3. eod.

LIcet præter ſolitum, & amplius (*ff*) ſolito * more multiſſimi [*gg*], & magnis (*hh*) negotiis præpediti, & ita (*ii*), quod nobis non ſit facile aliquorum conſultationibus reſpondere, illa tamen ſpeciali [*kk*] gratia, quam adverſus perſonam (*ll*) tuam habemus, & fraterna cogimur charitate, quid ſentiamus de iis, ſuper quibus conſuluit nos dilectio tua (*mm*), tibi, quantumcumque aliis ſimus intenti [*nn*], præſentibus litteris aperire [*oo*]. Conſuluiſti nos ſiquidem, utrum ſi inter virum, & mulierem præſtito, vel non præſtito juramen-

* *multis ſimus, & variis negotiis impediti*, Cujac.

[1] *Burch.* Greg. IX.

legit. ex 2. compil. addidit, & nihil de his, quæ ſub hoc titulo poſita fuerant, dixit. *Ex una parte*, concil. pro *ex parte tua. Quod de vobis, & infra*, vetus Gregor. tit. qui fil. ſint leg. mendoſe.

*a De* pro *in* unus Tarracon. *ut* pro *utrum*, concil. *ut de clandeſtinis*, Contius.

*b Deberemus*, concil. & Cont. *c* Sic in concil. *habenda*, unus Tarrac. neutrum Cont.

*d* Sic concil. & olim vetus Tarrac. mox *compareant. Legitima probatio non appareat*, Raimund.

*e* Sic in concil. & in Gregor. *Si perſeverare noluerint*, additur in Barcinon. non male.

*f Repellendi*, concil. prioris editionis. *g Contracta ſunt*, concil. omnia Raimund. & Cont. omiſerunt: vox *ſic*, in uno Tarracon. deſiderata aliquando eſt. *h* Hæc neque in concil. ſunt neque in Gregor.

*i* Sic etiam Raimund. *ac* pro *&*, concil. *& probanda*, vetus Tarracon. *k* Sic etiam in concil. *contrahantur*, Barcinon. *contracta*, Raim. *l* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*m Heredes, & filios*, unus Gregor. vetus: vox *filios* olim in uno Tarracon. deſiderabatur.

*n Et e converſo*, vetus Tarrac. *vel e contrario*, alter. *De ſponſa duorum*, Barcin. & unus Tarracon. & Raim. & Cont. aliis omiſſis. *o* Sic etiam Grat. ſive Palea 27. q. 2. cap. ult. & Raimund. & Cont. *Eugenius*, Barcinon. & vetus Tarracon. In B. Auguſtini libris hæc nondum inveni.

*p* Sic etiam Raim. *& pactionis*, Grat. *q* Sic Grat. & Raim. *ſi quis*, vet. Tarrac. ſed olim, *ſi aliquis*.

*r Fidem dederit*, vetus Gregor. ſolus. *s Et ſi aliam*, vetus Gregor. tantum.

*t* Sic etiam Raim. *agat*, Grat. ſive Palea. *u Dimittet eam, & adhærebit primæ uxori*, Palea: *dimittet illam, & adhærebit priori*, vetus Gregor. *ipſam* pro *illam*, alter vetus, & Cont. & alii.

*x* Sic etiam Palea; *eum rem*, Raim. vox *ei* in uno Tarracon. aliquando deſiderabatur.

*y Et ſi non ſtringit*, duo Tarracon. & vetus Gregor. *etiam ſi non ſtringit*, tertius Tarrac. *& ſi non conſtringat*, Palea; *& ſi non conſtringit*, alter vetus Gregor. *non ſtringit*, Contius, & alii.

*z* Vox *tamen*, aliquando in vet. Tarracon. deſiderabatur. *aa Ex Brocardo lib. XXX.* Raim. & Cont. qui in marg. ſcribit, *alias XIV.* exſtat lib. XIX. Decretor. Burchardi Epiſcopi Vormacienſis: ſumpſit autem is ex pœnitentiali Romano, ut ſuſpicor. Raro invenies ex alio libro, quam ex eo, in quo de pœnitentiis agitur, quidquam in his collectionibus adferri. *Ex Brocardi lib. XIV.* habet Barcin. *Brocardo* pro *B.* duo Tarr.

*bb* Sic etiam Burch. *in uxorem*, vetus Gregor. & tres Tarrac. *Accepiſti uxorem illam tibi*, alter vetus Gregor. *Accepiſti illam in uxorem tibi*, Cont. & alii. *cc Quadraginta dies*, unus Tarracon.

*dd* Sic Burch. in eo libro ſæpe, ex quo eſt etiam ſub titulo de accuſationibus cap. 9. *carentenam*, vetus Gregor. & in margine Contius. A quadrageſima, ſive quadragena corrupta vox deducta eſt, non a carentia hominum, vel ciborum, ut Tancredus putabat. Caninam dici aliquando exiſtimabam, quod pane, & aqua ut canes veſcerentur: non ut ceteri homines aliis cibis: ſed illud malo, quod aptius eſt tam pœnitentiis, quam indulgentiis. *ee Epiſcopo*, in concil. d. parte 6. cap. 8. *Salern. Archiepiſcopo*, Raim. & Cont. ſed cap. 2. de converſ. conjugat. ut editum eſt. *ff* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa: eadem ſunt in concil.

*gg* Vox *more*, non eſt in Barcin. neque in tribus Tarracon. *multis ſimus*, concil. & Cont. & duo Tarracon. aptius, voce *more*, omiſſa. *hh* Sic etiam Cont. *& variis*, concil.

*ii* Sic Contius, & non eſt in concil. *kk* Mendoſe in concil. *ſpirituali*.

*ll Ad perſonam*, concil. & Contius. *mm Dil. tua*, Contius: *prudentia tua*, concil.

*nn Simus aliis*, unus Tarrac. *ſumus aliis*, concil. caret omnibus his verbis Contianus liber.

*oo* Sic in concil. *volumus aperire*, Cont.

mento [a], legitimus conſenſus intervenerit (b) de præſenti (c), copula carnali non ſecuta, liceat mulieri alii nubere, vel ſi nubſerit alii, & carnalis fuerit copula ſubſecuta (d), an ab ipſo debeat ſeparari: ſuper hoc autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi legitimus conſenſus ſub ea ſollemnitate, quæ (e) fieri ſolet, præſente videlicet ſacerdote, aut notario (f), & ſicut (g) in quibuſdam locis adhuc obſervatur, idoneis (h) teſtibus interveniat de præſenti, ita quidem, quod unus alterum in ſuum (i) mutuo conſenſu verbis conſuetis expreſſo [k] recipiat utrumque dicendo [l]: *Ego accipio te in meum* [m], *& ego te in meam* [n], ſive ſit juramentum [o], ſive non, non licet mulieri alii nubere, & ſi nupſerit [p], etiam ſi carnalis copula ſit ſubſecuta, ab eo [q] ſeparari debet, & ut ad primum [r] redeat eccleſiaſtica diſtrictione compelli (s), quamvis quidam alii aliter ſentiant [t], & aliter etiam a quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando judicatum [u]. Verum poſt conſenſum [x] legitimum de præſenti licitum eſt alteri, altero etiam repugnante, eligere monaſterium, ſicut etiam quidam ſancti de nuptiis vocati fuerunt, dummodo inter eos carnalis commixtio non intervenerit, & alteri remanenti, ſi commonitus continentiam ſervare noluerit, licitum eſt, ut ad ſecunda vota poſſit tranſire, quia cum non fuiſſent una caro ſimul effecti, ſatis poteſt unus converti ad Deum, & alter manere in ſæculo.

## CAPUT IV.

*Idem.*

SOlet frequenter, ut audivimus, evenire, ut ſuper clandeſtinis conjugiis, quæ in Archiepiſcopatu tuo ſæpiſſime contrahuntur, multa litigantium quæſtione pulſeris, cum ea ſit inter contrahentes diſſentio, ut unus matrimonium factum aſſerat, & alter alteri contradicat. Ne igitur pro defectu teſtium evacuetur, quod ſi fieret in publico, auctoritate eccleſiæ debent corroborari, mo. fr. t. atq. man. qua. generaliter in eccleſia ſub anathematis interminatione prohibeas, ne de cetero inter aliquos in abſconſo, ſed publice coram idoneis teſtibus ſponſalia contrahantur, ut ſic ſaltem, quod juſte ſit, digno robore convaleſcat, nec hæc (1) cauſa ambigua poſſint quæſtioni pulſari.

## CAPUT V.

*Idem.*

DE iis, qui ſponſas alienas rapiunt, antiqua, & ſynodalis ſententia ſervetur. Quod ſi forte in eccleſia eventus talis reperiri dignoſcitur, & pro ſalutis, & pro religionis intuitu, potentia remedia circa eos quid debeant temptare (2) Pontifices, ſicut canonica, ut his utamur verbis, docet auctoritas, quia durior † inquiras diſſero † durius, poſterior quædam tractavit humanius. Nullo modo, ut ad maximam indulgentiam deſcendamus, alterius ſponſæ (raptor) ſine publica tranſeat pœnitentia. Quod ſi huic obedire noluerit, ſine ulla refragatione anathematizetur: fraudatores [3] vero illius juxta modum culpæ, Epiſcopi [4] de cetero pœniteant. Si vero, quod non optamus, de gradu eccleſiaſtico de talibus nuptiis ſe conſenſorem, vel injunctorem manifeſte prodiderit, a gradu proprio repellatur, & ſi fuerit veriſimilibus ſuſpicionibus pulſatus ſe purget.

## CAPUT VI. [y]

*Idem * Eboardo Paduano Epiſc.* (z)

* *Eberoaldo*, Cujac. Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 6. cap. 18.

SOllicitudini ſedis Apoſtolicæ incumbit, ut ſi qua

[1] *Nec hac*, forte. [2] *Tractare*. (3) *Suffragatores*, forte. (4) *Ipſi*, malo.

a Sic etiam Cont. *ſacramento*, concil.
b Sic in concil. & in Contio: *interveniat*, vetus Tarracon. c Sic etiam in concil. *&* pro *de*, Contius non recte. d Sic etiam Cont. *ſecuta*, concil. *copula ſubſecuta fuerit*, unus Tarracon.
e *Qua*, unus Tarrac. & concil. multa Raim. & Cont. omittunt non contemnenda: vox *ſub*, in concil. non eſt.
f *Præſente ſcilicet ſacerdote, aut etiam ejus notario*, concilia: vide cap. 6. hujus tituli, & quæ nuper in concilio Tridentino edita ſunt. g *Etiam, ſicut*, unus Tarracon. *ſicut etiam*, concil. & alter Tarrac.
h *Coram idoneis*, concil. & Barcin. & tres Tarracon. i *In ſuo*, tres Tarrac. *unus alium in ſuam*, concil. prioris edit. *unus ad alium in ſuam*, poſter. editio, utrumque non recte: *ſi unus alterum in ſuum*, vetus Gregor. vox *ſi* non eſt in altero veteri, & pro *ſuum*, *ſuo*, quod etiam eſt in Contiano, & aliis editis.
k Sic etiam duo veteres Gregor. *expreſſis*, Barcin. *expreſſe*, Cont. & alii: *verbis expreſſis*, concil.
l *Uterque dicendo*, vetus Tarrac. *utrimque dicendo*, alter Tarracon. & concil. & vetus Gregor. *utroque dicente* tertius Tarrac. & alter vetus Gregor. & Cont. & alii. m *Ego te recipio in meam*, concil. *Accipio te in meam*, vetus Gregor. *Ego te accipio in meam*, Cont. & alii. De his verbis vide cap. 6.
n *Meum*, concil. & duo veteres Gregorian. *& ego accipio te in meum*, Cont. & alii.
o Sic etiam concil. *interpoſitum*, addit Raimund. p Sic in concil. *alii*, addit Barcin. *& ſi nupſit*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus & Cont. & alii. q Sic concil. & Raim. *ab ea*, Tarrac. tres; quod non æque placet. r Sic in concil. *ad primam*, Barcinon. & duo Tarrac. & vetus Gregor. *ad primum*, alter vetus, & Cont. & alii. s *Compellere*, vetus Gregor. ſolus.
t Vox *quidam*, in concil. non eſt: omnia præter vocem *quamvis*, omittunt Raim. & Cont. mihi magis hæc verba placent, quam ea, quæ poſtea ſequuntur: loquitur autem de Mutinenſibus, & Bononienſibus, qui poſtea ab errore ſuo ſunt revocati, ut refert Tancred. De Mutinenſibus exſtat cap. un. hoc tit. coll. 3. vide cap. 4. & 5. hujus tit. u Vox *&* in concil. deſideratur. *Quamvis aliter a quibuſdam* &c. Raim. *judicatum, in illis locis, in quibus obtinebat talis conſuetudo*, R. Non igitur illi Pontifices in lege condenda, vel interpretatione facienda generaliter errabant; ſed in judicio privato. Ponderanda autem ſunt illa Innocentii tertii verba in matrimoniis decetero contrahendis, d. cap. 1. x De his verb. dictum eſt c. 2. de converſione conjug.
y Ante hoc cap. duo ſunt in Barc. alia capita †, quæ nos in calce hujus libri ſcripſimus, licet alterum ad titulum de clandeſtina deſponſ. cujus initium eſt, *Solet frequenter*, alterum ad titulum de raptoribus, cujus initium eſt, *De iis, qui ſponſas*, pertineat. Ab alio tamen ſcriptore adſcriptum eſt, *Vacant iſtæ duæ.* z Sic etiam in

† *Ea ſunt duo ſuperiora Capita hoc ordine a nobis poſita; IV. videlicet & V.; quæ inter cætera prætermiſſa ab Ant. Auguſtino collocata fuerant, inſcriptione addita, qua ad hunc locum ea pertinere indicabantur.*

ſi qua dubia [*a*], vel difficilia ad noſtram audientiam perferantur [*b*], & ea debeamus abſolvere (*c*), & in lucidum (*d*) revocare, ſuper eo ſiquidem, unde nos (*e*) conſuluit dilectio tua, quid videlicet ſervandum ſit, & tenendum de muliere, quæ cum ſit uni viro deſponſata, & ab alio poſtea deſponſetur, & cognoſcatur (*f*): ſollicitudini tuæ præſentibus litteris reſpondemus, quod licet quarundam eccleſiarum conſuetudo habeat, ut cum viro ſecundo debeat remanere, convenientius tamen videtur, ut ſi vir, & mulier ad ætatem conjugio aptam devenerint, & ita mulier (*g*) deſponſata fuerit, quod vir mulierem in ſuam [*h*], & mulier virum in ſuum recipiat, licet poſtea [*i*] ab alio deſponſetur, & cognoſcatur, debeat (*k*) primo reſtitui.

## CAPUT VII.

*Idem Archiepiſcopo Senonenſi, pars c. Sicut Romana (l).*

Non ponitur, d. p. 6. c. 17.

PORro ſi qui (*m*) vir, & mulier pari conſenſu contraxerunt [*n*] matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit in uxorem, & eam cognoverit (*o*), cogendus eſt ſecundam dimittere, & ad primam redire: quia quamvis exinde ſit diverſa quorundam ſententia, & non eadem conſuetudo eccleſiæ, tutius tamen videtur, ut primam habere debeat (*p*) quam ſecundam, cum a prima ſine judicio (*q*) eccleſiæ ſeparari non debeat, poſtquam cum ea pari voto, & conſenſu matrimonium contraxit. Sane quamquam mulieri deſponſatæ, & a viro nondum cognitæ liceat ad religionem tranſire, aliam tamen (*r*) non poteſt ducere in uxorem.

## CAPUT VIII.

*Idem * (s), pars c. Significaſti (t).*

* *Norwicenſi Epiſc.* Cuj. Non ponitur, e. p. 6. cap. 22.

SUper eo vero [*u*], quod ex tuis litteris intelleximus virum quendam, & mulierem de mandato domini utriuſque (*x*) ſeſe invicem recepiſſe, nullo ſacerdote præſente (*y*), nec adhibita ſolemnitate, quam ſolet Anglicana eccleſia exhibere [*z*], & alium prædictam mulierem ante carnalem commixtionem ſollemniter duxiſſe, & cognoviſſe. Tuæ prudentiæ (*aa*) taliter duximus reſpondendum (*bb*), quod ſi primus vir, & mulier ipſa (*cc*) pari conſenſu de præſenti ſeſe receperint *, dicendo unus alteri (*dd*); *Ego te recipio in meum, & ego te recipio in meam* (*ee*): etiamſi non interceſſerit illa ſollemnitas, nec vir mulierem carnaliter cognoverit, mulier ipſa primo debet reſtitui, cum nec potuerit, nec debuerit poſt talem conſenſum alii nubere. Si vero conſenſus talis inter eos non interceſſerit, ſub verbis illis, quæ diximus, nec carnalis copula etiam aſſenſu de futuro præeunte, ſecundo viro, qui eam poſtea traduxerit, atque cognoverit (*ff*), debet mulier ipſa relinqui, & ab impetione prioris abſolvi, injuncta primo viro (*gg*) pœnitentia de læſione fidei, vel violatione juramenti (*hh*), ſi dedit exinde fidem [*ii*], vel præſtitit ſacramentum (*kk*). Appellationi autem (*ll*), ſi qua ſuper iſto [*mm*] caſu ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur ab eo (*nn*), cui cauſa eſt re. ap. commiſſa, eſt devotione debita deferendum.

* *Ita quod uterque ſuū adſenſū expreſſerit dicens:* Cujac.

## CAPUT IX.

*Idem Januen. Epiſcopo (oo).*

c. 4. eod.

TUA fraternitas nos conſuluit, quid [*pp*] de his agere debeas (*qq*), qui deſponſant ali-

in concil. *Eborardo*, unus Tarrac. *Ebaldo*, Barcin. *Eberardo*, ſcriptum eſt parte 6. cap. 22. quod malo.

*a Ut ſi dubia*, concil. *b Aurem* pro *audientiam*, concil. & Barcinon. & unus Tarracon. ſed pro *perferantur*, hic, & alii duo Tarracon. *perferuntur*, Barcin. *ad noſtras aures proferantur*, vetus Tarrac.

*c* Vox *&* non eſt in concil. neque in Barcin. neque in tribus Tarrac. *eadem debeamus ſolvere*, Barcin. *debemus* pro *debeamus*, tres Tarracon. *ſolvere* pro *abſolvere*, unus Tarrac. *d In lucem*, concil. aptius.

*e* Sic in concil. *quod nos*, unus Tarrac. *f Deſponſatur, & cognoſcitur*, concil. & unus Tarrac.

*g Infra* pro *ita*, in concil. quod nondum placuit. *h* Sic etiam in concil. *recipiat*, addit vet. Tarr.

*i* Ante hæc verba eſt in eodem veteri Tarracon. vox *&*, quæ in concil. non eſt.

*k Debet*, concil. *l* Hæc in concil. non ſunt: integra clauſula exſtat cap. 1. de reſcriptis, & cap. 12. de appellation. in hac collect. & in concil. parte 10. cap. 11. Hoc eſt *cap.* 7. in Barcin.

*m* Sic etiam in concil. *ſi quis*, vetus Tarracon. *n Contraxerint*, concil. aptius.

*o* Sic in concil. *cognovit*, unus Tarracon. *p Hanc*, concil. non ſine mendo.

*q* Vox *ſine*, in concil. non eſt. *r* Inepte hæc cohærent: *cum alio tamen contrahere nuptias non poteſt*, dicendum fuit, aut; *aliam tamen vir interim non poteſt ducere in uxorem.* *s Eberardo Paduano*, additur in concil. & vox *Idem* refertur ad Urbanum, ut ſuſpicor, tertium: poſt vocem *Paduano*, addi oportet *Epiſcopo*, ut cap. 4. hujus tituli, & in concil. d. parte 6. cap. 18. Hoc eſt *cap.* 8. in Barcinon.

*t* Integra clauſula quærenda eſt: finge eſſe eam, quæ ſub tit. de divortiis, aut eam, quæ ſub tit. de adulteriis eſt in hac collect. Supraſcripta verba in concil. non ſunt. *u* Vox *vero*, non eſt in concil.

*x Aſſenſu*, additur in concil. *y* Vide cap. 3. hujus tituli.

*z Adhibere*, concil. & unus Tarrac. *Anglica* pro *Anglicana*, alter Tarracon.

*aa Paternitati*, concil. quod non placet. *bb* Sic etiam in concil. *reſpondemus*, unus Tarrac.

*cc* Vox *ipſa*, non eſt in concil. neque in uno Tarrac. *dd* Multa in concil. deſiderantur: *dicente uno alteri*, Barcin. & duo Tarracon. *ee* Vox *recipio*, non eſt in uno Tarrac. vide ſupra cap. 3.

*ff Traduxit, atque cognovit*, concil. *traduxit*, unus Tarrac. *gg* Vox *viro*, in concil. non eſt, quod laudo: mulieri enim non priori viro injungitur pœnitentia. *hh* Sic in conc. *ſacramenti*, unus Tarracon.

*ii* Vox *exinde* non eſt in concil. *dederit* pro *dedit*, Barcinon. & unus Tarracon.

*kk Juramentum*, conc. & unus Tarracon. *præſtiterit ſacramentum*, Barcinon.

*ll* Hæc clauſula in concil. non eſt. *mm Ipſo*, unus Tarr. *nn Niſi appellaretur ab ipſo*, duo Tarracon. *niſi appellaretur ab eo*, tertius. *oo* Sic etiam in concil. parte 50. cap. 41. *Archiepiſcopo*, vetus Gregor. *Genuen. Archiepiſcopo*, Contius, & quidam alii editi. Eſt autem hoc caput 9. in Barcin.

*pp* Recte Cont. addit omiſſa a Raimund. *Tua nos fraternitas duxit conſulendos, quid* &c. concil.

*qq* Sic etiam in concil. *debeamus*, Barcinon. & Cont. *de his agendum ſit*, unus Tarracon. *debeas agere de his*, alter Tarracon.

aliquas mulieres, & proceſſu temporis antequam eas ducant, vel cognoſcant (*a*), accipiunt alias in uxores [*b*], ſuper quo (*c*) utique tuæ conſultationi taliter reſpondemus, quod ſi vir, & mulier ſeſe recipiunt expreſſo (*d*) conſenſu mutuo de præſenti, neuter eorum altero ſuperſtite poterit ad alia vota tranſire (*e*), & ſi poſſit ad monaſterium tranſmigrare. Verum ſi (*f*) inter ipſos non acceſſit conſenſus mutuus (*g*) de præſenti, ſed promiſſio de futuro, videlicet quod uterque dixit (*h*) alteri: *Ego te recipiam in meam* (*i*), *& ego te recipiam in meum* (*k*): ſi alius mulierem illam (*l*) deſponſaverit, & traduxerit (*m*), etiam ſi inter (*n*) primos juramentum fuerit (*o*), ſicut diximus, de futuro, hujuſmodi (*p*) deſponſationi intuitu, ſecundum non poterit ſeparari matrimonium, ſed eis eſt de violatione fidei (*q*) pœnitentia injungenda. De aliis vero (*r*), qui coram te ſuper deſponſatione facta per conſenſum mutuum de præſenti controverſiam movent, & poſt ap. quam ante ſententiam [*s*], vel cognitionem cauſæ ad ſedem Apoſtolicam interponunt, ap. pendente [*t*] accipiunt alias in uxores (*u*), hoc arbitramur agendum, ut ſi amodo in tali caſu duxerint (*x*) appellandum, eis in eccleſia [*y*] publice debes interdicere artius (*z*), ne ante deciſionem cauſæ aliud contrahat [*aa*] matrimonium, & ſi contra interdictum eccleſiæ ita publice (*bb*) factum venire præſumpſerit, matrimonium tam præſumptuoſe contractum poteris irritare.

## TITULUS V.
## DE CONDICIONIBUS APPOSITIS IN DESPONSATIONE (*cc*), VEL (1) ALIIS CONTRACTIBUS (*dd*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Africano* (*ee*).

QUicumque ſub condicionis nomine aliquam deſponſaverit, & eam poſtea relinquere voluerit (*ff*); dicimus, quod condicio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter [*gg*] teneatur. De condic. appoſ. c. 1.

### CAPUT II.

*Gregorius Griſanto* (2) *Epiſc. Spoletano* [*hb*].

CUM ſit proprium &c. & infra [*ii*]. Si forte injuſte ſe [*kk*] excommunicatum quis queratur (*ll*), ſubtili indagatione cognoſce [*mm*]: & ita (*nn*) cognita veritate diſpone [*oo*], ut nec diſciplinæ (*pp*) vigor frangi valeat, nec diſſolvi (*qq*) & infra. Supraſcriptus presbyter (*rr*) con- c. 2. eod.



(1) *Et*. (2) *Chryſantho*, malo.

*a* *Et* pro *vel*, unus Tarrac. ſolus. *b* *Alias in uxores accipiunt*, conc. *alias accipiant in uxores*, Cont.
*c* Sic etiam Cont. *ſuper hoc*, concil. *d* *Expreſſe*, Cont. *invicem receperint expreſſo*, concil.
*e* Sic etiam Cont. *vota ſe transferre*, conc. *f* Sic etiam concil. & Cont. *Unde ſi*, vet. Tarr. non optime.
*g* Voce *mutuus*, caret Cont. eſt in concil. *h* Sic etiam Cont. *dixerit*, unus Tarrac. *ſcilicet quod uterque dixerit*, concil. *i* *In meum*, vetus Tarrac. ſolus. *k* Vox *recipiam*, neque in concil. eſt, neque in Contiano libro, neque in tribus Tarracon. *meam* pro *meum*, eſt in veteri Tarracon.
*l* Vox *illam*, non eſt in concil. *& alius eam mulierem*, Contius. *m* *Deſponſavit*, *& traduxit*, concil. & Contius, & unus Tarracon. *n* Sic etiam Cont. *& ſi inter*, duo Tarracon. & concil.
*o* *Fuit*, concil. & Cont. *p* *Hujus*, duo Tarracon. & concil. & Contius.
*q* Sic etiam Contius: *juramenti* pro *fidei*, concil. neutra vox eſt in uno Tarracon.
*r* Sic etiam in concil. *De his vero*, Raimund. & Cont. *s* Sic etiam vetus Gregor. *& poſt appellationem ante ſententiam*, concil. *& pendente appellatione*, *quam ante ſententiam*, alter vetus Gregor. & Cont. & alii.
*t* *Et appell. pendente*, concil. *u* Sic concil. & vetus Raim. liber: vox *in* aptius omittitur in altero veteri & in Contiano, & aliis. *x* Sic etiam Raim. *aliqui duxerint*, concil. plenius.
*y* *In eccleſiis*, concil. prior. edit. *z* *Publice interdicas*, concil. poſter. edit. & Raimund. & Contius: *debes publice interdicere artius*, unus Tarrac. *publice interdicere*, prior concil. editio non recte.
*aa* Scribe *contrahant*, ut eſt in concil. & in Gregor. *aliquod contrahant*, Barcin. & prior editio concil. *aliud*, in marg. *bb* Sic in concil. & in veteribus Gregor. voce *ita*, caret Cont. & alii. Poſt verba hujus capitis eſt in concil. *De illis vero*, *qui in minori ætate* &c. ut ſub titulo de deſponſat. impuberum, cap. 12.
*cc* *Deſponſationibus*, unus Tarrac. *in matrimonio*, Barcin. *in ſponſalibus*, *& matrimonio*, vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii. *dd* *Et* pro *vel*, Barcin. *aliiſque contractibus*, vetus Tarrac. ut editum eſt, vetus Gregor. omnia in altero ſunt omiſſa: *vel in aliis contractibus*, Cont. & alii.
*ee* Sic in concil. d. parte 6. cap. 5. & apud Grat. ſive Paleam 27. q. 2. cap. 7. & in Gregor. In conciliis ipſis Africanis nondum inveni. *ff* Sic etiam Palea: vox *poſtea*, a Raimund. & Contio eſt omiſſa: *& poſt eam relinquere voluerit*, concil. *& eam relinquere poſtea voluerit*, vetus Tarracon.
*gg* Sic etiam Palea & Raim. firmiter, concil. non male. *hh* *G. Spoletano Epiſcopo*, cap. 1. de ſentent. excommunicat. in hac collectione, ubi non recte adſcriptum eſt, *Non ponitur*. Vox *Griſanto*, a Raimund. & Cont. eſt omiſſa. *Gregorius Conſtantino Epiſcopo Spoletano*, lib. 7. epiſt. 36. indict. 2. regiſtri B. Gregorii. *Chryſanthio Epiſcopo Spoletino*, vet. regiſtr. liber, quod malo. *Criſanto*, unus Tarracon.
*ii* Sic d. cap. 1. & Raim. & Cont. excepta voce *&c*. Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Cum ſit proprium diſciplinæ ab illicitis prohibere*, *& exceſſus culpas ſalubriter reſecare*, *ſtudioſe ejus ſervanda cenſura eſt*; *nam ſi negligitur*, *cuncta in confuſione deveniunt*; *dum alter deſtruit*, *quidquid ea cuſtodiendo alter ædificat. Valentinus itaque presbyter queſtus eſt nobis*, *quia ſi monachus monaſterii ipſius exigente culpa fuerit communione privatus*, *ad loca veſtra ſe conferat*, *& communionem ſine aliqua reſervatione percipiat. Quod ſi ita ſe res habet*, *quoniam non ſolum regularis ordo diſſolvitur*, *ſed etiam perditionis ex hoc materia miniſtratur*: *qui ſub vobis ſunt presbyteris diſtricte*, *ac ſollicitius interdicere vos neceſſe eſt*, *ut hoc facere de cetero non præſumant.* In his verbis pro *in confuſione*, malo, *in confuſionem*, & pro *ea cuſtodiendo*, malo *eam*.
*kk* Sic etiam d. cap. 1. hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *Sed ſi forte injuſte ſe*, &c. regiſtr. *ſe injuſte*, unus Tarrac. *ll* *Queritur*, regiſtr. & d. cap. 1. & tres Tarr. *mm* Sic etiam d. cap. 1. *ſub tali* pro *ſubtili*, unus Tarr. d. cap. 1. & hoc cap. Barcin. & alter Tarr. *fraternitas veſtra*, *& ſubtili indagatione cognoſcat*, regiſtr.
*nn* Sic etiam d. cap. 1. *cauſam*, additur in regiſtr. *oo* *Diſponat*, regiſtr. *diſpone*, d. cap. 1.
*pp* Sic d. cap. 1. *ut nec injuſtitia diu in inſontis afflictione prævaleat*, *nec diſciplinæ*, vetus regiſtri liber: vox *in* omiſſa eſt in editis. *qq* Totidem verbis d. cap. 1. *aut frangi*, *aut ex indiſcreta valeat præſumptione diſſolvi*, regiſtr. plenius. *rr* Sic etiam d. cap. 1. *H. presbyter*, Raim. & Cont. neutrum ex fontibus hauſtum eſt, ſed ex lacunis. *Quia pariter ſupraſcriptus presbyter*, regiſtr. vetus liber: *Qui* pro *Quia*, editus. *Si presbyter præſcriptus*, unus

conqueſtus eſt (a), diaconum quendam duo mancipia (b) manumiſiſſe ſub hac (c) condicione, ut monachi debeant fieri (d), & in eo (e) monaſterio, ubi ipſe fuerat, permanere (f), adiiciens, ut ſi quis (g) contra faceret (h), iterum ſervituti ſubderetur (i), atque unum ex his (k) hanc condicionem deſpexiſſe (l), & monaſterium (m) deſeruiſſe, & ſe (n) inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eſſe repereris (o), ſic te exhibe (p), ut nec illi deſerendi monaſterium ſit facultas, & manumittentis voluntas conſervata nihilominus (q) præteriri non valeat (r).

## CAPUT III.

*Alexander III. (s) pars c. Meminimus.*

c. 4. eod. VErum cum alicui eccleſiæ poſſeſſio quælibet interpoſita condicione donatur, non poteſt a donatore donum poſtea revocari, niſi forte tali ſit condicione collata, quod ea ceſſante poſſeſſio revocari debeat.

## CAPUT IV.

*Urbanus III. (t) pars c. Cum in Apoſtolica (u).*

c. 5. eod. SUper eo vero, quod a nobis ſimiliter (x) poſtulaſti, utrum ille, qui in quandam mulierem conſenſit (y), ſi pater ejus videlicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum matrimonium compellendus; nihilominus (z) reſpondemus, quod cum conſenſus [aa] liber dici non poſſit, qui in alieno (bb) reſervatur arbitrio, ac condicionem ipſam canonica non improbent inſtituta (cc), quæ conſonet honeſtati (dd), niſi voluntas patris poſtmodum intercedat, nequaquam eſt ad matrimonium contrahendum cogendus: nam licet felicis memoriæ Alexander Papa anteceſſor noſter (ee) in ſuis videatur conſultationibus reſpondiſſe (ff), quod ſponſalia interpoſita condicione contracta, condicione ipſa minime obſervata [gg], ſi conſenſus de præſenti intercedat (hh), vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolvi non debent (ii), ſed firmiter obſervari (kk), nequaquam noſtræ diffinitioni eſt adverſum, cum hujuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus [ll], licet per verba de præſenti evidentius exprimatur, qui in alieno (mm) arbitrio non habito, ſed habendo conſiſtit [nn].

## TITULUS VI.

## QUI CLERICI, VEL VOVENTES REI TAMEN NON TRAHERE [1] POSSUNT [oo].

CA-

(1) *Matrimonium contrahere*, Greg. IX. Forte *legitime contrahere*.

unus Tarracon. non recte. *Subſcriptus*, alter d. cap. 1. mendoſe: nomen huic presbytero fuit *Valentino*, ut prius retulimus. *V.* igitur pro *H.* ſcribendum in Gregoriana collectione. *a* Sic etiam d. cap. 1. & Raimund. *nobis queſtus eſt*, regiſtr. *b Diaconem* pro *diaconum*, aliquot veteres libri, & in ordine verborum eſt varietas alia permoleſta: *diaconem quendam duo juris ſui ſub hac condicione manumiſiſſe mancipia*, regiſtr.

*c* Sic omnes, præter duos Tarracon. d. cap. 1. qui habent, *ſub ea*, non male.

*d* Sic d. cap. 1. vox *debeant*, in regiſtr. non eſt, ſed pro ea poſtea eſt, *debuiſſent: fierent*, Raim.

*e Eodem*, regiſtr. tantum. *f* Sic d. cap. 1. & in regiſtr. *fuerit*, unus Tarr. *permanerent*, Raim.

*g* Sic vet. reg. lib. & Raim. & d. cap. 1. *adiiciente*, editus reg. liber: *ſi quis illorum*, vetus Tarrac.

*h Contra facere præſumpſiſſet*, regiſtr. ut editum eſt, d. cap. 1. & Raimund.

*i* Sic d. cap. 1. *ſervituti iterum ſubderetur*, Raim. *jugo iterum ſervitutis per omnia ſubderetur*, regiſtr.

*k* Sic d. cap. 1. & Raimund. *ex eis*, regiſtr. & duo Tarrac. & d. cap. 1. Barcin. & tres Tarrac.

*l* Sic d. cap. 1. *hanc omnino* &c. regiſtr. *hac condicione deſpecta*, Raimund.

*m* Sic d. cap. 1. vox *&* non eſt apud Raimund. *temerario auſu*, additur in regiſtro.

*n Atque ſe*, regiſtr. aptius. *o* Sic d. cap. 1. & Raim. excepto veteri Raimund. libro, in quo verbum *eſſe*, deſideratur. *Fraternitas veſtra & hoc ſubtili indagatione diſcutiat, & ſi ita repererit*, regiſtr.

*p* Sic dicto cap. 1. & Raimund. *ſic ſacerdotali ſe zelo hac in re decenter exhibeat*, regiſtr.

*q* Sic d. cap. 1. *nihilominus conſervata*, reg. *ſervata* pro *conſervata*, unus Tarrac. omnia Raimund. & Cont. omiſerunt. *r* Sic etiam d. cap. 1. *non valeat præteriri*, Raim. *aliqua præteriri excuſatione non valeat*, regiſtr. vox *non* in duobus Tarrac. d. cap. 1. deſideratur. *s* Vide cap. 2. de conſuetudine, in hac collectione.

*t* Sic etiam Raimund. & Cont. *Idem Urbanus M. Cenom. Epiſcopo*, in concil. d. parte 6. cap. 21. forte *III.* pro *M.* ſcribendum, & *Item* pro *Idem*: vox *Epiſcopo*, in Suriana editione deſideratur.

*u* Hæc omittunt Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat in concil. & ſub titulo de ſponſalibus cap. ult. in hac collectione. *x* Hæc Raimund. & Contius omittunt, ſunt in concil.

*y* Poſt hæc verba ſcribe; *ſi pater ejus videlicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum matrimonium compellendus*: ſic eſt in omnibus libris Tarrac. *ſi ad conſummandum matrimonium ſit compellendus*, concil. cetera eodem modo: *confirmandum* pro *conſummandum*, Barcinon. cetera, ut Tarrac. vox *videlicet*, non eſt in Gregor. alia, ut Tarracon. *z Non minus*, concil. non recte: omittunt Raimund. & Cont. in uno tamen veteri eſt, *t. reſp.* quod *taliter reſpondemus*, interpretor. *aa* Sic etiam Raim. *quia cum aſſenſus*, concil.

*bb* voce *in* carent concilia, non carent libri Gregor. *cc Improbant*, unus Tarrac. *ac condicioni ipſam canonica non improbant inſtituta*, concil. quod non placet: ut editum eſt, Raimund.

*dd Conſonant*, concil. omnia Raimund. & Cont. omittunt. *ee Recordationis* pro *memoriæ*, concil. & *prædeceſſor* pro *anteceſſor. Nam licet Alex. Papa*, Raimund. aliis omiſſis: quæ differentia ſit inter hæc nomina, deceſſor, prædeceſſor, & anteceſſor, docet Tancr. mihi nugas agere videtur.

*ff* Sic in concil. *reſponderit*, Raim. & Cont. ſupra de ſponſal. & matr. „ de illis arg. ſumpto a contrario „ ſenſu “, Alan. *gg* Vox *condicione*, in vet. Tarrac. non eſt: *certa* pro *contracta*, concil. non recte: *contracta ipſa, non impleta*, Raimund. *hh Intercedit*, unus Tarracon. ſolus.

*ii* Sic etiam concil. & Raimund. *non debeant*, Barcinon. & vetus Tarracon. *kk* Hæc in veteri Gregor. tantum non ſunt. *ll* Sic etiam in concil. *hujus* pro *hujuſmodi*, eſt in tribus Tarracon. *non* pro *nequaquam*, in omnibus Gregor. *cum hujuſmodi non ſit de præſenti*, vetus Gregor. aliis omiſſis.

*mm Quod* pro *qui*, concil. *qui*, Raim. *nn* Sic etiam Greg. IX. *conſiſtunt: aliam tamen non poteſt ducere uxorem*, concil. quæ verba mihi alicujus ſcholii eſſe videntur, & indigna Pontifice.

*oo* Scribe, *matrimonium contrahere poſſunt*, ut eſt in Barcin. & Gregor. & in tribus Tarracon. excepto verbo

*poſſunt*

## CAPUT I.

*Alexander III. Remenſi Archiepiſc.* [*a*]

Qui cler. cap. 1.

DE diacono vero (*b*), qui in ſabbato ſancto quendam alium diaconum (*c*) vulneravit, & mulierem uxoris nomine accepit (*d*), hoc tuæ prudentiæ duximus reſpondendum (*e*), quod ſi contrito, & humiliato animo (*f*) ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa iſta, quam in uxorem accepit (*g*), cum non poſſit (*h*), ſicut noſti, contrahere matrimonium, ipſum debes recipere, & abſolvere (*i*) a ſententia excommunicationis, quam pro violenta injectione manuum noſcitur incurriſſe (*k*), & injuncta (*l*) ſibi pœnitentia de utroque exceſſu, poſt peractam pœnitentiam, poteris ei diaconatus officium reddere, & diſpenſative ſi perfectæ (*m*) vitæ, & converſationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconi autem ſive hominem interfecerint (*n*), ſive non, matrimonium non poſſe contrahere ſacrorum canonum cenſura demonſtrat.

## CAPUT II.

*Idem Cenomanenſi Epiſcopo.*

cap. 2. eod.

EX litterarum tuarum tenore percepimus (*o*), quod lator (*p*) præſentium in ſubdiaconatus officio conſtitutus, quandam ſibi in conjugem (*q*) copulavit. Unde tu (*r*) ſicut vir providus, & diſcretus, ipſum eandem (*s*), quam in uxorem duxerat, abjurare feciſti; ſuper quo facto (*t*) prudentiam tuam (*u*) in domino commendamus per præſentia tibi ſcripta mandantes, quatenus (*x*), ſi ad canonicum, vel monaſticum ordinem (*y*) tranſire voluerit, poſt ſeptennem pœnitentiam (*z*) laudabiliter in clauſtro peractam, ſi tibi, vel ſucceſſori tuo idoneum [*aa*] viſum fuerit, eum ad majores ordines promoveri concedas. Quod ſi ad religionem ſe conferre [*bb*] noluerit, eum in ſubdiaconatu [*cc*] miniſtrare, neque ad ulteriores permittas ordines promoveri. In minoribus tamen [*dd*] ordinibus poterit (*ee*) miniſtrare.

## CAPUT III.

*Idem Exon. Epiſcopo* (*ff*).

Non ponitur.

SIgnificatum eſt nobis, quod quidam ſubdiaconi in tua diœceſi exiſtentes, vel * commorantes [*gg*] matrimonia contrahere præſumpſerunt (*hh*), & ſicut laici quilibet cum uxoribus commorantur. Unde quoniam id, ſicut

* *Commorantes*, tantum Cujac.



*poſſunt*, pro quo in uno eorum eſt *poſſint*. *a* Sic etiam Raim. & Cont. *Cenomanenſi Epiſcopo*, in concil. parte 26. cap. 20. & 21. titulo de depoſitione clericorum, & de diſpenſatione circa eoſdem facta: ſed cap. 12. partis 18. de clericis matrimonio copulatis, vel aliis fornicarias habentibus, *Cantuar. Archiepiſcopo*, quamvis neutra inſcriptio in concil. certa ſit: & ſuſpicari poſſimus interiiſſe inſcriptionem: confirmantur edita cap. 26. de decim. in hac collect. *b* Ante hæc verba addi poſſet, *Pars cap.* CUM IN CANTUARIENSI, ex d. parte 18. cap. 10. ſive *Pars cap.* TUA NOS DUXIT FRATERNITAS, ut d. parte 26. cap. 20. Integra prior clauſula exſtat cap. 9. de cohabitat. clericor. poſterior cap. 1. de clericis peregrinis in hac collect. nec dubitari poteſt initium aliquod deſiderari: *veſtro* pro *vero*, eſt in concil. d. cap. 21. omittitur ea vox d. cap. 12. & a Raim. & Contio. *c* Sic in concil. utrubique *diaconem*, duo Tarrac. *alium diaconem*, duo veteres Gregor. alia voce omiſſa: *diaconum*, Cont. & alii. Hæc vox cum tota Græca ſit, & a Græcis ſine ulla varietate ita dicatur, ut ſemper *diaconum*, & *diaconos*, proferant, Latinis Chriſtianis placuit *diaconem*, & *diacones*, dicere, & quod magis barbarum eſt, *diaconibus*, pro *diaconis*, recto tamen caſu *diaco* nemo dixit, *diaconus*, omnes. Hac voce Plato uſus eſt tum alibi, tum lib. 2. de repub. cujus verba etiam refert Calliſtrat. cap. 2. de nundinis lib. 50. Digeſt. *d* Sic d. cap. 21. *ſuſcepit*, d. cap. 12. *& uxorem accepit*, Raimund.

*e* Sic in concil. *Reſp.* vetus Gregor. aliis omiſſis: *hoc tuæ prud. reſp.* alter vetus, & Cont. & alii.

*f* Sic d. cap. 12. *humiliato corde*, unus Tarrac. & Raimund. & Cont. *corde*, *& animo*, d. capite 21.

*g* *Illa* pro *iſta*, concil. *illa quam accepit uxorem*, veteres Gregor. *in uxorem*, Cont. & alii.

*h* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *i* *Ipſum recipere potes*, *& abſolvere*, d. cap. 12. *Ipſum debes recipere*, *&*, concil. d. cap. 21. mendoſe: *& abſolutione obtenta*, Raim. & Cont. dedita opera viſus eſt Raim. difficultatem evaſiſſe illius quæſtionis, cur hic abſolvatur ab Epiſcopo, qui diaconum vulneravit. Citatur hoc loco antiqua collectio, ſive decretalis a Bernardo in Gregorianæ collectionis gloſſis; quod nonnumquam idem facit; & hac noſtra editione ſatisfecimus curioſis, qui illa deſiderabant.

*k* *Noſcitur meruiſſe*, concil. d. cap. 12. *l* Sic in concil. *injunctaque*, duo veteres Gregor. *injuncta*, Contius, & alii. *m* *Poſt peractam &c. & etiam diſpenſative ſi perfectæ*, conc. *poſt peractam &c. diſpenſative & ſi perfecte*, duo Tarrac. *poſt eam peractam diſpenſative poteris ei diaconatus officium reddere*, *& ſi perfecte*, Raimund.

*n* *Subdiaconum autem ſive hominem interfecerit*, Barcinon. aptius, & duo Tarracon. *Subdiaconum autem ſive homines interfecit*, concil. d. cap. 21. omnia deſiderantur dicto cap. 12. *Subdiaconem*, tertius Tarracon. & duo veteres Gregor. cetera, ut Barcinon. *Hypodiaconum*, malo, quam *Subdiaconum*, vel *Subdiaconem*, ut *digamum* potius, quam *bigamum*, ſed feramus duriora monſtra paſſi, ut *treugas*, & *guerras*, & *feuda*, & alia non pauca. Poſt hujus capitis verba additur in concil. d. cap. 21. *Parochianos autem tuos*, &c. ut cap. 26. de decimis, in hac collectione. *o* Sic duo veteres Gregor. *perpendimus*, concil. parte 50. c. 59. *accepimus*, Cont. & alii.

*p* Sic etiam Raim. *quod F. lator*, concil. plenius. *q* *In conjugium*, tres Tarracon. & concil. & Raim.

*r* *Quem eandem abjurare feciſti*, vetus Gregor. *quam eidem abjurare feciſti*, alter vetus: *quam eundem abjurare feciſti*, Contius, & alii: ut editum eſt, concil. *s* Sic etiam concil. *ipſam eandem*, Barcin.

*t* Sic etiam in concil. *tuo*, additur in Barcinon. vox *facto*, a Raimund. eſt omiſſa.

*u* *Fraternitatem tuam*, vetus Gregor. ſolus. *x* *Per præſentium ſcripta tibi mand. quat.* concil. *tibi reſpondemus*, *quod*, vetus Gregor. *mandantes*, *quatenus*, alter, & Cont. & alii ceteris omiſſis.

*y* Sic etiam in concil. *ſi ad ordinem*, veteres Tarracon. aliis omiſſis: *ſi ad monaſticum ordinem*, Cont. & alii: *canonicam* forte pro *canonicum*, ſcribendum: ſed nihil muto. *z* Hæc omittunt Raim. & Cont. gravia enim fortaſſe viſa ſunt. *aa* Hæc vox in veteri Tarrac. non eſt, neque in Gregor. eſt in conciliis.

*bb* Sic duo veteres Gregor. *ſe transferre*, concil. & unus Tarrac. & Cont. & alii: *tranſire*, Barcin. *ſe*, omiſſo, quod placet. *cc* Scribe, *eum neque in ſubdiaconatu*, ut eſt in duobus Tarracon. & in concil. & in Gregor. *ſubdiaconatu*, eſt in Barcin. & in tertio Tarrac. quod reiicio: in eiſdem tamen *neque*, eſt.

*dd* *Autem* pro *tamen*, vetus Gregor. ſolus. *ee* *Poſſit*, Barcinon. tantum.

*ff* *Exonien. Epiſcopo*, concil. d. parte 18. cap. 13. quem locum in marg. addere obliti ſumus.

*gg* *Exiſtentes*, vetus Tarracon. aliis omiſſis: commorantes, concil. aliis itidem omiſſis.

*hh* Sic in concil. *præſumpſerint*, vetus Tarrac.

tua non ignorat diſcretio, ſacrorum canonum obviat inſtitutis: ſ. t. per A. s. pr. a. qua. (*a*) cujuſmodi vitæ ſubdiaconi illi ante matrimonium contractum extiterint, & quales futuri credantur, ſi uxores * deſererint [*b*], diligenter, ac ſtudioſe inquiras [*c*], & ſi eos honeſtæ vitæ ante contractum matrimonium fuiſſe, aut dimiſſis illis, quæ uxores eorum dicuntur eſſe [*d*], caſte victuros credideris, tu ipſos (*e*) mulieres a ſe dimittere moneas diligentius, & ap. re. diſtricte compellas. Si autem antea diſſolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimiſſis, in deteriora lapſuri creduntur [*f*], & plures pro una frequentare, tu id diſſimulare poteris (*g*), & pro graviori lapſu vitando, quod inſimul maneant ſuſtinere. Ita tamen, quod ad altaris miniſterium non accedant, nec eccleſiaſtica beneficia percipiant. Veruntamen ſi tales aliqui eccleſiæ perſonatum gerunt [*h*], aut uxores, aut eccleſias prorſus dimittere ſunt cogendi.

* *dimiſerint*, Cujac.

CAPUT IV.

*Idem Decano, & Canonicis * Lemovicen.* (*i*)

* *Lincolniē. Eccleſiæ*, C. * *Hugo*, C. Non ponit.

CUM inſtituiſſet apud nos * Herbertus præſentium lator [*k*] parochianus veſter, ut de ordine ſubdiaconatus, ad quem recipiendum nimis enormiter, & inordinate ſe ingeſſerat [*l*], cum eo miſericorditer ageremus, & non potuiſſet [*m*], ſicut non debuerat [*n*], in hac parte proficere, tandem a nobis licentiam poſtulavit, ut poſſit ſibi in matrimonium aliquam [*o*] legitime copulare [*p*]. Nos itaque ſtudioſius attendentes, quod prædictus (*q*) ordo, cum nullam ſibi dignitatem attulerit, vel honorem [*r*], matrimonium ejus non impedit, d. v. per A. s. pr. m. qua. [*s*] ſi matrimonium legitime duxerit contrahendum, nullus veſtrum eum a contractu matrimonii [*t*], prædicti ordinis obtentu prohibere præſumat, nec ſibi propter hoc moleſtiam inferat, vel gravamen.

CAPUT V.

*Idem Spalenſi* (1) *Epiſcopo, pars c. Continebatur* [*u*].

SUper eo vero [*x*], quod aſſeris quoſdam viros tuæ juriſdictionis in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contraxiſſe (*y*), hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi qui in diaconatu (*z*), & ſupra matrimonia contraxerunt (*aa*), cogendi ſunt uxores dimittere (*bb*), & vivere continenter, ita quod poſt peractam pœnitentiam ex diſpenſatione poſſint in ſuis (*cc*) ordinibus miniſtrare. Si vero ſubdiaconi contraxerint matrimonia (*dd*), eos dummodo ante hoc (*ee*) tales fuerint [*ff*], quod timendum ſit, ne una pro (*gg*) pluribus abutantur, diſſimulare poteris (*hh*) cum ſuis mulieribus remanere, quod tolerandum (*ii*) eſt malum, ut pejora (*kk*) vitentur. Non ponit.

CAPUT VI.

*Idem Wigor. Epiſcopo* (*ll*).

MEminimus nos ex parte tua (*mm*) quæſtionem hujuſmodi audiviſſe (*nn*) s. utrum illi, qui ſe ad religionem coram Epiſcopo devoverint [*oo*] tranſituros, & habitum religionis ſuſcipiunt (*pp*), ſi poſtmodum uxores duxerint, cogendi ſint (*qq*) eas dimittere, & c. 3. eod.

ad

[1] *Hiſpalen.* malo.

*a* M. pro *a.* ſcribendum, ut eſt in duobus Tarrac. *mandamus*, in tertio; *fraternitati tuæ &c. quatenus*, conc.
*b* *Dimiſerint*, Barcin. aptius, & tres Tarracon. & concil. *deſeruerint*, vel *deſerent*, non improbo.
*c* Sic concil. *inquiratis*, Barcin. & olim unus Tarrac.
*d* *Eſſe dicuntur*, concil. vox *eſſe*, in uno Tarrac. non eſt, in altero nutat: hoc eſt, olim deſiderabatur.
*e* *Tu ipſas*, Barcinon. ſolus. *f* *Credantur*, concil. *g* Ob hæc verba credo Raimund. non habuiſſe hujus capitis rationem, cujus judicium laudo. *h* *Gerant*, unus Tarr. *perſonas gerunt*, concil. quod nondum probavi.
*i* *Lemon.* vetus Tarracon. *Lemoicen.* duo alii. *Lemonicenſibus*, quartus. *Lincolnien.* vel *Lemonicen.* concil. d. parte 18. cap. 14. quod etiam in marg. ſcribendum erat. *k* *H.* vetus Tarrac. *lator præſentium H.* concil.
*l* *Minus* pro *nimis*, concil. non recte, ſed in marg. *forte nimis.* Ex his verbis, & aliis Hug. vetus interpres, ut Alanus refert, exiſtimat characterem non fuiſſe impreſſum: at P. Hiſpanus, cujus etiam ſcholia, ut arbitror, ſunt *P.* littera ſubſcripta, & alibi *Pet. Corbolienſis* dicitur; hic inquam, Alano teſte, ait, a fidei certæ viro accepiſſe, hanc epiſtolam de Pontificis ſcientia non emanaſſe; ipſe Alanus exiſtimat Papam diſpenſaſſe, quia id facere potuiſſet. *m* *Nec potuiſſet*, concil. vox *&* in tribus Tarracon. deſideratur, ſed in uno eorum *& cum*, poſtea ſcriptum eſt. *n* *Nec* pro *non*, concil. & duo Tarracon.
*o* *Ut poſſet ſibi in matrimonio aliquam*, tres Tarracon. ſed in uno eorum vox *in* aliquando deſiderabatur: *ut poſſet ſibi aliquam in matrimonio*, concil. *p* Vox *legitime*, in concil. deſideratur.
*q* *Quo modo* pro *quod*, tres Tarrac. & concil. *r* *Nec characterem*, R. vetus interpres.
*s* *Diſcretioni veſtræ &c. quatenus*, concil. *dis. v.* unus Tarrac. *t* *A contracto matrimonio*, concilia.
*u* Similis inſcriptio, & initium cap. 6. de ſepulturis, in hac collectione: ſed illud caput in concil. *Lucio III.* adſcribitur parte 40. cap. 6. hoc *Alex. III. Hipponenſi, & Salernitano Epiſcopis* d. parte 18. cap. 4. ubi etiam eſt, *Pars cap.* CONTINEBATUR. Integram clauſulam nondum invenimus.
*x* Vox *vero*, in duobus Tarrac. non eſt, neque in concil. *y* *Matrimonium*, concil.
*z* *In ſubdiaconatu*, Barcinon. & olim unus Tarrac. quod non reiicio: ut editum eſt, concil.
*aa* *Contraxiſſent*, vetus Tarracon. olim: *matrimonium contraxerint*, concil.
*bb* Sic in concil. *relinquere*, tres Tarracon. *cc* *Poſſunt in ſuis*, unus Tarracon. olim: ut editum eſt concil.
*dd* *Contraxerunt*, duo Tarracon. *matrimonium*, concil. *ee* Vox *hoc* non eſt in concil.
*ff* Sic in concil. *fuerunt*, unus Tarrac. *gg* Scribe, *ne pro una*, ut eſt in duobus Tarrac. & in concil.
*hh* Sic ſupra cap. 3. hæc recte a Raim. omiſſa ſunt. *ii* *Quia* pro *quod*, duo Tarracon. & concil.
*kk* *Ut majora*, unus Tarracon. ſolus. *ll* *Wigorien.* vetus Gregor. *Vigorien.* Cont. & alii. *Wigoren.* unus Tarracon. & concil. parte 6. cap. 9. *Exonien. Epiſcopo*, parte 5. cap. 5. titulo de conjugatis, & ſponſis monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus; deſideratur inſcriptio parte 21. cap. 3. ſcribo, *Wigornienſi Epiſcopo*, ut alibi. *mm* Recte Cont. addit a Raimund. omiſſa, quæ ſunt etiam in concil. d. parte 6. & d. parte 21. ſed parte 5. initium hujus capitis eſt, *Si quiſquam qui ſe* &c. *nn* Sic in concil. *audiſſe*, tres Tarracon. & Contius. *oo* *Devoverunt*, d. cap. 3. & tres Tarracon. & Cont. *devoverant*, d. cap. 9.
*pp* Sic Cont. & d. cap. 3. *ſuſceperunt*, d. cap. 9. *qq* *Sunt*, concil. & Cont. & tres Tarracon.

UNED

ad eccleſiam, cui ſe contulerunt (*a*), redire. Super hoc utique duximus reſpondendum (*b*), quod ſi quiſquam, qui ſe [*c*] religioni devovit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit, & poſtmodum (*d*) aliquam ſibi copulaverit (*e*), eſt ab ea cogendus recedere (*f*), & ad eam, cui ſe contulerit, eccleſiam (*g*) ſine contradictione tranſire (*h*). Verum ſi habitum non ſuſcepit (*i*), nec profeſſionem, ſed votum ſolummodo fecit (*k*), & ſe ad religionem tranſiturum (*l*) promiſit, licet poſtea matrimonium contraxerit (*m*), non eſt ad eccleſiam cogendus tranſire [*n*], & matrimonii votum reſcindere [*o*].

## CAPUT VII.

*Idem Lucenſi Epiſcopo* (*p*).

cap. 7. eod. Conſuluit nos dilectio tua (*q*), quid faciendum ſit de nobili muliere (*r*), quæ poſt mortem mariti (*s*) veſtibus pretioſis abjectis mutavit habitum, & de manu presbyteri (*t*) velamen aſſumpſit, ſed non renunciavit propriis, nec intravit clauſtra (*u*), nec in manu alicujus Epiſcopi, Abbatis, vel Abbatiſſæ (*x*), aut ſuper altare profeſſa eſt, vel obedientiam promiſit; poſtmodum vero anno elapſo cum multorum (*y*) inquietudines ferre non poſſet, & ipſum incontinentiæ formidaret, abjecto religionis habitu cuidam nobili ſollemniter, ac per licentiam eccleſiæ (*z*) nupſit. Super hoc itaque (*aa*) conſultationi tuæ taliter reſpondemus; quod ſicut ſimplex votum matrimonium impedit contrahendum, & non dirimit contractum (*bb*), ita ſine profeſſione habitus ſuſceptus (*cc*), ne contrahatur (*dd*) impedit, ſed conſummatum (*ee*) nequaquam diſſolvit. De cetero noveris (*ff*), quod diaconus, quem litteratum, & honeſtate præditum aſſeris (*gg*), qui homicidii (*hh*) cauſam dediſſe videatur, ſicut ex tenore tuarum litterarum perpendimus (*ii*), non eſt ad ſacerdotium promovendus (*kk*).

## CAPUT VIII.

*Idem.*

Veniens ad præſentiam noſtram Marcus eremita [*ll*] ſua nobis aſſertione [*mm*] c. 8. eod.
propoſuit, quod I. mulier (*nn*) cuidam viro abſenti fide data ſe nupturam promiſit, ſed poſtmodum audiens plura de ſeveritate, & inhumanitate (*oo*) ipſius viri, ei nulla ratione voluit (*pp*) copulari. Cum itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus ſuis ſimpliciter (*qq*) continentiæ votum promiſit, non tamen

*a* Sic etiam d. cap. 9. *contulerint*, unus Tarracon. *contulerant*, Cont. *ad eccleſias, cui ſe contulerant*, d. cap. 3. mendoſe in priore concil. edit. *eccleſiam*, eſt in poſter. *b* Sic etiam d. cap. 9. *Super quo utique dicimus reſpondendo*, d. cap. 3. non recte, & in marg. *damus reſponſum. Reſpondemus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*c* Sic etiam d. cap. 5. & d. cap. 9. & Raim. vox *qui*, non eſt in vet. Tarrac. *ſi quiſpiam qui ſe*, d. cap. 3.

*d* Vox *&*, non eſt in concil. neque in Gregor. neque in uno Tarrac. *ſi poſtmodum*, alter Tarracon.

*e* Sic d. cap. 5. & 9. & Raimund. *copulavit*, d. cap. 3. & vetus Tarracon. *f Diſcedere*, conc. d. cap. 5.

*g Contulit* pro *contulerit*, tres Tarracon. vox *eccleſiam*, in uno eorum deſideratur: *& ad eccleſiam, cui ſe contulerat*, d. cap. 5. *& ad eccleſiam, cui ſe contulit*, d. cap. 9. & Raim. omnia deſiderantur, d. cap. 3.

*h* Sic etiam Raimund. ante hæc verba eſt in concil. verbum *debet*, d. cap. 5. & 9. omnibus caret d. c. 3.

*i* Sic d. cap. 9. & 3. *Quod* pro *Verum*, d. cap. 5. voce *non* omiſſa. *Unde*, vetus Tarracon. *Verum ſi nec habitum ſuſceperit*, vetus Gregor. *ſuſcepit*, alter vetus, & Contius, & alii.

*k* Sic d. cap. 9. excepto verborum ordine, qui etiam in quibuſdam Tarracon. mutatur: *& non profeſſionem fecit, ſed ſolum votum emiſit*, d. cap. 5. *nec profeſſionem fecit, ſed votum fecit*, d. cap. 3. *nec profeſſionem fecit, ſed votum ſolummodo fecit*, vetus Gregor. *nec profeſſionem fecerit, ſed votum ſolummodo*, alter vetus: ut editum eſt, Cont. & alii. *l Tranſire*, concil. d. cap. 5. tantum. *m* Sic in concil. & in Gregor. *contraxit*, duo Tarracon. *n* Sic d. cap. 9. mutatur verborum ordo d. cap. 3. & in duobus Tarracon. *non eſt ab eccleſia cogendus ad monaſterium tranſire*, d. cap. 5. *non eſt cogendus ad religionem tranſire*, Raimund.

*o* Sic d. cap. 9. *vota* pro *votum*, d. cap. 5. & 3. ut editum eſt duo veteres Gregor. *matrimoniale* pro *matrimonii*, Contius, & alii. Poſt hujus capitis verba additur d. cap. 3. *Item ex concil. Tol. ut clerici, qui ſe fingunt habitu, & nomine monachos eſſe*, de quibus verbis dictum eſt cap. 5. de regularibus. Pro *Tol.* ſcriptum eſt *Toletano*, in Suriana editione. *p* Sic in concil. parte 45. cap. 4. & apud Raim. tam ſub hoc tit. quam ſub tit. de homicidio. *Lundon. Epiſcopo*, eſt in Barcin. cap. 12. de homicidio, in hac collect.

*q Sane conſuluit nos tua diſcretio*, concil. *conſuluit nos fraternitas tua*, Raimund. & Cont.

*r* Sic etiam Raimund. vox *nobili*, in concil. non eſt: apud Villamfrancam hoc accidiſſe ait Vinc. Hiſpanus, fortaſſe in Gallœcia: & *Lucenſis Epiſcopus*, non a Luca in Etruria, ſed a Luco dicitur in Hiſpania.

*s Viri*, unus Tarracon. *viri ſui*, concil. omittunt omnia Raimund. & Contius.

*t Prioris*, eſt in marg. concil. quod non placet. *u Clauſtrum*, concil. *nec tranſivit ad clauſtrum*, vetus Gregor. ut in conciliis, alter vetus & Cont. & alii. *x Epiſcopi, aut Abbatis, aut Abbatiſſæ*, concil. voce *alicujus*, omiſſa: *vel Abbatis*, vetus Gregor. cetera, ut edidimus: vocem *vel* omittunt Cont. & alii.

*y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *z Sollemniter in facie eccleſiæ*, concil. carent his etiam Raim. & Cont. *aa* Sic etiam in concil. *T. reſp.* vetus Gregor. *Conſ. t. t. reſp.* alter vetus, & Cont. & alii. *bb* Sic in concil. & in vet. Gregor. *jam contractum*, alter vetus & Cont. & alii: *ſed* pro *&*, eſt in concil. *cc Sumptus*, unus Tarracon. *ita ſine profeſſione, & propriorum renuntiatione, habitus ſuſceptio*, concil. *ita habitus ſine profeſſione ſuſceptus*, Raim. *dd Ne matrimonium contrahatur*, vetus Gregor. ſolus.

*ee* Sic etiam in concil. *ſed contractum*, Raim. *ff* Hæc in concil. non ſunt. Raimundus Barcinonenſis recte atque ordine ſub titulo de homicidio tantum ea collocavit. Contius debuit illic partem eſſe hujus capitis indicare: ſed non omnia poſſumus omnes. *gg* Vox *&* in veteri Tarracon. deſideratur: *litterarum honeſtate*, c. 12. de homicid. quod non æque placet: *litterarum ſcientia, & honeſtate præditum*, unus Tarracon. d. cap. 12. non male; olim tamen voce *ſcientia*, carebat: omnia Raimund. & Contius omiſerunt.

*hh Qui homicidio*, d. cap. 12. & Raim. *quod homicidii*, vetus Tarrac. ibid. ut editum eſt, alii duo Tarrac.

*ii* Sic etiam d. cap. 12. *percepimus*, vetus Tarrac. omnia in Gregor. deſiderantur.

*kk Non videtur*, pro *non eſt*, d. cap. 12. & duo Tarrac. & Raim. *mihi utique promovendus non videtur ad ſacerdotium*, tertius Tarr. antiquior ceteris. *ll* Sic etiam in concil. d. parte 5. c. 10. *M. eremita*, Raim. & Cont.

*mm* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *nn* Sic etiam Raim. *quod quædam mulier*, concil.

*oo* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *pp* Sic in concil. *noluit*, Gregor. IX.

*qq* Sic etiam in concil. vox *ſuis* poteſt ad Marcum, poteſt ad mulierem referri: *tuis*, eſt in uno Tarracon.

*ſui*

men locum, aut veſtem mutavit; quo audito prædictus vir aliam ſibi copulavit, & ex ea prolem ſuſcepit [a]. Nos itaque attendentes tutius eſſe, ut præfata mulier poſt fidem, & votum ſimplex oblatum (b) matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: f. t. per A. s. m. qua. (c) ſi plura non proceſſerint [d], nec veſtem (e), aut locum mutavit, nec profeſſionem fecit, prædictæ mulieri (f) de fide mentita, & voto violato [g] congruam ſatisfactionem indicas, & ei, cui vult, nubendi in domino licentiam tribuere non poſtponas.

## TITULUS VII.
## DE EO, QUI DUXIT IN MATRIMONIUM [h], QUAM POLLUIT ADULTERIO [i].

### CAPUT I.

*Idem Abbati Sancti Albani (k).*

De eo, qui duxit. c. 1. PRopoſitum eſt nobis, quod vir quidam O. dum uxorem haberet (l), ſibi aliam hujus rei (m) inſciam copulavit, de qua plures filios habuit [n]; ſed prima mortua nititur a ſecunda diſcedere, aſſerens (o), quod uxore ſua (p) vivente eam non licuerit ſibi [q] copulare: licet autem in canonibus habeatur [r], ut nullus copulet in matrimonio [s], quam prius (t) polluerat adulterio (u), & illam maxime, cui fidem dederat uxore ſua vivente, vel quæ machinata eſt in mortem (x) uxoris, quia tamen præfata mulier erat inſcia (y), quod ille aliam uxorem haberet viventem, nec dignum eſſet, ut prædictus vir, qui ſcienter contra canones venerat, lucrum de ſuo dolo reportaret, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod niſi prædicta mulier divortium petat, ad petionem [z] viri non ſunt ab invicem [aa] ſeparandi, cum ex ſuo (bb) delicto videretur commodum reportare.

### CAPUT II.

*Idem Abbati de Fontib. & magiſtro Vacario (cc).*

SIgnificavit nobis O. Andegavenſis parochianus Eboracen. (dd) eccleſiæ per W. fratrem ſuum, quod W. [ee] de Romare (ff), qui eſt ex hac luce ſubtractus, eum capiens, tamdiu in vinculis ferreis, & carcere tenuit, donec [gg] ipſum jurare coegit, quod Ha. (hh) mulierem duceret in uxorem: cum autem vincula, & carcerem evaſiſſet, aliam in uxorem accepit, de qua filios procreavit: poſtea vero idem O. a præfata Ha. coram venerabili fratre noſtro Eboracen. Archiepiſcopo A. S. L. tractus in cauſam, ab eo coactus eſt juramento firmare [ii], quod ad illam (kk), quam ſponte in uxorem acceperat (ll), non accederet, donec lis eſſet judicio eccleſiaſtico terminata. Ceterum, quia priuſquam de cauſa cognoſceretur legitime, prænominata Ha. diem clauſit extremum, prædictus O. ad eam [mm], de qua filios habuerat (nn), reverti non audet. Inde eſt, quod d. v. per A. s. pr. m. qua. (oo) rei veritate inquiſita diligenter, & cognita [pp], ſi vobis conſtiterit (qq), quod eidem O. tanta vis illata fuerit, ut prædictam Ha. (rr) juraret in uxorem accipere, & quod non ſponte in eam conſenſerit (ſſ), nec poſt præſtitum ju- c. 2. eod.

*ſui Epiſcopi*, in veteri Gregor. *ſuis*, in altero veteri, & in Contiano, & aliis: voce *ſimpliciter*, omnes libri carent: ego nihil muto, & vocem *ſuis*, ad Marcum refero.

*a* Hæc etiam ſunt in omiſſis a Raimund. & Contio, ſint licet in conciliis.

*b* Sic in concil. *votum ſimpliciter oblatum*, Raim. qui prius vocem *ſimpliciter*, omiſerat.

*c Fraternitati tuæ per A. ſ. mandamus*, *quatenus*, concil. *pr.* additur poſt *A. ſ.* in duobus Tarracon. *mand. quat.* Raim, aliis omiſſis. Apparet ex ſupraſcriptis ad Epiſcopum mitti hoc reſcriptum.

*d Si plus non proceſſerit*, concil. & unus Tarrac. *ſi plus non proceſſit*, alter Tarracon. & Raim.

*e* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *f Sibi*, Raimund. obſcure, & ineleganter.

*g* Sic in concil. & Gregor. mihi hæc non placent: mallem, ut poſt illa verba *& ei*, *cui vult*, adderetur, *voto prædicto non obſtante.* *h* Sic etiam Raimund. *in uxorem*, Barcinon.

*i Per adulterium*, duo Tarrac. & editi Gregor. & unus vetus: *polluerat*, alter vetus, & tertius Tarracon. *quam prius polluerat per adulterium*, Barcinon. *k Albini* pro *Albani*, vetus Tarracon. *Alex. III.* pro *Idem*, Raim. & Cont. *Idem S. Abbati ſancti Albani*, concil. parte 6. cap. 1. plenius.

*l* C. pro *O.* concil. *O. nomine*, duo Tarracon. *O. uxorem habens*, Raimund.

*m* Sic etiam concil. *hujuſmodi rei*, Raim. *n* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*o* Hæc recte Cont. addidit a Raim. omiſſa: exſtant in conc. *p* Voce *ſua*, caret Cont. ea eſt in concil.

*q Licuit* pro *licuerit*, duo Tarracon. & concil. & Cont. *eam ſibi non licuerit*, tertius Tarrac.

*r* Sic etiam Raimund. *a.* pro *in*, concil. *expreſſum*, addit unus Tarrac. *expreſſim*, alter: hos canones habes 31. q. 1. apud Grat. *s* Vox *in*, non eſt in concil. neque in Gregor. neque in vet. Tarrac. *ſibi* pro *in*, habet alter Tarracon. ſed utraque vox olim deſiderabatur. *t* Sic etiam Raim. *quod prius*, concil.

*u Per adulterium*, Barcinon. ſolus. *x* Sic in concil. & in Gregor. *in morte*, Barcin. & duo Tarrac. quod non æque placet. *y Fuit inſcia*, Barcin. tantum: *inſcia*, altera voce omiſſa, concil.

*z* Sic concil. & Raim. *ad hujuſmodi petitionem*, Barc. *aa* Sic in concil. *aliquatenus*, unus Tarrac. & Raim.

*bb* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in conc. *cc Et M. Vacario*, concil. d. parte 6. cap. 13. *Vicario*, unus Tarracon. *Vocario*, Barcinon. omnia omittunt Raimund. & Cont.

*dd* Multa Cont. addit a Raimund. omiſſa, quæ in conc. exſtant. *ee* Sic etiam concil. *per VV.* Contius aliis omiſſis, non recte: *per Gulelm.* unus Tarracon. cetera, ut edidimus.

*ff* Sic etiam in concil. *de Romar.* vetus Tarrac. & Cont. *de Romar.* alii duo Tarrac. *de Romarum*, Barcin.

*gg Tenuerit*, *donec*, vetus Tarrac. ſolus. *hh* Sic in concil. *quod A.* duo Tarrac. & Cont. ſic poſtea ſæpius eadem varietas eſt. *ii* Sic etiam concil. *ſervare*, Cont. non recte.

*kk Ad aliam*, unus Tarracon. ſolus. *ll Firmaverat*, *acceperat*, vetus Tarracon. mendoſe.

*mm* Sic in concil. *eandem*, Contius & Barcin. *nn Habuit*, conc. & Raimund. & tres Tarrac.

*oo Dis. v.* pro *d. v.* tres Tarracon. *pr.* in uno eorum, & in Contiano deſideratur: *diſcretioni tuæ per A. ſ. P. M. quatenus*, concil. non recte: *mand. quat.* Raim. *pp Diligenter inquiſita*, conc. *diligentius inquiſita*, vetus Tarracon. omnibus his carent Raim. & Cont. *qq* Sic in concil. *ſi conſtiterit*, Raimund.

*rr* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *A.* pro *Ha.* unus Tarrac, ut editum eſt, concil.

*ſſ Primam* pro *eam*, Raimund. *conſenſit*, duo Tarrac. *ſponte in eam non conſenſerit*, concil.

juramentum [a] ipſam carnaliter cognoverit [b], propter hoc non dimittatis (c), quin ad illam (d), quam poſtea in uxorem accepit, revertendi liberam ap. re. tribuatis facultatem (e). Verum ſi (f) prænominatus O. in præfatam Ha. ſponte (g) conſenſit, vel poſt [h] præſtitum ſacramentum, quod ipſam [i] in uxorem acciperet, carnaliter eam cognovit, ſibi (k) ne ad ſecundam revertatur ſub interminatione anathematis inhibeatis, dantes (l) ei licentiam aliam, ſi voluerit, ducendi uxorem (m).

### CAPUT III.

*Idem Bavaren. Epiſcopo [n], pars c. Quoniam ex multis auctorit.* (o)

c. 3. eod. SUper eo (1) vero, quod (p) de latore præſentium tuis litteris quæſiviſti, an liceat cum ea ſibi matrimonium (q) contrahere, quam alia (r) uxore ſua vivente ſibi de facto matrimonio copulavit, tuæ ſollicitudini (s) duximus reſpondendum, quod ſi adultera eſt in mortem alterius (t) aliquid machinata, ſive iſte fidem dederit [u], quod eadem (x) defuncta hanc eſſet ducturus, ſecundum canones ab ejus conſortio perpetuo prohibetur [y], & hæc [z] prohibitio perpetuo eſt obſervanda (aa).

## TITULUS VIII.
## DE CONJUGIO LEPROSI (bb).

### CAPUT I.

*Idem Cant. Archiepiſcopo (cc).*

PErvenit ad nos, quod cum ii, qui lepræ morbum incurrunt, de conſuetudine generali a communione omnium (2) (dd) ſeparentur (ee), & extra (ff) civitates, & villas ad loca ſolitaria transferantur (gg), nec uxores viros, nec viri uxores ſuas taliter ægrotantes ſequuntur, ſed ſine ipſis manere præſumunt (hh). Quoniam igitur cum vir, & uxor una caro ſint, non debet alter ſine altero diutius eſſe, ſ. t. [ii] per A. s. pr. m. qua. ſi qui ſunt in provincia tua viri, vel mulieres, qui lepræ morbum incurrunt, ut uxores viros (kk), & viri uxores ſequantur, & eis conjugali affectione miniſtrent, ſollicitis exhortationibus inducere labores [ll]. Si vero ad hoc eos induci [3] non poteris (mm), eis artius injungas (nn), ut uterque altero vivente continentiam ſervent (oo), & ſi qui mandatum noſtrum ſervare contempſerint [pp], eos contra (qq), & ap. ceſ. vinculo anathematis conſtringas (rr). De conjug. leproſ. c. 1.

CA-

[1] Alii, *hoc*. (2) Alii, *hominum*. (3) *Inducere*, malo.

a *Sacramentum*, vetus Tarracon. ſolus. b Sic etiam concil. & Raim. *cognovit*, duo Tarrac.
c Sic in concil. *non dimittas*, Raim. d Sic etiam in concil. *aliam* pro *illam*, unus Tarrac. & Raim.
e *Appellatione ceſſante liberam tribuatis facultatem*, concil. *liberam tribuas facultatem*, Raim. aliis omiſſis.
f Multa omittunt Raim. & Cont. quæ ſunt in concil. g Vox *ſponte*, non eſt in concil. *in præfata A. ſponte*, duo Tarracon. h *Et poſt*, concil. i *Quod eam*, unus Tarracon.
k *Cognovit*, conc. aliis omiſſis: *alioquin ſibi*, Raim. & Cont. l Sic etiam conc. *inhibens des*, Raim.
m Sic etiam in conc. *ducere* pro *ducendi*, unus Tarrac. *ducendi alteram in uxorem*, vetus Gregor. *ducendi aliam uxorem*, Contius, & alii. Animadvertendum eſt nullam Raim. facere mentionem mortis illius prioris uxoris, nec liberorum poſterioris; quæ res facit, ut magis dubitemus, cur ita ſeverus in hunc Pontifex fuerit, ut maluerit eum ex alia liberos ſuſcipere, quam ex ea, ex qua habebat liberos: ſed odium binarum nuptiarum id effecit. n *Bavan.* unus Tarrac. *Vaccarienſi*, Barcinon. *Bervacen.* concil. d. parte 6. cap. 16. *Bavan. ſive Baranen.* Raim. & Contius. Non minor varietas eſt inſcriptionis cap. 2. de conjugio leproſi, quod ex ead. epiſtula ſumitur. *Idem Jajorarum Epiſcopo*, *Batotan.* vetus Tarrac. *Baren.* alter. *Bajoranen.* Barcinon. *Baronienſi*, concil. parte 37. cap. 3. prioris edit. *Bajonenſi*, poſter. edit. *B. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Bajonen.* Cont. & alii ego *Belvacen.* ſive *Baren.* ſive *Batonien.* ſive *Bajonen.* adgnoſco, cetera reiicio.
o *Auctoritatibus*, duo Tarrac. ea voce caret Cont. omnibus caret Raim. & concil. Integra clauſula exſtat d. cap. 2. in hac collect. nam in Gregoriana deſiderantur aliquot verba etiam in Contiana editione.
p *Hoc* pro *eo vero*, concil. & Barcinon. *Super eo, quod quæſiviſti*, vetus Gregor. aliis omiſſis; *hoc* pro *eo*, Contius, & alii. *Super hoc vero, quod*, duo Tarracon. *Super eo vero*, d. cap. 2.
q *Sibi matrimonium cum ea*, concil. *alicui cum ea contrahere matrimon.* Raim. *ſibi cum ea matrim.* tres Tarrac.
r Vox *alia*, non eſt in concil. neque in Gregor. s Sic etiam in concil. *Reſpondemus*, vetus Gregor. *Taliter reſpond.* Cont. & alii. t Sic in concil. *morte* pro *mortem*, Barcinon. & unus Tarrac. *uxoris* pro *alterius*, Raim. u *Seu* pro *ſive* concil. vox *iſte*, in vet. Gregor. non eſt: *ſive fidem dedit*, *ſive non*, Cont. & alii.
x *Quod ea*, concil. & Raim. & vetus Tarracon. y Sic in concil. vox *perpetuo*, in Gregor. non eſt, quod placet: cetera enim videntur ſupervacanea, ſi hanc vocem retineas: brevius vero Raimund. potuiſſet his duobus verbis uti, & ceteris abſtinere. z Vox *hæc*, non eſt in uno Tarracon.
aa Sic concil. & vetus Gregor. *ſervanda*, Contius, & alii. bb *Leproſorum*, Barcin. & Raim.
cc *Cantuarien.* unus Tarracon. & Raimund. & Cont. *Idem*, aliis omiſſis, concil. parte 37. cap. 2. titulo de leproſis. dd Sic in conc. & in vet. Gregor. in quo *hominum*, poſtea ſcriptum eſt, quam vocem habent Contius, & alii. ee *Separantur*, vetus Tarrac. ſolus. ff Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
gg Sic in concil. *transferuntur*, duo Tarrac. hh *Sequuntur*, Raimund. & Cont. aliis neglectis: *ſequantur*, concil. & *præſumant*, cetera, ut edita ſunt. ii Multa Raim. & Cont. omittunt, quorum aliqua etiam in conciliis deſiderantur. kk *Uxores ut viros*, *viri ut uxores ſuas ſequantur*, concil. *ut uxores viros*, & *viri uxores, qui lepræ morbum incurrunt*, *ſequantur*, Raim. ll *Laboretis*, concil. & tres Tarracon. *inducere non poſtponas*, Raimund. & Cont. Credit Melendus, quod ſanus tenetur reddere debitum leproſo 32. q. 5. Horrendus, non tamen eſt compellendus: 34. q. 2. Si quis necessitate. Vincent. Melendi mentionem invenies etiam apud Tancredum cap. 2. de jure patronatus in hac collect. & in ſcholiis, ſive gloſſis Bernardi in Gregoriana, & Hiſpanus appellatur a Tancredo cap. 4. de eo, qui cognovit conſang. in hac collect.
mm *Induci non poterunt*, concil. & Barc. & unus Tarracon. & Raim. voce *eos*, omiſſa; quæ etiam in alio Tarrac. deſideratur: *non potuerint*, eſt in alio Tarrac. *non poſſunt*, in alio.
nn Sic etiam Raim. *injungatis*, concil. & tres Tarrac. in uno tamen eorum mutata ea vox eſt.
oo Malo *ſervet*, ut eſt in uno Tarr. & in conc. & in Greg. pp *Veſtrum* pro *noſtrum*, duo Tarrac. & *ſi qui contra mandatum noſtrum venire præſumpſerint*, concil. *Quod ſi mandatum tuum ſervare contempſerint*, Raim.
qq *Eos contradictione*, & *appellatione ceſſante*, concil. hæc omittunt Raim. & Contius.
rr *Adſtringas*, concil. *adſtringatis*, vetus Tarracon. *eos vinculo excommunicationis adſtringas*, vetus Gregor. vox

*eos*,

## CAPUT II.

*Idem Jajorarum* (1) *Epiſcopo* (*a*).

c. 2. eod. QUoniam ex multis auctoritatibus [*b*], & præcipue ex evangelica veritate (*c*) apparet, nemini licere, excepta cauſa fornicationis, uxorem ſuam (*d*) dimittere, conſtat, quod ſive mulier lepra percuſſa fuerit, ſeu aliqua gravi (*e*) infirmitate detenta, non eſt propterea a viro [*f*] ſeparanda, vel dimittenda [*g*], ſuper eo vero &c. & infra (*h*). Leproſis autem ſi continere nolunt (*i*), & aliquam, quæ ſibi nubere velit, invenerint (*k*), liberum eſt matrimonium contrahendi (*l*).† Quod ſi virum, ſive uxorem (*m*) divino judicio [*n*] leproſum fieri contigerit (*o*), & infirmus a ſano (*p*) carnale debitum exigat, generali præcepto Apoſtolici, quod exegerit, eſt ſolvendum (*q*), cui præcepto nullam in hoc caſu invenimus exceptionem (*r*).

## CAPUT III.

*Urbanus III. Epiſcopo Florentino* [*s*].

e. 3. eod. LItteras fraternitatis tuæ [*t*] debita benignitate ſuſcepimus, quibus certiores de ſinceritate tuæ fidei (*u*), & devotionis effecti (*x*), ad honorem, & commodum tuum habundantius provocamur. Verum, quia poſtulaſti (*y*), utrum, ſi poſtquam ſponſalia inter aliquas legitimas perſonas contracta fuerint [*z*], antequam viro [*aa*] mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad (*bb*) conſummandam copulam maritalem compelli debeat, vel ſe ad ſecunda vota transferre [*cc*], tuæ ſollicitudini reſpondemus [*dd*], quod ad accipiendam eam (*ee*) cogi non debet (*ff*), cum inter eos matrimonium non fuerit conſummatum (*gg*).

## TITULUS IX.

## DE CONJUGIO SERVORUM, VEL DISPARIS CONDICIONIS [*hh*].

## CAPUT I.

*Adrianus Papa Salzeburg. Archiepiſcopo* (*ii*).

DIgnum eſt (*kk*), & a rationis tramite [*ll*] non diſcordat, quod ea, quæ dubietatis in ſe (*mm*) videntur ſcrupulum retinere (*nn*), ad Apoſtolicæ ſedis judicium referantur, ut inde Chriſti fideles in dubiis certitudinem ſe gaudeant De conjug. ſervor. c.1.

(1) *Bajonen.* Greg. IX.

*eos*, non eſt in editis. Quæ poſt verba hujus capitis inveniuntur in conciliis, interpretis verba ſunt, non ſatis integra; ea referre non eſt neceſſe. *a* Vide, quæ ſcripſimus cap. 3. tituli 7.

*b* Sic etiam in concil. parte 37. cap. 2. *auctoribus*, duo Tarr. *Quoniam nemini licet*, Raimund. & Cont.

*c* Matthæi c. 5. & 19. & Marci c. 10. & Lucæ c. 16. *d* Vox *ſuam*, non eſt in Gregor. eſt in conciliis.

*e* *Sive gravi aliqua*, concil. *ſeu alia gravi*, Raim. vox *gravi*, ut ſcholium, additur in veteri Tarracon.

*f* Sic etiam Raim. *ſuo*, additur in concil. *g* *Vel etiam dimittenda*, Raim. hæc in concil. non ſunt.

*h* Hæc neque in concil. ſunt, neque, in Gregor. Integra clauſula exſtat d. cap. 3. tit. 7. hujus libri.

*i* *Noluerint*, unus Tarracon. & Barcin. in quo eſt *Leproſi*, pro *Leproſis*. *Leproſis autem ſi ſe continere noluerint*, concil. ut editum eſt, vetus Gregor. *Leproſi*, Cont. & alii, & duo Tarracon.

*k* Sic etiam Raimund. *inveniant*, concilia. *l* *Contrahere*, unus Tarr. aptius: olim tamen, ut editum eſt. Ante hæc verba additur vox *eis*, in eod. libro: *liberum eſt cum eis matrimonium contrahere*, Barcin. *liberum eſt eis ad matrimonium convolare*, concil. edit. Surianæ, & Raim. *liberum eſt arbitrium cum eis matrimonium contrahendi*, prior concil. editio. *m* *Sine uxore*, prior editio concil. non recte.

*n* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *o* Sic etiam concil. & Raimund. *contingit*, unus Tarracon. *contingat*, alter. *p* *A ſana*, prior editio concil. quod non æque placet.

*q* Vox *ei*, non eſt in concil. neque in duobus Tarracon. neque in Gregor. in quibus eſt *exigitur* pro *exegerit*, Pauli verba ſunt epiſt. 1. ad Corinthios cap. 7. *Uxori debitum reddat, ſimiliter autem & uxor viro.* Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί pro *debitum*, *benignitatem*, ſive *benevolentiam debitam*, in Græcis verbis habemus; id ad concubitum referri, cetera oſtendunt, in quibus etiam eſt μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους. *nolite fraudare invicem*: ſive *ne vos privetis.*

*r* *Cujus præcepti nullam in hac cauſa invenimus exceptionem*, concil. *cui præcepto nulla in hoc caſu exceptio invenitur*, Raimund. Exceptionem poſuit idem Apoſtolus: *niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis jejunio, & orationi.* Εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ.

*s* *Florentino Epiſcopo*, concil. d. parte 50. cap. 63. & unus Tarracon. *Epiſcopo Fer.* vetus Gregor. *Florentino*, Contius, & alii. *t* Recte Contius addit a Raimund. præterita: ſunt in concil. *tuæ frat.* unus Tarrac. & Cont. *u* Sic in concil. *fidei tuæ*, Cont. *de ſinceritatis tuæ fide*, vetus Tarrac. quod non æque probo.

*x* Sic etiam in concil. *effectu*, vetus Tarracon. *affectu*, alter, & Contius.

*y* Sic etiam Raimund. & Cont. *quia a nobis poſtulaſti*, concil. plenius.

*z* *Inter aliquos legitimos*, vet. Tarracon. non optime; *poſt quam deſponſalia* &c. omiſſa voce *ſi*, concil. non recte: *ſponſalia de futuro inter legitimas perſonas contracta*, vetus Gregor. aliis omiſſis mendoſe: *ſi poſt ſponſalia*, &c. Cont. & alii non male. *aa* Scribe, *antequam a viro*, ut eſt in quattuor Tarrac. & in Gregor. *& antequam a viro*, concil. *bb* Sic etiam Raimundus: *alter ad*, concil. aptius.

*cc* *Vel ſe poſſit* &c. concil. plenius: omnia Raimund. & Contius omittunt.

*dd* Sic etiam concil. *t. reſp.* vetus Gregor. *reſpondemus*, Cont. & alii ceteris omiſſis.

*ee* *Ad accipiendum eum*, concil. *ad capiendam eam*, vet. Tarrac. *ad eam recipiendam*, vetus Gregor. *accipienda*, Contius, & alii. *ff* *Non debeat*, vetus Tarracon. ſolus.

*gg* *Sit* pro *fuerit*, concil. *cum nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum*, Raimund. Poſt hujus capitis verba eſt in conciliis, *De illa vero, quæ viro* &c. ut cap. 5. de divortiis in hac collect. cujus inſcriptio eſt eadem. Ejus capitis verba ſequitur, *De uxore vero*, &c. ut cap. 7. de ſepulturis, in hac collect. cujus inſcriptio eſt, *Lucius III. Epiſcopo Floren.* ſed in Barcinon. illic eſt etiam *Urbanus III.*

*hh* *Et* pro *vel*, unus Tarrac. & Barcin. & vetus Gregor. *De conjugio ſervorum*, Cont. & alii, ceteris omiſſis.

*ii* *Item Adrianus Papa Eborardo Salebur. Archiepiſcopo*, concil. prioris edit. parte 45. cap. 7. titulo de ſponſalibus ſecundo. *Magdeburgen. Archiepiſcopo*, in Suriana editione. *Adrianus Papa*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Hadrianus Papa Satisburgen. Archiepiſcopo*, Cont. & alii non recte. *Salgeburgenſi*, vetus Tarracon. *Salizesburgenſi*, alter. *Salteburgen.* Barcin. *kk* Recte Cont. addit omiſſa a Raimund. quæ ſunt etiam in concil. *Signum* pro *Dignum*, editi quidam Gregor. mendoſe. *ll* Sic etiam Cont. *a ratione*, concil.

*mm* Sic Cont. *inter ſe dubietatis*, concil. *nn* *Continere*, concil. & Cont. aptius.

deant invenire, unde noſcuntur magiſterium fidei ſuſcepiſſe. Tua vero fraternitas de ſervorum conjugiis, quæ invitis, & contradicentibus (*a*) dominis contrahuntur, quid fieri debeat, Apoſtolatui noſtro (*b*), ſi bene (*c*) meminimus, requiſivit: ſuper quo tibi duximus taliter (*d*) reſpondendum: ſane juxta verbum Apoſtoli, prout tua diſcretio cognoſcit (*e*), in Chriſto Jeſu neque liber eſt, neque ſervus (*f*), qui a ſacramentis eccleſiæ ſit removendus (*g*). Ita quoque nec [*h*] inter ſervos matrimonia debent ullatenus [*i*] prohiberi; & ſi dominis contradicentibus, & invitis contracta fuerint, nulla ratione ſunt propter hoc eccleſiaſtico judicio (*k*) diſſolvenda; debita tamen, & conſueta ſervitia non propter hoc (*l*) ſunt minus propriis dominis exhibenda.

## CAPUT II.

*Alexander III. Priori, & Præpoſito Mortarienſi (m).*

c. 2. eod. PRopoſuit nobis mulier latrix præſentium (*n*) quod cum vir ejus cum ea diutius permanſiſſet, notam ei condicionis objecit (*o*), aſſerens eam eſſe ancillam, quam liberam eſſe credebat, cum eam duxit in uxorem. Cum autem (*p*) in præſentia venerabilis fratris noſtri Aſten. [*q*] Epiſcopi hujuſmodi negotium tractaretur (*r*), mulier, quia ibi gravari timebat, ad noſtram audientiam appellavit. Quia igitur tam ea, quam viro ſuo veniente (*s*) poſt aliquantulam moram præfatus vir inconcuſſa lite receſſit: d. v. [*t*] per A. ſ. pr. m. [*u*] qua. cum propter hoc [*x*] fueritis requiſiti, partes ante veſtram præſentiam convocetis, & veritate ſuper his diligenter (*y*) inquiſita, ſi vobis (*z*) conſtiterit, quod idem vir cum præfata muliere (*aa*), poſtquam illam audivit ancillam (*bb*), carnalem habuerit conſuetudinem (*cc*), ipſum monere (*dd*) curetis, & ap. re. diſtricte compellere, ut eam ſicut uxorem accipiat, & maritali cura pertractet (*ee*). Si vero aliter fuerit, cauſam diligentius [*ff*] audiatis, & eam ſine favore, & gratia perſonarum ſublato ap. re. infra duos menſes ſine canonico terminetis: ita tamen, quod ſi ſententia divortii (*gg*) inter eos data fuerit, mulieri pecuniam, quam præfato viro pro dote conceſſit, ſicut juſtum fuerit (*hh*), reſtitui faciatis.

## CAPUT III.

*Urbanus III. Ariminenſi Epiſcopo (ii).*

LIcet ad ea (*kk*), ſuper quibus nos fraternitas tua conſulere voluit, te ſufficere arbitremur (*ll*): quia tamen ad majorem certitudinem judicium noſtrum ſollicitudine paſtorali requiris, nos ad inquiſitiones tuas (*mm*) officii noſtri debito (*nn*) reſpondemus. Sane ſuper eo [*oo*], quod ex parte tua (*pp*) propoſitum nobis accepimus, an mulier poſſit eo prætextu (*qq*) divortium poſtulare, quod vir, cum quo ſuæ condicionis (*rr*) ignara contraxit, ſervus monaſterii proponatur, cum e contra idem vir patrem ſuum, cujus condicionem [*ſſ*], ſecundum legem provinciæ [*tt*] ſequeretur, tempore mortis pro libero ſe geſſiſſe, & jam elapſo [*uu*] decennio, nec patris, nec ſuo nomine ſe ſtatus controverſiam paſſum conſtanter affirmet, videtur nobis ratione temporis, & favore libertatis, pro parte viri ſecurius judicandum. c. 3. eod.



*a Etiam*, addit unus Tarrac. ſolus, nec me rivalem habet. *b Ab Apoſtolatu noſtro*, concil. & unus Tarracon. ut editum eſt, Contius. *c Sicut bene*, vetus Tarrac. & Cont. *ſi bene*, concil.

*d* Vox *taliter*, non eſt in Contiano libro: *duximus tibi taliter*, unus Tarrac. *utque duximus*, concil.

*e* Sic etiam concil. *recognoſcit*, tres Tarrac. *f Nec liber*, *nec ſervus eſt*, concil. *quod ſicut in Chriſto Jeſu neque liber*, *neque ſervus eſt*, vetus Gregor. *ſicut in Chriſto* &c. Cont. & alii omiſſa voce *quod* parum neceſſaria. *In Chriſto enim Jeſu nec Judæus*, *nec Græcus*, *nec ſervus*, *nec liber diſtinguitur*, Grat. 29. q. 2. ex Pauli verbis ſumuntur in epiſt. ad Galatas cap. 3. & in epiſt. ad Coloſſenſes cap. 3. In tribus veteribus Grat. libris vox *diſtinguitur*, omiſſa eſt. *g Eccleſiaſticis ſit amovendus*, concil. *quis* pro *qui*, unus Tarracon. vox *ſit*, in eodem deleta eſt: *a ſacramentis eccleſiæ removendus*, Raimund. aliis omiſſis.

*h* Vox *nec* in uno Tarracon. omittitur: *ita quod*, mendoſe in concil. *ita nec*, Raimund.

*i* Sic etiam Raimund. *nullatenus*, unus Tarracon. *nullatenus debeant*, concil.

*k Jure*, concil. hæc omittunt Raim. & Cont. *l Non ex hoc minus ſunt propriis dominis exhibenda*, concil. *non minus debent propriis dominis exhiberi*, Raim. *m Præpoſito*, *& Priori*, duo Tarr. & Greg. editi: omittuntur hæc in veteri libro *Priori Tamen. & Priori Mortarien.* tertius Tarrac. antiquior ceteris.

*n M. mulier*, Raimund. aliis omiſſis. *o* Sic etiam vet. Gregor. *adjecit*, vet. Tarracon. *ſervilis condicionis objecit*, Contius, & alii. *p* Hæc recte addit Contius a Raimund. omiſſa.

*q Aſtenſi*, duo Tarrac. *Aſtienſis*, Cont. non recte. *r Tractaretur negotium*, Cont. tertio verbo omiſſo.

*s Vivente*, Contius mendoſe. *t* Sic etiam Contius: *dis. v.* duo Tarracon.

*u Mand.* Raimund. & Cont. & duo Tarrac. *pr.* omiſſo. *x* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*y Diligentius*, vetus Tarrac. *z* Vox *vobis*, ab eiſdem Raim. & Contio eſt omiſſa.

*aa Præfatam mulierem*, Raimund. *bb Audivit eſſe ancillam*, unus Tarrac. & Raim. plenius.

*cc Conſuetudinem habuit*, duo Tarracon. *carnaliter cognovit*, Raimund.

*dd Ipſum monitione præmiſſa cogatis*, vetus Gregor. *compellas*, Contius, & alii.

*ee Uxorem propriam*, unus Tarr. *ut eam ſicut uxorem maritali affectione pertractet*, Raim. aliis omiſſis.

*ff* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *gg Et ſententiam divortii proferre contigerit*, vet. Greg. *proferri contingat*, Cont. & alii. *hh Ei ceſſit* pro *conceſſit*, vetus Tarrac. *conceſſit*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*ii Arminen.* duo Tarrac. & Barcin. *Al. Epiſcopo*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*kk* Recte addit Contius a Raim. prætermiſſa. *ll* Sic etiam Cont. *arbitramur*, unus Tarrac.

*mm Veſtras*, Cont. *nn Noſtri ſine debito*, Cont. quod non æque placet. *oo* Sic etiam Raim. *vero*, addit vetus Tarr. parum apte. *pp Fuit propoſitum*, Raim. aliis omiſſis. *qq Pro eo*, Raim. parum feliciter mutavit.

*rr* Sic etiam Raimund. *ejus* pro *ſuæ*, malo, ſed ferendum eſt temporum illorum vitio.

*ſſ Condiciones*, Barcinon. ſolus. *tt* Sic etiam vetus Gregor. *leges* pro *legem*, Cont. & alii. *Lombardiæ*, addit in ſcholiis Tancredus. *uu Et tamen elapſo*, vetus Gregor. tantum.

## TITULUS X.
## DE NATIS EX LIBERO VENTRE (*a*).
### CAPUT I.

*Gregorius* (*b*).

De natis ex liber. vent. c. 1.

NON ſolum, &c. & infra [*c*]. Indecens eſſe credimus (*d*), ut progeniti ex libera muliere (*e*) filii ad ſervitium (*f*) retrahantur: propterea tibi præcipimus (*g*), ut his ipſis documentis (*h*), ſicut & nos didicimus (*i*), diligenter intendas (*k*), quatenus, ſi documenta nulla ſunt (*l*), ab eccleſiæ parte, quæ documentis hujus hominis (*m*) debeant obviare, ab ejus moleſtia [*n*] ſine aliqua retractatione ſuſpendas [*o*]; durum eſt enim, ut (*p*) ſi alii (*q*) pro mercede ſua (*r*) libertates tribuunt (*s*), ab eccleſia, a qua tueri debent, revocentur (*t*).

## TITULUS XI.
## DE COGNATIONE SPIRITUALI, ET FILIIS ANTE (*u*), VEL POST COMPATERNITATEM GENITIS.
### CAPUT I.

*Alexander III. Salernitano Archiepiſcopo* (*x*), *p. c. Licet præter* (*y*).

UTrum autem filii, & filiæ (*z*) ante, vel poſt compaternitatem geniti poſſint ad invicem (*aa*) copulari, canones ſecundum diverſorum locorum (*bb*) conſuetudinem inveniuntur (*cc*), & licet prius canon exinde editus (*dd*) natos poſt compaternitatem prohibeat ad invicem copulari (*ee*): alter tamen canon poſterius editus (*ff*) primum videtur corrigere, per quem ſtatuitur, ut ſive ante, ſive poſt (*gg*) com- De cognat. ſpirit. c. 1.

*a* In uno Tarracon. deſideratur, eſt in Gregor.

*b Præpoſito Africæ*, additur in veteri Raim. libro. *Gregor. IX.* Contius, & alii mendoſe; immo *primus*, idem Cont. in marg. recte. *Gregorius Anthemio ſubdiacono*, Ivo parte 16. cap. 73. decreti aptius, ut apparet ex lib. 1. epiſt. 53. regiſtri B. Gregorii. *c Conſuluit nos*, vetus Tarracon. quod reiicimus. *Pars cap.* NON SOLUM. Contius. Hæc Raimund. omiſit, & Ivo. Integra clauſula in regiſtro eſt hæc: *Non ſolum frequentibus præceptionibus, ſed etiam præſentem te ſæpius me monuiſſe memini; ut illic vice noſtra non tantum pro utilitatibus eccleſiaſticis, quantum pro ſublevandis pauperum neceſſitatibus fungereris, & eos magis a cujuslibet oppreſſionibus vindicares.* Quæ poſtea ſequuntur, habet Ivo: *Præſentium ergo lator Gaudioſus inſinuavit nobis ab auctoribus ſanctæ Romanæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſiæ ſibi violentiam irrogari, aſſerens, quod filios ſuos viri prædictæ eccleſiæ velint vindicare. Oblatis etenim ab eo documentis agnovimus, Siricam uxorem præſentium portitoris ab Aentia quondam glorioſa Murenæ cujuſdam fœminæ titulo donationis fuiſſe largitam, & ab eadem Murena per epiſtolam manumiſſam.* In ſupraſcriptis verbis *actoribus* a nobis ſcriptum eſt ex veteri libro, non *auctoribus*, ut in editis eſt: & pro *ab Aentia quondam glorioſa*, in eodem veteri eſt, *a domino quodam ſuo glorioſe.* Apud Ivonem vero *Gaudentius* eſt pro *Gaudioſus*; vox autem *vero* omittitur, vox *auctoribus*, retinetur. *Novimus* habet idem pro *agnovimus*; *beatæ memoriæ*, pro voce *glorioſa*; & *Morenæ cuidam*, pro *Murenæ cujuſdam.*

*d* Sic etiam Raim. ante hæc verba additur, *& ideo*, in regiſtro, & apud Ivon.

*e* Sic etiam regiſtr. & Ivo: *matre* pro *muliere*, unus Tarrac. *ex libera*, *ſeu liberta*, vetus Raimund. liber: *ex liberta*, *ſive libera*, Contius, & alii. *f Eccleſiæ*, addit vetus Raimund. liber ſolus.

*g* Sic etiam Raim. & Cont. *Experientiæ tuæ præſenti auctoritate præcipimus*, regiſtr. & Ivo.

*h* Multa omittunt Raim. & Cont. quæ leguntur in regiſtro, & apud Ivonem: *ut cum his* &c. Barcin.

*i Fecimus*, unus Tarracon. *didicimus*, *exuto a curis animo*, regiſtr. & Ivo plenius.

*k Intendat*, regiſtr. & Ivo. *l* Sic etiam regiſtr. & Ivo: *aliqua*, additur in uno Tarracon. poſt vocem *nulla*: *ut ſi documenta nulla ſint*, Raimund. *m* Sic etiam regiſtr. & Ivo: *hujuſmodi*, Raim.

*n* Sic etiam Raimund. *ab ejus ſe moleſtia*, regiſtr. & Ivo. *o* Sic regiſtr. & Ivo. *compeſcas eandem*, Raim. quod non implet aures meas: *ſuſpendatur*, vetus Tarracon. *p* Sic Ivo, & Raim. *durum enim eſt*, *ut*, reg. & vetus Tarracon. vox *ut* in altero Tarrac. non eſt: vox *enim*, in altero Tarrac. deleta eſt.

*q Si aliis*, vetus Raim. liber ſolus. *r* Voce *ſua*, caret Gregor. IX. habent ceteri.

*s Tribuant*, Barcin. tantum. *t* Sic etiam Raimund. *qua* pro *a qua*, duo Tarrac. in quorum altero, & in Barcinon. additur vox *hæc* ante verbum *revocentur*: *debeant* pro *debent*, tertius Tarracon. *quæ tueri hæc oportuerat*, *revocentur*, regiſtr. *quam* pro *quæ*, Ivo non male: cetera, ut in regiſtro. Poſt hujus capitis verba additur in regiſtro tantum: *Iterum ergo, atque iterum Experientiam tuam neceſſario ſubmonemus; ut illic ſi quæ inter pauperes & Romanam eccleſiam ſanctam quæſtiones vertuntur, omni mentis integritate diſcutiat: ſicque patrimoniales utilitates peragat, ut a benignitate juſtitiæ non recedat.* *u* Hæc omittunt Raimund. & Cont. & vetus Tarrac. *De conjungendis filiis ante vel poſt compaternitatem genitis*, concil. parte 32. poſt concil. Later.

*x Sarun. Epiſcopo*, concil. cap. 1. d. partis 32. in priore edit. ut editum eſt, in Suriana poſter. *Alex. III.* aliis omiſſis, vetus Gregor. *Saler. Archiepiſcopo*, Contius, & alii.

*y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. & concil. *Papa*, ſive *propter* pro *præter*, Barcin. mendoſe: *pr.* duo Tarr. Integra clauſula exſtat cap. 3. de ſponſa duorum, in hac collect. & in concil. parte 6. cap. 8.

*z Vel filiæ*, concil. omiſſa ſunt hæc in vetus Gregor. *aut filiæ*, Contius, & alii.

*aa Poſſunt* pro *poſſint*, duo Tarrac. & vetus Gregor. *poſſint*, Cont. & alii; *poſſint ſimul adinvicem*, concil.

*bb* Vox *locorum*, in vet. Tarrac. non eſt. *cc* Sic etiam in concil. *conſuetudinem contrarii inveniuntur*, vetus Gregor. *conſuetudines*, Cont. & alii. *dd* Reprehendi ſolet Alex. III. ab interpretibus, quod primum canonem appellet eum, qui a Paſchali ſecundo editus ſit, & alterum poſterius editum, eum, qui ſit Urbani ſecundi: cum tamem Paſchalis Urbano ſucceſſerit. Altera reprehenſio eſt, quod putaverit ea reſcripta eſſe contraria, cum ſint potius diverſa: reſponderi ſolet, ut Alanus hic notat, & Laurent. apud Grat. non eſſe apud Grat. 30. q. 3. cap. 5. ſcribendum *Paſchalem ſecundum*, ſed *primum*, id eſt contra veteres libros tam d. cap. 5. quam 30. q. 4. cap. 5. & 35. q. 2. & 3. cap. ult. quæ ſunt ex ead. epiſt. *ad Reginum Epiſcopum*, aut etiam dicamus Alexandrum aliis de reſcriptis agere; neque enim hic ſunt ea nomina *Urbani*, & *Paſchalis.*

*ee* Sic in concil. mutat ordinem verborum Raim. *Poſt ſuſceptum vero de fonte filium, vel filiam ſpiritualem, qui ex compatre, vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non poſſunt*, Grat. Interpretes exiſtimant Gratianum, & Alexandrum putaſſe, prohiberi a Paſchali matrimonium filiorum omnium, filiarum utriuſque patris, modo hi liberi nati fuerint poſt baptiſmum; at ipſi exiſtimant prohiberi tantum matrimonia liberorum poſtea natorum cum eo, qui ſuſceptus eſt: res obſcura eſt, & defendi poteſt utraque interpretatio, ſed hæc poſterior aptior videtur. *ff* Ab Urbano ſecundo, ut ferunt, exſtatque apud Grat. d. q. 3. cap. 4. In editis tamen libris vox *ſecundi*, non eſt, ſed in veteribus eſt, & in omnibus 30. q. 4. cap. 6. quod eſt ex eadem epiſtula *ad Vitalem Epiſcopum Brixiæ*, ſive ut in veteribus utrubique eſt, *presbyterum Brixienſem.*

*gg* Sic etiam concil. & Raim. *ſpiritualium parentum filii, vel filiæ ante, vel poſt compaternitatem genitæ poſſunt legi-*

UNED

compaternitatem geniti ſunt, ſimul poſſunt conjungi (*a*), excepta illa perſona (*b*) dumtaxat, per quam ad compaternitatem venitur (*c*): unde tolerabilius (*d*) nobis videtur, ut ſecundum poſteriorem canonem, ante, & poſt compaternitatem (*e*) geniti ſimul valeant [*f*] copulari, præter illam perſonam, per quam compaternitas contrahitur, niſi conſuetudo (*g*) eccleſiæ, quæ ſcandalum generet [*h*], aliter ſe habeat (*i*).

## CAPUT II.

*Idem eidem* [*k*].

c. 2. eod. SI vir [*l*], vel mulier ſcienter, vel ignoranter filium ſuum de ſacro fonte ſuſceperint [*m*], an propter hoc ab invicem [*n*] ſeparari debeant, & alii copulari, quia nos [*o*] conſulere voluiſti, conſultationi tuæ duximus reſpondendum [*p*]; quod quamvis ſit generaliter inſtitutum (*q*), ut debeant ſeparari [*r*], quidam tamen humanius, & potius ſentientes [*s*] aliter ſtatuerunt [*t*]. Et ideo nobis videtur (*u*), ſive ex ignorantia, ſive ex malitia id fecerint (*x*), non ſunt ab invicem ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, niſi ad continentiam ſervandam poſſint induci (*y*); quia ſi (*z*) ex ignorantia id factum eſt, ignorantia eos excuſare [*aa*] videtur, ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet [*bb*] patrocinari, vel dolus [*cc*].

## CAPUT III.

*Idem Wigor. Epiſcopo* [*dd*].

SUper eo, quod a nobis tua fraternitas re- cap. 3. eod.
quiſivit (*ee*), utrum duorum (*ff*) compatrum filii poſt compaternitatem geniti poſſint matrimonio copulari, vel ſi conjuncti [*gg*] fuerint, eorum ſit matrimonium (*hh*) reſcindendum, inquiſitioni tuæ tale damus (*ii*) ſcripto continente reſponſum (*kk*). Si enim filii tales (*ll*) fuerint, per quorum alterum, vel utrumque parentes ad compaternitatem devenerunt [*mm*], eos conjungi nulla ratione permittas (*nn*), & ſi conjuncti fuerint (*oo*), pontificali auctoritate [*pp*] ab invicem ipſos (*qq*) non differras (*rr*) ſeparare. Ceterum, ſi per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus (*ſſ*) conſuetudinem tuæ metropolitanæ eccleſiæ, vel aliarum circumpoſitarum inquirere, & diligentius imitari. Ita quidem, quod (*tt*) ſi ejuſdem (*uu*) eccleſiæ conſuetudo habet inter eos (*xx*) non ſuſtinere conjugium fieri, nec factum (*yy*) firmitatis robur habere: tu ſimili modo in eccleſia tibi commiſſa conjugium hujuſmodi fieri non permittas (*zz*), & ſi quos taliter junctos (*aaa*) muneris, juxta earundem eccleſiarum conſuetudinem ipſos ſeparare (*bbb*) ab invicem non omittas. Verum ſi de conſuetudine haberetur (*ccc*), ut ta-



*legitime conjungi*, Grat. *a Conjugio valeant copulari*, Barcin. ut editum eſt, vetus Gregor. *poſſint* pro *poſſunt*, concil. & Cont. & alii. *b Præter illam perſonam, per quam compatres ſunt effecti*, Grat. ut editum eſt, concil. & Gregor. IX. *qua* pro *per quam*, eſt in duobus veteribus Gratian. libris.

*c* Sic etiam Raim. *perveniunt*, concil. *veniunt*, vetus Tarracon. *d* Sic in concil. *verum* pro *unde*, unus Tarrac. *unde*, Raimund. & Cont. altera voce omiſſa. *e* Pro his verbis Raim. & Cont. habent, *debeat obſervari*; mendoſa autem hæc ſunt in concil. nam pro his, *ante & poſt*, illic eſt, *aut etiam poſt*, in priore editione notata *aut*, voce, ut caduca, quæ in Suriana editione omiſſa eſt. *f Simul poſſint*, concil.

*g* Sic etiam concil. & Raimund. Mihi placebat Hugonis opinio, ut ſine ulla exceptione conſuetudinis jus publicum ſtatueretur: ſed hodie ex Tridentini concilii ſententia hæc abrogata ſunt.

*h Generat*, unus Tarracon. ſolus. *i* Sic etiam in concil. *aliter ſe habere noſcatur*, Raimund. ſine ulla varietatis neceſſitate. *k* Vox *eidem*, non eſt in veteri Gregor. *in eadem epiſtola*, additur in concil. d. parte 32. cap. 2. ut editum eſt, Contius, & alii. *l* Sic Raim. & concil. poſter. edit. *Cum Vir*, prior concil. editio. *m Suſceperit*, concil. & duo Tarr. & editi Gregor. *ſuſcepit*, vetus liber.

*n* Hæc vox non eſt apud Raimund. & Contium, eſt in concil. *adinvicem*, vetus Tarrac. quod non placet.

*o* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *generaliter*, additur in concil. poſt vocem *nos*: pro his omnibus eſt in vet. Gregor. verbum *quæſiviſti*. *p Conſultationi tuæ reſpondemus*, concil. *t. reſpondemus*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *conſult. t. t. reſp.* Cont. & alii. *q* Sic etiam Raimund. *conſtitutum*, concil. *ſtatutum*, Barcin.

*r* Sic Gregor. IX. vox *ſeparari*, non eſt in concil. neque olim fuerat in duobus Tarrac.

*s* Sic in concil. *conſentientes*, unus Tarracon. *ſentientes*, Raimund. aliis omiſſis.

*t* Sic etiam Raim. *ſtatuunt*, concil. *inſtituerunt*, duo Tarracon. *u Quod*, additur in concil. *ideoque nobis videtur*, vetus Gregor. *ideo nobis videtur*, *quod*, Contius, & alii.

*x Idem* pro *id*, unus Tarracon. *id fecerit*, alter: ut editum eſt, concil. & Raimund.

*y* Sic vetus Gregor. *poſſint induci*, concil. & Cont. & alii. *z Quod ſi*, concil. non optime.

*aa Ex ignorantia excuſari*, vetus Tarrac. *eos excuſare ignorantia*, concil. *eos ignorantia excuſare*, duo Tarraconenſes, & Raimund. *bb Sua fraus non debet ſibi*, prior editio concil. tantum.

*cc* Sic in concil. & Gregor. *nec dolus*, vetus Tarrac. non male: *& dolus*, alii duo Tarrac.

*dd Wigorn.* unus Tarrac. *Idem*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Vigilienſi Epiſcopo*, Cont. & alii. *Wigornienſi* malo.

*ee* Sic etiam Cont. & alii editi Gregor. ſed in meo veteri eſt tantum, *quæſiviſti*.

*ff* Multa omittunt Raim. & Cont. & pro his eſt in veteri libro, *de duobus compatrum filiis*; *duorum* pro *duobus* in editis. *gg Juncti*, duo Tarrac. *inventi*, tertius. *hh An eorum matrimonium ſit*, duo Tarrac.

*ii Hujuſmodi damus*, tres Tarracon. *kk Reſpondemus*, Raim. *ſcriptura* pro *ſcripto*, unus Tarrac. *ſcripturæ*, alter: tertius omittit eam vocem, & *continentem* pro *continente*, non recte: forte *continenter* ſcribendum.

*ll Tales filii*, tres Tarracon. *quod ſi tales filii*, Raimund. *mm Venerunt*, Raimund.

*nn Suſtineas*, tres Tarraconenſes, & Raimund. *oo Et conjunctos*, Gregorius IX.

*pp* Sic etiam Raim. *pontificalis auctoritas*, duo Tarrac. *qq* Hæc omittunt Raim. & Cont. *eos ipſos*, vet. Tarr.

*rr* Sic etiam Raimund. *non differat*, duo Tarracon. in quibus eſt, *pontificalis auctoritas*.

*ſſ* Vox *te*, non eſt in tribus Tarrac. eſt in Greg. Hæc quæ de conſuetudine dicuntur, omitti a Raimund. potuerunt ſine ulla jactura. *tt Ita quod*, unus Tarracon. & Raimund.

*uu* Sic etiam Raimund. *ſi eadem*, duo Tarrac. *xx* Sic in Gregor. *ratum inter eos*, Barcin. *inter eos tale*, vetus Tarracon. *yy* Vox *factum*, in uno Tarracon. deſideratur: *non* pro *nec*, eſt in veteri Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *zz* Sic etiam Raimund. *fieri prohibeas*, vetus Tarracon.

*aaa Taliter conjunctos*, Raim. *tales* pro *taliter*, olim in vet. Tarr. *bbb Separari*, vet. Gregor. ſolus.

*ccc Habetur*, unus Tarracon. & vetus Gregor. *habeatur*, Contius, & alii.

talia conjugia ſuſtineantur [a], & permittantur (b), tu in eadem (c) eccleſia hujuſmodi [d] conjugia diſſimulare (e) poteris, ita quod nec contradicere, nec tuum præſtare videaris aſſenſum: quia ſicut grave eſt antiquam conſuetudinem circum adjacentium (f) eccleſiarum ſuper his contemnere, ſic quoque gravius videtur, ſi propterea [g] hujuſmodi conjugiis tuum indulgeres [h] aſſenſum, cum poſſet [i] in exemplum aſſumi.

TITULUS XII.

DE COGNATIONE LEGALI.

CAPUT I.

*Nicolaus ad conſulta Burorum* [1] (k).

De cognat. leg. c. 1.

SI qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit (l), quamdiu quidem conſtat adoptionem eſſe inter me, & ipſam (m), nuptiæ conſiſtere non poſſunt [n].

TITULUS XIII.

DE EO, QUI COGNOVIT CONSANGUINEAM SUÆ UXORIS, VEL SPONSAM SUI CONSANGUINEI (o).

CAPUT I.

*Ex concilio apud Metiam* (p).

De eo, qui cogn. conſ. cap. 1.

SI quis cum filiaſtra ſua [q] fornicatus fuerit, nec matrem, nec filiam habere poteſt [r], nec illa, nec ille alii ſe poterit conjungere ullo unquam tempore [s]. At vero uxor ejus (t), ſi ita voluerit, & ſi ſe continere non poteſt (u), ſi poſtea quam cognoverit, quod cum filia vir ejus fuit in adulterio (x), carnale commercium cum eo non habuerit (y), eo mortuo poteſt alii nubere [z].

CAPUT II.

*Alexander III. Wigor. Epiſcopo* [aa].

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 6. cap. 15.

AD aures noſtras perlatum fuiſſe cognoſcas, quod cum quidam parochianus tuus uxorem duxiſſet, ea dimiſſa, aliam S. (bb) conſanguineam ſibi copulare præſumpſit (cc), & eam carnali commixtione cognoſcere, & ſecum tenere minime dubitavit. Cumque prior mulier ei ſuper hoc querelam moviſſet, matrimonium ejus negavit, & ſecundæ copulam confeſſus eſt: unde cum primum conjugium adverſus eum per teſtes probatum fuiſſet (dd), quoniam a ſecunda recedere noluit, ad noſtram audientiam appellavit. Super quo utique tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſuperior [ee] mulier, & ſecunda ſe in prima (ff), vel ſecunda conſanguinitatis linea [gg] contingerit (hh), tu virum facias utraque omni contradictione, & ap. ces. carere, & ſine ſpe conjugii perpetuo

[1] *Bulgaror.* Gregor. IX.

*a Suſtineat*, tres Tarrac. omittunt utrumque Raim. & Cont. *b Et permittant*, duo Tarrac. *permittantur*, Raimund. *c Id in eccleſia tua diſſimulare poteris*, vetus Gregor. voce *id* caret Cont. & alii.

*d* Non eſt hæc vox in duobus Tarracon. in altero eorum, *talia*, poſtea ſcriptum eſt.

*e* Sic etiam Raim. *ſuſtinere*, unus Tarracon. *f* Sic Raim. *circum jacentium*, vetus Tarr. aptius *circa diacentium*, Barcinon. *g Si per eam*, unus Tarracon. *ſuper eam*, vetus Gregor. *ſi propter eam*, Cont. & alii, non male *h Videaris præſtare*, vetus Tarracon. *indulgens*, olim alter Tarrac. mox *indulges*, quod eſt in Gregor. & in Barcinon. *i* Sic etiam in vet. Gregor. *cum poſſet ſic*, Cont. & alii.

*k Bulgarorum*, ſcribendum, ut eſt in Barcin. & in uno Tarracon. & in veteri Gregor. in quo additur vox *Papa* poſt vocem *Nicolaus*, *Paganorum*, eſt in vet. Tarracon. *Urgarorum*, in alio mendoſe: *cap.* 2. additur in Romano lib. Eadem inſcriptio eſt 30. q. 3. cap. 1. apud Grat. *cap.* 3. additur ab Ivone parte 9. cap. 34. decreti: ea verba non ſunt in Panormia lib. 6. tit. 11. cap. 4. *Nicolaus ad conſul. Bul.* Cont. & alii.

*l* Sic etiam Raim. *Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit*, Juſtinian. lib. 1. Inſtitution. tit. 10. de nuptiis. Εἰ δὲ εἴη μοιθετὴ ἀδελφή. Theophilus: *Si vero*, inquit, *fuerit mihi adoptiva ſoror*.

*m Quamdiu durat adoptio inter me, & ipſam*, Raim. & Cont. *quamdiu conſtat adoptio*, *ſane inter me*, *& ipſam*, vetus Tarrac. *adoptio conſtat*, alter Tarracon. *eſſe*, voce omiſſa; *conſtat adoptio*, tertius eodem verbo omiſſo: *quamdiu quidem conſtat adoptio*, *ſane inter te*, *& eam*, Juſtinian. Ἐφ' ὅσον συνέστηκεν ἡ θέσις. Theophil. *quamdiu*, inquit, *conſiſtit adoptio*. *n* Sic etiam Raim. & Juſtin. Ὁ γάμος ἐμποδίζεται. Theoph. *nuptiæ*, inquit, *impediuntur*. A veteribus Gratiani interpretibus Gandulphus reprehenditur, qui negabat hæc ad jus Pontificium pertinere: ne penderet ex alieno arbitrio, ut quæ hodie nuptiæ non conſiſterent, cras recte fierent adoptione diſſoluta. *o* Hæc in veteri Gregor. non ſunt, *uxoris ſuæ vel ſponſæ*, Contius, & alii.

*p* Sic etiam Raim. *alias Med. Alias Meldam.* Cont. margine. *Medam*, Barcin. *Meteriam*, duo Tarracon. in conciliis hæc non invenimus. *q Scienter*, addit Raim. vox *filiaſtra*, pro *privigna* poſitum eſt: eodem utitur Burch. lib. 19. *Feciſti fornicationem cum filiaſtra tua.* Verba hujus capitis inveni in veteri epitome canonum ſine ulla inſcriptione, ſed titulus aptior proximis capitibus fuerat de diverſis pœnitentiis: vox *ſcienter* illic non erat. *r Poteſt habere*, epitome: *ſi feciſti*, *nec matrem*, *nec filiam poteris habere*, Burch. *nec a matre debitum petere*, *nec filiam umquam habere poteſt uxorem*, Raimund. & Contius.

*s* Scribe, *nec illa*, *nec ille*, ut eſt in quattuor Tarracon. *nec illa*, *nec ille aliis ſe poterunt conjungere* &c. epit. *nec tu poteris uxorem accipere*, *nec illa maritum*, *ſed uſque ad mortem pœnitere debetis*, Burch. *nec filiaſtra nec ille ullo umquam tempore alii ſe poterit matrimonio copulare*, vetus Gregor. *aliis ſe poterunt*, Cont. & alii.

*t* Hæc omittunt Raim. & Cont. *Attamen uxor ejus*, &c. epit. *Uxor autem tua* &c. Burch.

*u* Sic etiam epit. *ſi ita eſſe noluerit*, vetus Tarracon. *ſi ita voluerit permanere*, alter Tarracon. *ſi ita noluerit*, Barcinon. *ſi voluerit*, Burchard. in calce totius capitis, aliis verbis omiſſis.

*x Cognovit* pro *cognoverit*, epitome, *& filia ſua* pro *filia*. *Si poſtquam* &c. vetus olim Tarracon. *ſi poſtquam cognovit*, *quod cum filia ſua adulterium perpetratum habuiſti*, Burchard.

*y Non habuit*, epit. & tres Tarracon. *non habuit cum ea*, unus ex tribus non optime: *tecum non concubuit*, Burchard. *z* Hæ duæ voces, *eo mortuo*, non ſunt in epitome, neque in Barcinon. neque in tribus Tarrac. *nubat in domino*, *ſi voluerit*, Burch. „ poſt mortem viri, & non ante ut 32. q. 7. HI QUI ", Alan.

*aa Wigorn.* unus Tarracon. *Vigorenſi Epiſcopo*, in conc. Surianæ edit. *Vuigoren.* prior conciliorum editio: malo, *Wigornienſi*, ut alibi. *bb S.* tres Tarracon. *ſibi*, quartus: *ſcilicet ei*, concil.

*cc* Sic etiam in concil. *præſumpſerit*, duo Tarr. *dd Probaretur fuiſſe*, concil. quod defendi poteſt, ſed non æque placet. *ee* Scribendum eſt, *quod ſi prior*, ut eſt in tribus Tarrac. *quod ſi prima*, concil.

*ff Se vel prima*, conc. *gg Linea conſanguinitatis*, vetus Tarracon. *linea*, concil. altera voce omiſſa.

*hh Contigerit*, ſcribendum; *contingunt*, concil. & duo Tarracon. aptius.

UNED

tuo permanere. Si vero eas in tertio gradu ſolummodo, vel ſupra [*a*] ſeſe attinere conſtiterit [*b*], tu ipſum a ſecunda compellas recedere, & de commiſſo pœnitentia ſibi condigna impoſita, eum priorem ſicut uxorem recipere (*c*), & maritali (*d*) affectione tractare conſtringas.

### CAPUT III.

*Idem Pictavien. Epiſcopo.*

c. 2. eod. VEniens ad nos P. præſentium lator (*e*), nobis fraternitatis tuæ litteras præſentavit (*f*), ex quarum tenore perpendimus, quod quandam duxit in uxorem (*g*), quam quidam [*h*] diſſuaſerunt ei [*i*] per menſem, ex quo eam (*k*) duxerat, non cognoſcere (*l*). Contingit autem (*m*), ſicut dicit [*n*], quod pater ſponſæ * duxit (*o*) uxorem ſuam, quæ ſponſæ mater erat, quam in hujus lecto jacentem ipſe (*p*) diabolo ſuadente cognovit. Tranſacto vero menſe (*q*) tam pater, quam alii propinqui coegerunt ipſum, ut cum ea matrimonium conſummaret (*r*), quod facere noluit, donec tecum ſuper hoc loqueretur. Tuis igitur inquiſitionibus (*s*) taliter reſpondemus, quod ſi occultum eſſet hujuſmodi peccatum (*t*), non poſſet matrimonium reſcindere, quod publice contraxiſſet [*u*]. Unde ſi (*x*) publicum eſt, quod matrem ſponſæ cognovit [*y*], ſi ſponſæ numquam carnaliter adhæſit [*z*], imponenda eſt ei (*aa*) pœnitentia paulo major, quam pro adulterio (*bb*), & exinde peracta pœnitentia, vel parte ipſius pœnitentiæ (*cc*) poterit ex diſpenſatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alii nubere (*dd*), & pater ſponſæ (*ee*), ſi vult, poteſt factum diſſimulare. Ceterum ſi ſponſam cognoverit (*ff*), antequam matrem, vel poſt, nunquam eam, vel aliam in uxorem poteſt accipere (*gg*).

### CAPUT IV.

*Idem* (*hh*).

DE illo, qui [*ii*] mulierem quandam cognovit, & filiam ejuſdem ſibi poſtea in matrimonio copulavit (*kk*), cui jam per decennium cohabitavit, tuæ prud. reſpondemus, quod ſi delictum ejus, ſicut nobis ſignificaſti, occultum exiſtit [*ll*], pœnitentia ſibi condigna debet Non ponit. Poſt conc. L.p.5●.c.4.

* *Juſſit uxorem ſuam, quæ ſponſæ mater erat, in hujus lecto jacere, quam ipſe &c.* Cujac.

*a Interdicto* pro *in tertio*, mendoſe in concil. pro *ſupra* malo *infra*, hoc eſt quarto vel quinto, aut ulteriore: & fortaſſe non ut hodie fieri ſolet, tertium gradum intelligit ſobrinorum, ideſt filiorum duorum conſobrinorum: ſed eorum, qui ſunt in tertio conſanguinitatis, vel affinitatis genere, ut apud Innocent. III. in concil. generali cap. 5●. & cap. 3. de conſanguinitate, quartæ collect. His verbis addit in ſcholiis Tancredus: „ hæc „ diſtinctio reprobatur infra eod. tit. DISCRETIONEM: lib. 3. hoc abice, & illud tene “. Hac de cauſa opinor a Raimund. hoc eſſe caput omiſſum: vide etiam cap. 6. de divort. in hac collect.

*b Attingere* pro *attinere*, concil. non male. *c Sicut uxorem ſuam recipere*, concil. & duo Tarrac. *ſuam accipere*, tertius. *d Decetero*, additur in concil. & in duobus Tarr. *& maritali affectione decetero*, tertius Tarr.

*e Lator præſentium P.* concil. parte 12. cap. 4. titulo de eo qui conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognovit. *Veniens ad nos P. lator, & infra*, vetus Gregor. *præſentium lator*, Cont. & alii: addit autem Contius cetera a Raimund. prætermiſſa: *Lator præſentium*, eſt etiam in veteri Tarraconenſi. *f* Sic etiam Contius: *reportavit*, concil.

*g Quod cum quandam uxorem duxiſſet*, concil. *quod quandam in uxorem duxerat*, Contius: *duxerat* pro *duxit*, duo Tarrac. vox *in* omittitur in eorum altero. *h* Sic etiam Cont. voce *quam*, concil. carent.

*i* Sic in concil. *ſuaſerunt*, Cont. *ei*, voce omiſſa. *k* Vox *ex* non eſt in concil. neque in tribus Tarrac. neque in Contiano: *in* pro *ex*, Barcin. *l* Sic etiam Cont. *carnaliter cognoſcere*, concil. non male.

*m* Scribo *contigit autem*, ut eſt in concil. & apud Cont. & in duobus Tarrac. *Contigerit*, eſt in tertio.

*n* Sic etiam Cont. *ſicut dixit*, concil. *o* Sic etiam Cont. *quod pater ſponſi ad lectum ſponſi duxit*, Barcin. quod nondum probavi: *quod pater juſſit*, concil. non recte: *ſponſi* pro *ſponſæ*, duo Tarrac. olim.

*p Ejus* pro *hujus*, Barcin. & Cont. aptius: vox *ipſe* a Contio eſt omiſſa: *in lecto hujus jacere, quam*, concil. vox *ipſe* ut arbitror ad *P.* hoc eſt *Petrum* refertur, non ad patrem ſponſæ.

*q* Sic etiam concil. & Cont. *autem* pro *vero*, vetus Tarrac. *Cum*, additur ante hæc verba in alio Tarracon. recenti manu. *r Coegerint*, unus Tarrac. vox *ipſum*, neque apud Contium eſt, neque in concil. *ut matrimonium cum ſponſa ſua conſummaret*, concil. *s* Ante hæc verba eſt in concil. *Tu vero audita ejus confeſſione, ipſum cum litteris tuis ad ſedem Apoſtolicam tranſmiſiſti. Tuæ igitur inquiſitioni* &c. ſic etiam eſt in duobus Tarr. exceptis tribus ultimis verbis: *ejuſdem* pro *ejus*, eſt in Barcinon. & *tranſiviſti* pro *tranſmiſiſti*, non recte: hæc quoque poſtea ſunt: *Conſulentes, ſi illum habere debet pro uxore, cujus matrem cognoverat; & quæ ſibi eſſet pœnitentia injungenda. T. reſp.* vetus Gregorianus aliis omiſſis. *Inquis. t. t. reſp.* Cont. & alii.

*t Hujus, delictum*, concil. multa omittunt Raim. & Cont. vide cap. 1. hoc titulo collect. 3.

*u* Sic etiam in concil. *contractum eſſet*, unus Tarrac. *x Verum ſi*, concil.

*y Quod matri ſponſæ carnaliter adhæſit*, concil. ſed ſuſpicor aliquot verba deſiderari: *quod ſi matrem ſponſæ ſuæ cognoverit carnaliter*, vetus Gregor. *cognovit*, Cont. & alii, voce *carnaliter*, omiſſa.

*z Et ſponſæ numquam ante carnaliter adhæſit*, vetus Gregor. voce *ante* carent Cont. & alii: hæc omnia in conciliis deſiderantur: *ſi ſponſam numquam cognovit*, unus Tarracon.

*aa* Vox *ei*, non eſt in concil. eſt in Gregor. ut caduca notatur in vet. Tarrac. olim enim deſiderabatur.

*bb* Sic Raim. *de adulterio*, concil. *cc* Vox *ipſius*, non eſt in concil. *qua peracta, vel parte ipſius*, Raim.

*dd* Sic etiam in concil. *alia* pro *illa*, unus Tarracon. hæc omittunt Raimund. & Cont.

*ee* Hæc clauſula neque eſt in concil. neque in Gregor. *ſponſi* pro *ſponſæ*, duo Tarracon.

*ff* Sic etiam in concil. *cognovit*, Raim. *gg* Sic etiam Raimund. *poterit* pro *poteſt*, concil.

*hh Idem eidem in eodem*, in concil. parte 50. cap. 4. & cap. 3. *Idem in eodem libro II.* (alias *XII.*) *Vu. Albanenſi Epiſcopo Vicario noſtro.* Sic etiam cap. 5. de tempor. ordinat. in hac collect. *Alex. III. W. Alban. Epiſcopo.* *ii De adoleſcente, qui*, concil. Ante hæc verba fortaſſe addi debuit. *Pars cap.* EX TUARUM. ex d. c. 3.

*kk Poſtea in*, vetus Tarrac. omiſit: *filiam ejus poſtea matrimonio ſibi copulavit*, concil.

*ll* Sic etiam in concil. referuntur hoc loco a Vincentio Hiſpano & Tancredo Bononienſi veterum opiniones, Melendi ſive Menendi Hiſpani, qui putabat hunc debere reddere debitum, B. & Laur. qui negabant propter conſcientiam. Petrus Corbolienſis, quem alibi P. Hiſpanum appellari diximus, diſtinguebat gradus ab eccleſia, & jure divino prohibitos. Tancredus opinionem B. & Laur. ſequebatur cum diſtinctione Innoc. III. de ſentent. excomm. INQUISITIONI: lib. 3. Dicti Petri Hiſpani mentionem invenies in ſcholiis Gratiani 33. q. cap. 3. P. de Corbolio

bet imponi, nec eſt ab uxore, quæ tanti (*a*) ſceleris inſcia eſt, propterea ſeparandus: ſi autem id publicum, & notorium (*b*) eſſe dignoſcitur, & ab uxore ſeparari debet, & perpetuo ſine ſpe conjugii permanere (*c*).

## CAPUT V.

*Idem Verulan. Epiſcopo (d).*

Non ponitur, c. 5. d. p. 50. EX relatione I. præſentium latoris, & ex tenore litterarum tuarum accepimus, quod cum idem I. ſororem uxoris ſuæ carnaliter cognoviſſet, & cum ea diutius permanſiſſet, tu eos ab invicem ſeparaſti, & jam dictum I. ad noſtram præſentiam (*e*) deſtinare curaſti. Super quo utique f. t. (*f*) duximus reſpondendum, ut eum ſtudeas Hieroſolymam deſtinare, deinde vero cum ad propria redierit, ne ex abſentia [1] (*g*) illorum deterius forte contingat (*h*), diſſimulare poteris (*i*), quod uxori ſuæ cohabitet, non tamen ut eis (*k*) licentiam, aut favorem tuum indulgere aliquatenus videaris.

# TITULUS XIV.

# DE CONSANGUINITATE, ET AFFINITATE (*l*).

## CAPUT I.

*Lucius III. Spaloten. Archiepiſcopo (m), pars c. Super eo quod (n).*

VErum ſuper eo, quod in * quarto, & quinto (*o*) gradu conſanguinitatis in provincia tua quidam dicuntur conjuncti, propter duritiam populi, matrimonia talia licet ſint contra ſacrorum (*p*) canonum inſtitutionem contracta, ſub ſilentio, & diſſimulatione (*q*) poteris præterire. Non ponitur, * *In quinto*, tantum al.

## CAPUT II.

*Alexander III. Caſſinen. Abbati (r).*

EX litteris tuis ad nos directis (*s*) accepimus, quod cum quidam ſecreto inductam mulierem (*t*) ſubarraſſet, & cognoſcens carnaliter (*u*) cohabitaſſet cum ea per annum; Mundualdus virum mulieris traxit in cauſam (*x*) proponens, quod illam in poteſtate ſua poſitam (*y*), quaſi fornicariam cognoviſſet, tunc vir, & mulier juramento firmarunt (*z*), quod ab initio alter [*aa*] in alterius copulam maritalem conſenſerunt (*bb*), & de cetero ſicut vir, & mulier inſimul cohabitarent (*cc*). Cum autem nec juramento mulieris fidem procurator habuerit (*dd*), exegit eam (*ee*) publice ſubarrari. De conf. & affin. c. 1.

(1) Alii, *abſtinentia.*

bolio præceptor Innoc. 3. fuit, ut apparet ex lib. 1. regiſtri ejuſd. epiſt. 467. & lib. 2. epiſt. 49.

*a Nec ab uxore tanti*, concil. & duo Tarracon. *b Si vero id notorium*, concil.

*c Et ſine ſpe conjugii perpetuo permanere*, concil. prioris edit. vox *perpetuo* in Suriana editione deſideratur.

*d Verulano Epiſcopo*, in eodem libro, concil. d. parte 50. cap. 5. intelligo autem ſumi hæc ex libro II. ſive XII. regiſtri Alex. III. *Vemulan.* pro *Verulan.* eſt in uno Tarracon. *Vervalon.* in altero; utrumque mendoſum exiſtimo. *e Audientiam*, concil. *f Fraternitati tuæ*, concil. & duo Tarrac. apertius.

*g Abſtinentia*, concil. & unus olim Tarr. *de* pro *ex*, vetus Tarrac. ſed duo Tarrac. voce eadem *ex* carent.

*h Ne deterius tibi aliquid contingat*, Joann. cap. 5. Ἵνα μὴ χεῖρον πτοι γένηται.

*i* Hujuſmodi diſſimulationes Raim. recte omiſit: ſunt etiam aliæ conſtitutiones ſimiles in concil. parte 12. a Bern. & Raim. omiſſæ. *k Ad hoc*, additur in concil. & in tribus Tarracon. *Et non* pro *non*, eſt in veteri Tarracon. *l* Sic etiam Raimund. & Cont. *vel* pro *&*, unus Tarracon.

*m Spalentinſi*, vetus Tarrac. *Spatolen.* alter. *Spoletan.* tertius. *Spalatren.* malo, aut *Spoletano Epiſcopo.*

*n* Integra clauſula exſtat cap. 3. de bigamis non ordinand. in hac collect. cujus inſcriptio eſt, *Lucius III. Spoletano † Archiepiſcopo*: ſic etiam ſub tit. de ſimonia cap. 18. *Lucius III. Spaloton. Archiepiſcopo. Pars c.* SUPER EO, QUOD. ſed in duobus Tarracon. illic eſt, *R. Spalaton.* in tertio eſt, *Spalat.* ego *R. Spalat.* in tribus his capitibus ſcriberem: *Spalen. Archiepiſcopo*, Raimund. & Contius.

*o Vel in quinto*, vetus Tarracon. *p Sanctorum*, tres Tarracon.

*q* Hæc eſt cauſa, cur a Raim. ſit hoc caput omiſſum, ut alia. Vide cap. 5. tit. 13. ſic etiam Gregorius cum Britannis diſpenſatione uſus eſt: vide apud Grat. 35. q. 2. & 3. cap. 20. & q. 5. cap. 2. p. QUÆDAM, Burch. lib. 7. cap. 19. & 20. Ivon. parte 9. cap. 55. & 56. decreti, & lib. 7. tit. 8. cap. 4. them. 1. & lib. 7. tit. 10. cap. 4. & 5. Panorm. & Anſelm. lib. 10. cap. 31. & 32. & Gregor. lib. 12. epiſt. 31. & ad interrog. 6. Auguſtini Cantuarien. *r Caſin. Abbati*, vetus Gregor. *Caſſi.* alter vetus. *Caſſin.* unus Tarrac. olim *Caſſain. Caſſ.* alter Tarracon. *Idem Caſſinien. Abbati*, concil. parte 6. cap. 32. ſed vox *Idem* refertur illic ad Innoc. III. vel potius II. *Caſſien. Abbati*, Contius, & alii.

*s* Sic etiam concil. vox *tuis* non eſt in uno Tarrac. tribus poſterioribus verbis carent Raim. & Cont.

*t Mulierem viduam*, concil. *quandam viduam*, Raimund. *u* Sic etiam in concil. *& carnaliter cognoviſſet, & infra*, Raimund. Addit autem Cont. alia ab eodem R. omiſſa: initio tamen non recte ſcribit, *& cohabitaſſet.*

*x* Sic etiam concil. *Mundualdum*, Cont. non recte. *Mundoaldus*, tres Tarracon. „ nomen officii eſt in Apu„ lia *R.* “ ſive, ut interpretor, Ricardus natione Anglus. In alio veteri ſcholio eſt: „ Ideſt procurator, „ ſecundum quoddam idioma “. Sic poſtea cum procurator idem dicatur in hoc reſcripto, Alanus addidit „ im„ proprie procurator Mundualdus dicitur, qui non habebat a muliere mandatum “. Ego ordinem verborum muto: *Mundualdus mulieris virum traxit in cauſam.* De Mundualdo vide leges Longobardorum lib. 2. tit. 10. qualiter mulieri liberæ alienare permiſſum eſt, & tit. 11 qualiter Mundualdus amittat mundiam. Non procuratorem interpretor, ſed magis tutorem, ſive curatorem: ut apud veteres Romanos mulieres erant in perpetua propinquorum tutela. *y* Vox *ſua* non ad virum, ſed ad Mundualdum refertur: obſcure hoc Laurentius ſignificat his verbis: „ Aliter accipitur poteſtas inſt. de tutelis: in princ. & ſic ſolvitur illud contra “.

*z* Sic in concil. *quaſi juramento firmaverunt*, Contius non optime.

*aa Ab anno*, pro *ab initio*, concil. & duo Tarrac. *ab anno & plus*, Barcin. *quod ab anno alter, & plus*, Cont.

*bb Conſenſerat*, concil. & Barcinon. & duo Tarracon. ſed in altero eorum, *Conſenſerant*, olim fuerat: quæ vox eſt in tertio Tarracon. *conſenſerat maritalem*, Contius.

*cc Simul cohabitarunt*, concil. *inſimul cohabitent*, unus Tarrac. *habitarent inſimul*, Cont.

*dd Nec juramento fidem mulieris procurator habuit*, concil. & duo Tarrac. *habuerit*, duo item Tarracon. cetera; ut concil. *nec juramento, nec fidem mulieris procurator habuit*, Contius non ſine mendo.

*ee* Sic in concil. *exigit*, tres Tarracon. & Cont.

rari. Quod cum vir facere (a) paratus eſſet in conſpectu eccleſiæ [b], ſurrexerunt duo proponentes præfatæ mulieri conjuges (c) in quinto gradu (d) conſanguinitatis, & primo genere affinitatis (e), ſeſe contingere: quia pater illius [f], qui eam ſubarrare volebat, priorem virum in quarto gradu conſanguinitatis attigerit [g]. Unus autem ita ſe * vidiſſe juravit (h), alius autem noluit id juramento firmare (i), & ob hoc (k) licet ille præfatam mulierem (l) ſubarrare diſtulerit, minime tamen ab ejus cohabitatione diſceſſit. Proceſſu vero (m) temporis ad inſtantiam Mundualdi [n] præfatus publice (o) matrimonium celebravit, & poſtmodum fere cum uxore per annum (p) permanſit: nunc autem quæſtio prima revixit, & jurarunt duo (q) coram Archipresbytero plebario (r), ut dicis [s], quod primus vir fuit in quinto gradu conſanguinitatis patri præſentis viri [t]. Unde quia (u) diverſi diverſa ſentiunt (x), quid agendum ſit in hoc caſu, noſtris litteris quæris (y) edoceri. Quo circa d. t. per A. s. pr. [z] m. qua. utramque partem ante tuam præſentiam [aa] convoces, & faciens (bb) teſtes coram te jurare adhuc inquiras [cc], a quibus [dd], & quando didicerint, quod teſtantur. Si vero poſt motam quæſtionem didicerint, non eſt jam dictum (ee) matrimonium diſſolvendum: ſimiliter (ff) nec ſi ab accuſatoribus matrimonii didicerint. Inquiſita vero veritate diligenter, ſi per teſtes circumſpectos, & omni exceptione majores inveneris (gg), quod primus vir patrem ſuperſtitis [hh] in quinto, vel ſexto gradu conſanguinitatis attigerit [ii], non differas ſententiam divortii promulgare. Æque enim, ut canones dicunt, abſtinendum eſt a conſanguineis uxoris, ut a propriis [kk] uſque ad ſeptimum gradum (ll). Ceterum prudentiam tuam volumus non latere [mm], quod perſonæ (nn) idoneæ nominandæ ſint, & gradus diſtinguendi, & ab utroque latere computandi, nec ſunt cauſæ matrimonii tractandæ per quoslibet, ſed per judices diſcretos, qui poteſtatem habeant judicandi, & ſtatuta canonum ſuper his nequaquam ignorent [oo].

* *audiviſſe.*

## TITULUS XV.
## DE SOBOLE SUSCEPTA EX SECUNDIS NUPTIIS.
### CAPUT I.

*Alexander III. Canonicis Mutin.* (pp)

Dilectus filius noſter Ægidius canonicus veſter apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus a nobis ex parte veſtra requiſivit (qq), ſi proles ſuſcepta ex ſecundis nuptiis in quarto gradu poſſit ad conſortium cognationis prioris viri tranſire. Ideoque vobis ſignificatione præſentium reſpondemus, quod ſoboles ex ſecundis nuptiis

Non ponitur.

a *Publice facere*, concil. plenius (*quod*) *tandem cum vir*, Cont. *Tandem cum vir*, Raim.

b Sic in concil. *eam in conſpectu eccleſiæ ſubarrare*, Raimund.

c *Conjugem*, Barcinon. & duo Tarrac. *mulieris* pro *mulieri*, concil. & tres Tarracon. multa Raimund. & Cont. omittunt. d *Vel ſexto*, additur in concil. e Hæc in uno tantum Tarracon. addita ſunt, in aliis tribus nulla ſunt, neque in concil. neque in Barcin. *ſcilicet* pro *&*, Tancred. qui notat in quibuſdam libris hæc addi, ſed gloſſam eſſe ſuperiorum verborum: ſic enim loquitur: „ Veteribus autem gloſſæ ſunt obſcura „ verba, quæ interpretationem indigent “. Hodie ita ſcholia dicimus improprie, ut Tancr. & ceteri.

f *Iſtius*, tres Tarracon. *ejus*, concil. *quod iſte*, Raimund. & Contius. g Sic in conc. *attingit*, Raim. *in* omiſſo: mutat autem perſonas, quod enim Alex. de patre, hæc de filio dicit.

h *Audiviſſe*, malo, quam *vidiſſe*, ut eſt in tribus Tarracon. & in concil. & in Gregor. uno veteri excepto, in quo eſt *audiſſe*. i Vox *autem* omiſſa eſt a Raim. *alius autem id jurare voluit*, conc. mendoſe pro *noluit*.

k Sic in concil. eadem verba ſunt in Contiano libro, in quo adduntur a Raim. prætermiſſa.

l Sic etiam Cont. *viduam* pro *mulierem*, concil. m Vox *vero* non eſt in vet. Tarracon. ſolo.

n Sic in concil. *Mundoaldi*, tres Tarrac. *Medualdi*, Cont. non recte.

o *Præfatus vir publice*, concil. & Cont. aptius. p *Cum uxore*, in vet. Tarrac. deſideratur: *fere per annum cum uxore*, concil. & Cont. & duo Tarrac. non male. q *Et juraverunt duo*, concil. & Raim. *viri*, additur in duobus Tarrac. r *Coram Archiepiſcopo plebano*, concil. mendoſe. *Plamboriæ* vetus Tarracon. pro *plebario*. *Plambariolis*, duo Tarrac. in quorum altero *presbytero* eſt pro *Archipresbytero*. *Plubacenſi*, vetus Gregor. *Plumbarolæ*, alter vetus, & Cont. & alii: forte *Palumbariæ*, ſive *Palumbarolæ*, ſcribendum.

s *Velut dicis*, concil. *ut dicunt*, unus Tarracon. omittunt omnia Raimund. & Cont.

t *Viri præſentis*, concil. *patris* pro *patri*, duo Tarrac. *ſuperſtiti quinto conſanguinitatis gradu conjunctus*, Raim.

u Hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio. x Sic in concil. *faciunt*, vetus Tarracon.

y *Meis quæris litteris*, concil. non optime. z *Dis. tuæ*, pro *d. t.* duo Tarracon. vox *pr.* in tribus deſideratur: omnibus carent Gregor. *diſcretioni tuæ per A. ſ.* concil. voce *pr.* omiſſa.

aa Sic conc. & Raim. *ante te*, duo Tarracon. bb *Et facias*, concil. & Raimund.

cc *Ad hoc* pro *adhuc*, duo Tarrac. *ad hæc*, tertius, & Cont. *& adhuc*, concil. recte autem Cont. addit a Raimund. omiſſa. dd Sic in concil. *& in quibus*, addit Cont. me parum probante.

ee Sic etiam in concil. *non eſt ad eorum dicta jam dictum*, Contius plenius.

ff Hæc vox in uno tantum Tarracon. deſideratur. gg Sic in concil. vox *&* non eſt in Gregor. *inveneris meliores*, vetus Tarraconenſis, quod nondum probavi. hh Sic in concil. *ſuperſtitem*, Raim. & Cont. *viri*, addit vetus Tarraconenſis. ii Vox *in* omittitur a veteri Tarr. vox *conſanguinitatis* a conciliis: *quarto gradu conſanguinitatis attingit*, Raimund. kk *Ac propriis*, conc. *& propriis*, duo veteres Gregor. *ut* pro *&*, Cont. & alii, & unus Tarraconenſis: *vel propriis*, alter Tarraconenſis.

ll *Sextum*, concil. omittunt omnia Raimund. & Contius. Ante conſtitutionem generalis concilii ſub Innoc. III. hæc ſeptimi gradus prohibitio obtinuerat: ſed an gradus acceperint, ut juriſconſulti ſub titulo de gradibus, an ut Alex. II. cap. 2. apud Grat. 35. q. 5. quærendum. Hujus collectionis tempore certum eſt Alexandrinam conſtitutionem fuiſſe receptam. mm Sic multi Greg. & Cont. *te volumus non latere*, vetus Raim. liber: *prud. tuam nolumus latere*, concil. nn Hæc ſunt in concil. omiſſa ſunt a Raim. & Contio. Hac de re actum eſt diligenter ab Innoc. III. cap. 52. concilii generalis, & exſtat in 4. collect. cap. 6. hoc titulo.

oo Sic etiam in concil. *non ignorent*, Raimundus, & Cont. aliis omiſſis.

pp *Mi.* vetus Tarraconenſis. qq *Quæſivit*, tres Tarracon.

UNED

ptiis ſuſcepta, conſortio cognationis prioris viri in præſcripto (*a*) gradu conjungi de jure non poteſt.

### CAPUT II.

*Idem Verulan. Epiſcopo* [*b*].

Non ponitur.

QUia nobis ſignificatum fuerat, quod Octavianus avus Octaviani de Tracterio (*c*) quandam fœminam carnaliter cognovit (*d*), ex qua filium procreavit, & poſtmodum virum accipiens, filium generavit; cui cum Octavianus prædicti Octaviani nepos filiam ſuam tradere diſponeret in uxorem, f. t. nos mandaſſe (*e*) recolimus, ut id (*f*) matrimonium fieri prohiberes (*g*), & ſi contractum eſſet, omnino faceres diſſolvi. Sane ſcire volumus (*h*) ſollicitudinem tuam, quod illis, qui in aliis cauſis ex auditu ſolummodo teſtificantur, fides non eſt aliquatenus adhibenda, ſed in parentela, & matrimonio teſtimonium ſufficit ex auditu (*i*), ſi teſtes juraverint ſe a majoribus ſuis hoc audiſſe, & ipſi ita credant.

## TITULUS XVI.

## DE FRIGIDIS, ET MALEFICIIS (*k*), ET IMPOTENTIA COEUNDI (*l*).

[1] *Burch.* Greg. IX.

### CAPUT I.

*In B.* (1) *lib. xix.* (*m*)

De frig. c. 1.

ACcepiſti mulierem (*n*), & per aliquod tempus habuiſti (*o*) per menſem, aut per tres, aut poſtremo per annum (*p*), nunc primum (*q*) dixiſti te eſſe frigidæ naturæ (*r*), ita ut [*s*] non potuiſſet coire cum illa [*t*], nec cum aliqua alia; & ſi illa, quæ uxor tua eſſe debuit, eadem affirmat (*u*), quæ tu dicis; ſi probari poteſt per verum judicium (*x*) ita eſſe, ut dicitis, ſeparari poteſtis [*y*], ea tamen ratione, ut ſi poſt aliam acceperis, reus perjurii (*z*) dijudiceris, & iterum poſt peractam pœnitentiam priora connubia reparare debetis [*aa*]. Illa autem ſi prior poſt annum, aut dimidium ad Epiſcopum, aut ad ejus miſſum (*bb*) ſe proclamaverit, & dicet (*cc*), quod non cognoviſſes eam, & negat (*dd*) aliquam commixtionem inter vos eſſe: tu autem affirmas, quod uxor tua ſit (*ee*), tibi credendum eſt, eo quod caput es mulieris [*ff*], quia ſi ſe proclamare voluerit (*gg*), cur tamdiu tacuit? cito, & in parvo [*hh*] tempore ſcire mulier po-

*a* Vox *viri* deſideratur in duobus Tarrac. & in eorum altero eſt *ſcripto* pro *præſcripto*: ego nihil muto. Cur hac de re nihil Gregor. IX. retulerit, apparet ex conſtit. concilii geneneralis ſub Innoc. III. cujus initium eſt, *Non debet.* *b* *Murelan. Epiſcopo*, vetus Tarracon. *c* *De Caſſio*, Barcinon.

*d* Vox *carnaliter* in uno Tarrac. non eſt. *e* *Nos mandare*, vetus Tarraconenſis.

*f* *Ut idem*, Barcin. *g* *Prohibeas*, vetus Tarraconenſis. *h* Hæc ad titulum de teſtibus, ſive ad titulum de conſanguinitate pertinent. Prior pars hoc tempore nullam pateretur quæſtionem, nec id matrimonium impediretur. *i* „ Alius caſus eſt de confeſſione ſolutæ pecuniæ, ut 3. q. 9. par. De his. Quartus in memo„ria facti operis. Dig. de probat. Si arbiter: de aqua pluv. arcend. in ſumm. p. antep. Quintus caſus, „ Cod. de teſtam. Hac consultissima. 1. resp. “ Vincent. *k* *Maleficiatis*, Raim. *maleficia*, unus Tarrac.

*l* Hæc in uno Tarrac. & veteri Gregor. deſiderabatur, habent alii veteres, & recentes.

*m* *In Brocardo*, tres Tarrac. & vetus Gregor. in quo cetera deſiderantur. *In B. XX.* alter vetus: *ex Brocardico lib. XIV.* Cont. *alias X.* in marg. *XVIII.* alii editi, & unus Tarrac. *In Brocardi lib. XIV.* Barcinon. Exſtat Burchardi Vormacienſis Epiſcopi decretorum liber, in quo libro XIX. agitur de pœnitentiis: illic verba hujus capitis exſtant. Alanus huic capiti quaſi ſine nomine auctoris fidem abrogat. Sed Burch. ait ſe ea, quæ dixit, ſumpſiſſe ex veterum libris, his verbis in calce capitis octavi: „ Hæc omnia de canonibus, & de „ ſanctorum patrum ſententiis, & de Hieronymo, Auguſtino, Gregorio, Theodoro, Beda, & ex pœnitentiali „ Romano, vera collegimus “; forte *jura*, vel *verba* pro voce *vera* ſcribendum.

*n* In mendoſum librum incidit Contius, cum ait, ex 1. comp. tit. de ſobole ſuſcepta ex 2. nuptiis „ ſuſ„ picor titulum, ſive rubricam de frigidis &c. in eo libro ſcribi cap. 2. magno librarii flagitio “.

*o* Sic etiam Raimund. *& habuiſti eam aliquod tempus*, Burchard.

*p* Vox *per* non eſt apud Burch. & in libris Tarrac. eſt enim in aliquibus libris, & in eiſdem adjecta nonnumquam veteri ſcripturæ: *vel tres*, eſt in uno Tarracon. vox *poſtremo* non eſt in Barcin. neque in Gregor. cetera, ut edita ſunt. *q* *Et nunc primum*, Raimund. *& tunc primum*, Burchard.

*r* *Frigidum natura*, vetus olim Gregor. ſolus non male. *s* *Ita quod*, vetus Gregor. tantum: vox *ita* in veteri Burch. libro non eſt. *t* *Ea*, Burch. & vetus Gregor. *cum ea coire*, vetus Tarracon. ut editum eſt, alter vetus Gregor. & Cont. & alii. *u* Voce *eadem* caret vetus Gregor. ſolus.

*x* *Et ſi probari poteſt per rectum judicium*, Burchard. *& probari per verum judicium poteſt*, duo veteres Gregor. *& probari poteſt* &c. Cont. & alii: *ſi poteſt probare, quod verum ſit, per juſtum judicium*, Gregor. apud Grat. 33. q. 1. cap. 1. & 27. q. 2. cap. 28. & Ivo. lib. 6. tit. 10. cap. 4. Panorm. & parte 8. cap. 178. decreti, & Burch. lib. 9. cap. 4. & Anſelm. lib. 10. cap. 24. *y* *Ut dicis, ſeparari potes*, Barcin. ſolus.

*z* *Qui juraverint, perjurii crimine rei teneantur*, Gregor. apud Grat. 33. q. 1. cap. 2. & Ivon. parte 8. cap. 182. decreti, & Burch. lib. 9. cap. 44. & Anſelm. lib. 10. cap. 22. *juraverant* pro *juraverint*, eſt in veteri Gratian. libro. *Gregor. II.* dicitur ab Ivone lib. 6. tit. 10. cap. 5. Panorm.

*aa* Sic etiam duo veteres Gregor. *debes*, vetus Tarracon. *debebis*, Cont. & alii: *renovare debetis*, Burch.

*bb* Sic Burch. vox *ad* non eſt in uno Tarracon. neque in Gregor. *commiſſum* pro voce *miſſum*, vetus olim Gregor. neutra vox placet, ſed *vicarium*, mallem: ſed vide cap. 4. de regularibus in hac collect.

*cc* *Dicit*, Burch. & duo Tarrac. *reclamaverit dicens*, vetus Gregor. *proclamaverit dicens*, alter vetus & Cont. & alii. *dd* Hæc omittunt Raimund. & Cont. habet Burch. & certe ſupervacanea ſunt, ut alia non pauca, ſumpta ex imperitorum ſermonibus. *ee* Sic etiam Burch. *tu autem in contrarium affirmas*, vetus Gregor. vox *in* non eſt in altero veteri neque in aliis editis. Recte mutavit Raimundus dubia Burchardi verba.

*ff* Sic etiam Raim. *mulieris es*, Burch. *quia vir caput eſt mulieris*, ex concilio apud Compendium cap. 20. Burch. lib. 9. c. 42. Ivo p. 8. c. 180. decreti, & c. 8. dicti tit. 10. Panorm. & Grat. 33. q. 1. c. 3. ſumuntur autem eadem verba ex epiſt. 1. Pauli ad Corinthios capite 11. quo etiam capite dicitur uxorem viri gloriam eſſe: ſimilis ratio eſſet, ſi diceremus ab eodem Apoſtolo dictum eſſe, uxores viris ſubditas eſſe oportere, ut dicitur in epiſt. ad Epheſios cap. 5. & ad Coloſſen. cap. 3. & in epiſtola 1. Petri Apoſtoli cap. 3. ſed hæc negat ſe uxorem eſſe, quæ ſpadoni nupta ſit. *gg* *Voluerat*, Burch. vox *ſe* non eſt in Gregor. neque in duobus Tarrac. *voluit*, eſt in uno veteri Gregor. & in multis editis, & in tribus Tarracon. *voluerit*, in altero veteri Gregor.

*hh* Sic Burch. *cito enim, & parvo*, vetus Gregor. *in parvo*, alter vetus, & Cont. & alii.

UNED

poterit (a), ſi ſecum coire potuiſſes. Si autem ſtatim (b) in ipſa novitate poſt menſem, aut poſtremum ſi poſt duos (c) ad Epiſcopum, aut ad ejus miſſum (d) proclamaverit, dicens, volo eſſe matrem [1] (e), volo filios procreare, & ideo maritum accepi; ſed vir, quem accepi (f), frigidæ naturæ eſt, non poteſt ea facere, propter quæ illum accepi. Si probari poteſt (g), per rectum judicium, ſeparari poteſtis, & illa ſi vult, nubat in domino (h).

## CAPUT II.

*Alexander III. Adranenſi* [2] *Epiſcopo* (i), *pars c. Conſuluit* (k).

Non ponit. Poſt conc. Lat. p. 6. cap. 24. SUper eo vero, quod de illo nobis ſignificaſti, qui cum procreare velit (l) filios, uxori ſuæ nunquam carnis debitum reddidit, vel reddere potuit: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod diverſa ſunt (m) inde decreta, & diverſæ ſententiæ (n); ſed conſuetudo eſt Romanæ eccleſiæ in ſimilibus taliter tenere; quod ſi non poteſt eam ſicut uxorem habere, ipſam habeat ſicut ſororem (o).

## CAPUT III.

*Idem Abianen. Epiſcopo* (p).

c. 2. eod. QUod ſedem Apoſtolicam (q) conſulis (r) ſuper iis, quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus, & acceptum, & tua exinde fraternitas non parum commendanda videtur (s), ex tua ſiquidem parte nobis eſt intimatum, quod quædam mulier tui Epiſcopatus cuidam viro nupſit ignorans [t], quod propter utriuſque (u) inguinis rupturam genitalia ejus eſſent abſciſſa (x), nec ab eo (y) cognita fuiſſet: qui utique modo factus leproſus ſe pariter, & ſua reddidit (z) domui infirmorum: mulier vero ad domum paternam reverſa, ſicut juvenis (aa) alii viro nubere deſiderat, & conjugali affectu [bb) conjungi. Verum licet (cc) eccleſia Romana non conſueverit (dd) propter naturalem frigiditatem (ee), nec propter alia [ff] maleficia legitime conjunctos dividere; ſi tamen conſuetudo generalis (gg) Gallicanæ eccleſiæ habet, ut hujuſmodi matrimonium diſſolvatur (hh), nos patienter tolerabimus, ſi ſecundum illam (ii) conſuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, nubendi in domino conceſſeris facultatem, ſicut enim puer, quia (kk) non poteſt reddere debitum, non eſt aptus conjugio, ſic quoque qui impotentes ſunt [ll], minime apti (mm) ad contrahenda matrimonia reputantur [nn].



[1] *Mater*, Gregor. IX.

(2) *Andren.* conc.

*a Potuit*, tres Tarrac. & Burch. *ſcire potuit*, Raim. *b* Vox *ſtatim*, in uno Gregor. deſideratur. *Si autem ſe ſtatim*, Burch. *c* Voce *ſi* caret Burch. *ſe* pro *ſi*, eſt in tribus Tarrac. ſed in uno eorum deletum eſt: *aut duos*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: *poſtremo* pro *poſtremum*, Barcinon. poſt vocem *duos* addit Burch. *ſe*, non recte, cum eadem vox eſſet prius ſcripta ante vocem *ſtatim*.

*d Vel* pro *aut*, Burch. *aut ejus miſſum*, Raim. Editis verbis addit *ſe* vetus Tarracon. non recte.

*e* Scribe *mater*, ut eſt in tribus Tarrac. & in Barcin. & in Gregor. in uno tamen veteri Gregor. vox *dicens* non eſt. *Dicens*, *volo mater eſſe*, Burch. ſumuntur hæc ex verbis Gregorii apud Burch. Ivonem, Anſelm. & Grat. d. cap. 2. can. 33. q. 1. *Quod ſi mulier cauſatur*, & *dicit*, *Volo eſſe mater* & *filios procreare*.

*f Sed quia vir* &c. Burchard. & Barcinon. & unus Tarracon. *quia* pro *ſed*, alter Tarracon. *ſed idem vir*, tertius: omnibus caret vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii editi.

*g* De his verbis ſupra dictum eſt: eadem habent Burchard. & Raimund.

*h Nubat tantum in domino*, vetus Gregor. ſolus: *nubat in domino*, *ſi vult*, Burch. *cui vult nubat*, *tantum in domino*: verba ſunt Pauli Apoſtoli epiſt. 1. ad Corinthios cap. 7. refert Grat. 33. q. 2. in princ.

*i Adrenenſi*, Barcin. *Aderen.* vetus Tarrac. *Adæ Remenſi*, duo alii Tarrac. *Idem Andren. Epiſcopo*, concil. refertur autem vox *Idem* ad Urbanum, ut opinor, tertium. *k* Hæc in concil. non ſunt. Integra clauſula exſtat ſub titulo de jure patronatus cap. 18. in hac collectione *Andrenſi Epiſcopo*, inſcripto: vide etiam in concil. parte 15. cap. 15. *l Vellet*, conc. & unus Tarracon. *qui procreare nolit*, alter Tarrac. non recte.

*m* Sic in conc. *ſint*, unus Tarracon. *n* Vox & non eſt in conciliis: „ Cardinalis dixit, & male, quod „ nec naturalis frigiditas matrimonium impedit ", Laurent. hujus Cardinalis opinio in ſcholiis veteribus Grat. notatur, in editis mentio fit 33. q. 1. in fine: nomen hujus Cardinalis adhuc quærimus.

*o* Sic etiam in concil. *ipſam ſicut ſororem habeat*, unus Tarracon. *Iſte vero ſi non poteſt ea uti pro uxore*, *habeat eam quaſi ſororem*, Gregor. apud Burch. lib. 9. cap. 44. Ivon. parte 8. cap. 182. decreti, & lib. 6. tit. 10. cap. 5. Panorm. Anſelm. lib. 10. cap. 23. & Grat. 33. q. 1. cap. 2. *Autem* pro *vero*, habet ſolus Anſelm. *uxorem* pro *ſororem*, Panorm. mendoſe; voce *eam*, ſolus Gratian. utitur.

*p Ambienſi Epiſcopo*, *ex lib.* 12. *regiſtri*, concil. parte 50. cap. 28. priori editione. *Ambien.* vetus Gregor. *Ambianen.* Cont. & alii, quod malo. Sic eſt in Suriana concil. editione.

*q* Recte Cont. addit a Raimund. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. Eiſdem fere verbis utitur Innoc. III. cap. 4. de officio judicis ordinarii in 3. collect. eaque addidit Cont. cap. 10. ejus tit. in Gregoriana. Integra Innocentii epiſt. exſtat lib. 2. regiſtri epiſt. 73. & iterum epiſt. 267.

*r* Sic etiam concil. & d. cap. 4. & regiſtr. *conſuluiſti*, Barcin. & Cont. hic; ſed d. cap. 10. ut editum eſt.

*s* Sic etiam concil. & Cont. *videtur merito commendanda*, Inn. d. ep. 73. & 3. collect. *merito videtur commendanda*, d. epiſt. 267. & Cont. d. cap. 10. *t* Sic etiam in conc. *nuſperit aſſerens*, Barcin. & Cont.

*u* Sic in concil. *ob utriuſque*, Contius. *x* Sic concil. *abſciſſa fuiſſent*, Cont.

*y* Sic in concil. *nec dum ab eo*, Contius. *z* Sic Contius, *dedit*, concil.

*aa* Sic in concil. *ad domum patris reverſa*, *ſicut aſſeris*, *juvenis*, Contius.

*bb Federe*, concil. ut editum eſt, Cont. *cc* Sic in concil. *Unde licet*, Contius.

*dd Non conſueverat*, vetus Tarrac. ſolus *ee* Sic etiam concil. *propter talem infirmitatem*, Cont.

*ff Aut* pro *nec*, concil. *vel*, Contius. *gg* Vox *generalis* non eſt in concil. eſt apud Cont.

*hh* Sic etiam Cont. *matrimonia diſſolvantur*, conc. *ii* Sic etiam concil. *eandem* pro *illam*, Barcin. & Cont.

*kk Qui*, concil. & Cont. *Sicut puer qui*, Raimund. *ll* Sic etiam in concil. *ſic quoque impotentes*, Barcinon. aliis omiſſis: *ſic impotentes ſunt*, vetus Gregor. *ſic qui impotentes*, alter vetus: *ſic qui impotentes ſunt*, Contius, & alii. *mm Non apti*, Barcin. ſolus. *nn Reputandi*, vetus Greg. tantum. Poſt verba hujus capitis ſequitur in concil. *Idem eidem in eadem epiſtola. Sane de canonico* &c. ut cap. 7. de regularibus in hac collect. cujus inſcriptio mendoſa eſt: *Idem Abiatino Epiſcopo.*

UNED

## CAPUT IV.

*Clemens III. O. Verulano Epiſcopo* [*a*].

Non ponitur.

LItteras tuas recepimus [*b*], ex quarum tenore cognovimus, quod cum lator præſentium quandam fœminam jam elapſo quinquennio ſibi matrimonio copulaſſet, & ſecum per tres menſes in eodem lecto (*c*) dormiſſet, maleficio ſuo (*d*) creditur impeditus, quod (*e*) cognoſcere illam nequivit. Super quo ſedis Apoſtolicæ litteras recepiſti, in quibus continebatur, quod de Romanæ eccleſiæ conſuetudine non erat talium matrimonium ſeparandum, unde convocatis eis ad tuam præſentiam, cum viverent ſeparatim, compuliſti eos ad habitationem redire communem, & licet poſtmodum in eadem domo, & lecto fuiſſent, & idem homo multa verba (*f*), ſicut tibi conſtitit (*g*), eidem fœminæ contuliſſet, ei tamen non potuit carnaliter commiſceri, propter quæ [*h*] tu timens, ne idem vir homicidii reatum [*i*] incurrat, quid in hoc caſu eſſet agendum, nos conſulere (*k*) voluiſti. Quo circa d. t. per A. s. m. qua. pro memoratis occaſionibus non dimittas, quin prædictos virum, & uxorem per cenſuram eccleſiaſticam inſimul habitare compellas.

## TITULUS XVII.
## DE MATRIMONIO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIÆ CELEBRATO (*l*).

## CAPUT I.

*Cæleſtinus Papa Florentinæ eccleſiæ* (*m*).

Qui matr. acc. poſſ. c. 1.

VIdetur nobis, quod ſecunda [*n*], quam contra prohibitionem duxit eccleſiæ, non ſit uxor, & ſi primam (*o*) non haberet deſponſatam, nam quod contra interdictum, & ordinem (*p*) eccleſiæ factum eſt, ratum non haberi, tamquam inordinatum (*q*), tam divinæ, quam humanæ legis auctoritas proclamat (*r*). Quia igitur ea, quam (*s*) inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente uxor non eſt, eam cogendus eſt recipere (*t*), quam juravit, & deſponſavit, atque ex ea prolem genuit, ut juramenti religio non vilipendatur, & fides promiſſa ad invicem conſervetur [*u*], & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur (*x*), & alii exinde occaſionem pejerandi [*y*], & alios decipiendi [*z*] aſſumere non valeant. Quod autem parentes (*aa*), fratres, & cognati utriuſque ſexus in teſtificatione filii, vel filiæ (*bb*) ad matrimonium conjungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua conſuetudine, quam legibus approbatur (*cc*), & tam divinis, quam humanis legibus ſimiliter approbatur (1) (*dd*). In dirimendo enim matrimonio (*ee*) ideo maxime parentes recipiuntur (*ff*), ſive ſi defuerint (*gg*) parentes, proximiores admittuntur, quoniam unuſquiſque ſuam genealogiam, tum teſtibus (*hh*), & chartis, tum etiam exercitatione [2] [*ii*] majorum ſcire laborat (*kk*): quia igitur aliis melius ſciunt (*ll*), ideo maxime

(1) Alii, *confirmatur.*

[2] *Ex recitatione*, Gregor. IX.

*a Electo* pro *Epiſcopo*, Barcin. & tres Tarracon. *O* in uno eorum trium deſideratur.
*b Accepimus*, duo Tarrac. *c Loco* pro *lecto*, unus Tarrac.
*d* Vox *ſuo*, ambigua eſt, & ad mulierem aptius refertur, quam ad virum, ſed malo eam tollere.
*e Impeditus*, *ita quod*, vetus Tarracon. *f Verbera*, malim, præſertim ſi maleficii cauſa fuit.
*g Conſtiterit*, unus Tarracon. quod non æque placet. *h Quod* pro *quæ*, duo Tarraconenſes.
*i Homicidium*, unus Tarracon. *k* Vox *nos*, in vet. Tarracon. non eſt.
*l Contracto*, Barcinon. & duo Tarrac. & vetus Gregor. Omittitur in tertio Tarracon. vox *celebrato*. *De matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ*, Contius, & alii non optime.
*m* Sic etiam Grat. ſive Palea 35. q. 6. cap. 2. *Cæleſt. Papa Florent. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Cæl. III. Flor. Epiſcopo*, alter vetus. *Clemens III. Papa Florentino Epiſcopo*, Cont. & alii. *Cæleſtinus*, in marg. Cont. Ego Cæleſtini ſecundi eſſe hoc caput ſuſpicor: nam neque in volumine Gratiani, neque in prima collectione ullum reſcriptum exſtat Cæleſtini tertii. Si quis Cæleſtini primi eſſe dixerit, pene contumelia adfecerit ſanctiſſimum virum. *n* Recte Cont. addit, quæ omiſſa fuerunt a Raim. leguntur eadem apud Grat. ſive Paleam.
*o Etiam ſi primam*, Palea, & Cont. & tres Tarrac. *p Et ordinationem*, unus ex veteribus Grat. libris tantum. *q* Hæc Palea omiſit, habet Contius. *r* Sic etiam Cont. *tam divinæ legis*, *quam humanæ auctoritas proclamat*, vetus Tarracon. *tam humanæ*, *quam divinæ legis proclamat auctoritas*, Palea editus: ſed in tribus veteribus eſt, *tam divinæ*, *quam humanæ legis*, &c. *s Eam*, *quam*, vetus Tarrac. ſolus.
*t* Sic etiam Palea: mendoſe Contius: *uxor*, *non eſt cogendus eam recipere*.
*u* Sic etiam Cont. *ſervetur*, Palea. *x* Hæc in vet. Tarracon. ſolo non ſunt.
*y* Sic etiam Cont. *peccandi*, Palea. *z* Sic etiam Palea: *alias* pro *alios*, Cont. non inepte.
*aa* Sic etiam Palea. *Quia parentes*, vetus Gregor. *Quod parentes*, alter vetus, & Cont. & alii.
*bb In teſtificationem*, tres Tarracon. ac Palea; *&* pro *vel*, Palea: *in teſtificatione ſuorum*, Raimund. aptius: deſiderari enim aliæ perſonæ videbantur. *cc* Sic etiam Raimund. *ſimiliter*, additur in Barcin. & in duobus Tarracon. ante verbum *approbatur*, ſed in altero Tarracon. ea vox deleta eſt: *legibus approbata*, Palea, voce *quam* omiſſa. *dd Confirmatur* pro *approbatur*, eſt in tribus Tarrac. & in duobus ex his: vox *ſimiliter* omittitur: in tertio utriuſque verbi, *ſimiliter approbatur*, veſtigia exſtant. Omnia verba in Barcin. & in Gregorianis omiſſa ſunt: *quam divinis*, *&* *humanis legibus approbatur*, Palea. *ee* Vox *enim* non eſt in Barcin. omnia omittunt Raimund. & Contius: *autem* pro *enim*, Palea, cetera, ut edidimus.
*ff* Sic etiam Palea: *ideo maxime*, Barcin. omittit. *Ideo enim maxime parentes*, Raim.
*gg* Sic Palea: *ſi vero defuerint*, Barcinon. *ſi deſtiterint*, vetus Gregor. *&* *ſi defuerint*, alter vetus, & Cont. & alii. *hh* Sic etiam tres veteres Gratiani libri & vetus Gregor. *cum* pro *tum*, Palea editus, & vetus Tarracon. & alter vetus Raimund. liber, & Contius, & alii editi.
*ii* Scribendum *ex recitatione*, ut eſt in Gregor. & in Barcin. & in uno Tarrac. in quo olim fuerat, ut editum eſt: vox *etiam* in veteri Gregor. non erat: *cum exercitatione*, *&* *recitatione*, Palea mendoſe, etiam in Antonianis libris, hoc eſt Ant. Democharis, & Ant. Contii: ſed in tribus veteribus meis eſt, *tum ex recitatione*.
*kk Scire laboraret*, vetus Tarr. ſolus, & ſine rivali. *ll* Hæc omittunt Raimund. & Cont. uſque ad illa, *qui enim melius*; ſunt in Gratiani libris: *&* *quia melius*, *quam alii ſciunt ideo*, &c. Barcin.

UNED

xime admittuntur, ſimiliter recipiuntur in teſtificatione (*a*) matrimonii gratia (*b*) conjungendi; qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe, itaut ſi non interſint (*c*), & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium. Quod vero legitur, pater non recipiatur in cauſa filii, nec filius in cauſa patris, in criminalibus (*d*), & contractibus verum eſt; in matrimonio vero contrahendo (*e*), & disjungendo ipſius conjugii (*f*) prærogativa, & quia (*g*) favorabilis res eſt, congrue recipiuntur (*h*).

## CAPUT II.

*Alexander III. Paduano Epiſcopo (i).*

De matrim. contr. c. 1.

LItteræ, quas nobis tua fraternitas deſtinavit, expreſſe declarant, quod cum quidam (*k*) parochianus tuus ſororem ſuam jam nubilem (*l*) cuidam ſe daturum in uxorem, ea præſente, & conſentiente, præſtito juramento firmaſſet, & illa non poſt multos dies dona, & munera viri ſecundum morem terræ ſponte ſuſcipiens, ipſum tamquam proprium virum ſæpe amplexata fuiſſet; tandem mortuo fratre, a viri ſui (*m*) fratre ſe deſponſari permiſit (*n*), & quod ab eo cognita fuiſſet, mendaciter aſſeverat. Cumque fraternitas tua ei prohibuiſſet (*o*) publice, ne cui illorum, vel alicui ſe copularet, ipſa ſpretis monitis tuis alii nubere non formidavit (*p*). Demum cum utrumque ante te convocaſſes, & (*q*) mulieri præcepiſſes, ut ad domum matris (*r*) rediret, ipſi ad noſtram audientiam appellaverunt (*s*). Verum quoniam (*t*) ſollicitudini noſtræ incumbit, exceſſus, & enormitates eorum (*u*) corrigere, & ad modum, & formam (*x*) rectitudinis revocare, f. t. per A. s. pr. m. (*y*) qua. ſi ita eſt, ut ſuperius eſt enarratum (*z*), præfatam mulierem [*aa*] ne mandatum tuum contemptibile eſſe videatur (*bb*), ad domum matris omni ap. & ex. ces. (*cc*) redire compellas, & impoſita ſibi pœnitentia de tanto exceſſu (*dd*), poſtquam ea (*ee*) in domo materna per menſem ſteterit, ad tertium [*ff*] reverti permittas, & legitime ſibi conjungi (*gg*).

## CAPUT III.

*Idem Winton. Bathon. Herforden. Epiſc. (hh)*

EX litteris venerabilis fratris noſtri Cant. (*ii*) Archiepiſcopi A. S. L. (*kk*) ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit [*ll*], quod cum G. de S. Leodeg. (*mm*) M. filiam [*nn*] ſuam abſentem cuidam juveni R. nomine deſponſaſſet, poſt modicum quibuſdam (*oo*) ipſius mulieris conſanguineis procurantibus memoratus R. cum ea præſente (*pp*) per verba [*qq*] præſentis temporis contraxit, ſicut dicitur [*rr*], ma- c. 2. eod.



*a Similiter etiam recipiuntur, & in teſtificationem*, Grat. editus, ſive Palea: ſed in veteribus eſt, *teſtificatione*.
*b* Palea voce *gratia*, caret. *c* Sic etiam Palea: & pro *ut*, vet. Tarrac. non optime: *interfuerint* pro *interſint*, Raimund. *d Cauſis*, addunt tres Tarracon. & Raimund. & Palea.
*e* Voce *vero*, Palea caret: *conjungendo* pro *contrahendo*, Raim. cetera, ut edita ſunt.
*f* Sic etiam Palea: & ante hæc verba addit unus Tarrac. *ex*, alter aptius, & Raim.
*g* Sic etiam multi Gregor. *quia &*, Palea editus nuper: *quia*, editio vetus & unus ex veteribus Raim. libris: ut edidimus, tres veteres Grat. libri. *h* Sic etiam Palea: *congrue admittuntur*, Raim. & Cont.
*i* Sic vetus Gregor. *Pad. Epiſcopo*, alter vetus. *Paduen.* Cont. & alii non recte.
*k* Sic etiam Raim. vox *cum* in tribus Tarrac. non eſt. *l* Vox *jam* in uno Tarrac. omittitur.
*m A proprio viri ſui*, Barcinon. & tres Tarracon. & Raimundus.
*n Promiſit*, vetus Gregor. ſolus, non optime: *deſponſare* pro *deſponſari*, tres Tarrac. quod non placet.
*o Cumque ei prohibuiſſes*, Raim. & Cont. *p Non expavit*, Raim. ſine ullo magno lucro mutavit.
*q* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *r* Sic etiam Raim. *patris*, vet. Tarracon. & id olim in altero fuerat Tarrac. ſed poſtea ſine ulla varietate eſt in omnibus lib. *ad domum matris*, & *in domo materna*; & in Barcin. additur vox *ſuæ* poſt *matris*, vocem. *s Ipſa noſtram audientiam appellavit*, Raimund.
*t* Recte Contius addit omiſſa prius a Raimund. *Unde* pro *Verum*, tres Tarrac. quæ varietas frequens eſt in his collectionibus. *u Aliorum*, tres Tarracon. & Cont. *x* Sic etiam Cont. *& ad formam*, tres Tarrac.
*y Pr.* non eſt in tribus Tarracon. neque in Contiano.
*z* Hæc omittunt Raim. & Cont. *narratum*, vetus Tarrac. vox *ſuperius* in altero deſiderata eſt.
*aa* Sic etiam vetus Greg. & Cont. & editi Raim. lib. *dictam mulierem*, alter vetus Gregor.
*bb* Verbum *eſſe*, non eſt in Gregor. ne Ciceronis quidquam habeant.
*cc* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *excuſ.* pro *ex.* duo Tarracon. apertius, *excuſatione*, interpretor.
*dd De tanto exceſſu pœnitentia condigna*, duo Tarracon. & Raim. *pœnitentia condigna de tanto exceſſu*, Barcin. & tertius Tarracon. *ee* Vox *ea* non eſt in Gregor. *eam* pro *ea*, duo Tarr. & Barcin. non recte.
*ff Virum*, addit ſolus Barcin. *gg* Hæc omittunt Raimund. & Contius.
*hh Idem Vum. Bat. & Hereford. Epiſcopis*, conc. d. parte 6. cap. 28. *Idem Vigorin. & Beranton. Epiſcopis*, vetus Gregor. mendoſe. *Vigorien. & Baron.* Contius, & alii non recte. *Wigorn.* unus Tarrac. *Wigor.* alii duo, *Wig.* Barcin. pro *Winton.* item *Balth.* pro *Bathon.* vetus Tarracon. non optime, & *Hereforden.* ſive *Hereford.* ſive *Herfor.* tres Tarracon. Hujus reſcripti mentio fit cap. 20. d. partis 6. & cap. 6. de ſponſalibus hujus collect. illic eadem Epiſcoporum nomina edidimus, *Winton. Herforden. & Baton.* & in conciliis d. cap. 20. *Vuinton. Hereforden. & Bathonien.* quæ mihi minus mendoſa videntur.
*ii* Sic etiam in concil. *Ex litteris Cant. Archiepiſcopi*, vetus Gregor. *Cantuarien.* alter pro *Cant.* aptius, & Cont. & alii. Harum litterarum mentio fit d. cap. 6. *kk Apoſtolicæ ſedis legati*, concil. apertius; omittunt hæc Raimund. & Cont. *ll Noſtri Apoſt.* concil. *ad nos pervenit*, Raim. & Cont.
*mm Gilebertus de ſancto Leodegario*, ſcribi potuit, ut d. cap. 6. & d. c. 20. *ſancto* pro *S.* eſt in quattuor Tarracon. & in Gregor. *S.* pro *G.* eſt in uno veteri Raim. libro. *G. de S. Leodegario*, in concil. *Leodeg.* eſt in duobus veteribus Gregor. *Leodegario*, in Contiano, & aliis. *nn* Sic etiam Raimund. & Contius. *Mariam filiam*, concil. plenius: ſic poſtea hoc eodem capite appellatur, & d. cap. 6.
*oo* Recte Cont. addit a Raim. omiſſa, quæ ſunt in concil. in quibus eſt, *poſtmodum quibuſdam*, & in vet. Tarrac. *poſt modicum tempus quibuſdam*, Cont. & unus Tarrac. in quo vox *tempus* olim non fuerat: *temporis* pro *tempus*, Barcin. *pp* Sic in conc. & in Contiano: vox *præſente*, non eſt in uno Tarracon. vox & in altero additur ante vocem *memoratus*, quod mihi ſupervacaneum videtur.
*qq* Sic in conc. *verbis*, Contius. *rr* Sic etiam in concil. & Cont. *ſicut ſupra dicitur*, unus Tarracon. voce tamen

matrimonium fide hinc inde (*a*) corporaliter præſtita, quod vir mulierem, ſicut uxorem legitimam de cetero exhiberet, & ipſa reverenter ei ſine contradictione ſicut viro legitimo obediret, nilque defuit, niſi ſollemnitas (*b*) in facie eccleſiæ celebranda, quæ propter tempus quadrageſimæ tunc non potuit effectui mancipari. Poſtea vero (*c*) orta ſuſpicione, quod præfatus R. ad alia deſideraret (*d*) vota tranſire (*e*), ad examen fuit jam dicti Archiepiſcopi cauſa perlata, qui ſub anathematis interminatione prohibuit, ſicut ex litteris ipſius accepimus [*f*], ne antequam de præſcripto negotio (*g*) plene conſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret, ſed ipſe prædicta [*h*] prohibitione contempta, filiam Hug. de Spolteli M. nomine (*i*) in facie eccleſiæ ſibi ſollemniter copulavit uxorem. Poſtmodum vero [*k*] duabus mulieribus, & viro coram Archiepiſcopo conſtitutis, præfatus R. publice confeſſus eſt, ſe cum Maria [*l*], ſicut ſuperius [*m*] dictum eſt [*n*], matrimonium contraxiſſe, & aliam ſ. Matildam prava quorumdam ſuggeſtione ſeductum, poſtmodum accepiſſe [*o*]. Maria vero conſtanter [*p*] aſſeruit, quod pater ejus non moverat de voluntate ei (*q*) querelam, adiiciens [*r*], quod inter ipſam, & præfatum R. excepta ſola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio interceſſerat, quam quia ipſe non ſervaverat, ſervare minime tenebatur, & ideo, quia eam, quam ſecundo acceperat, relinquebat [*s*]. Cum autem præfatum R. [*t*] tamquam proprium virum reſtitui (*u*) poſtularet, & Archiepiſcopus vellet primo de matrimonio cognoſcere (*x*), ob id maxime (*y*), quia mulieres dicebantur ſeſe conſanguinitate contingere, ac per hoc tam inceſtus, quam adulterii vitium timebatur, Maria ad Apoſtolicam appellans ſedem, vocem appellationis emiſit (*z*), & feſtum circumciſionis proximæ [*aa*] terminum ap. [*bb*] præfixit. Appellationi vero [*cc*] Archiepiſcopus deferens, eidem M. ſub periculo animæ, & excommunicationis [*dd*] interminatione diſtrictius (*ee*) interdixit, ne cui nuberet, donec cauſa ipſe (*ff*) coram nobis [*gg*], vel coram delegatis ab Apoſtolica ſede judicibus finem debitum ſortiretur. Ipſa tamen de remedio appellationis confiſa cuidam alii W. nomine, nihilominus nupſit (*hh*), & ſuper hoc (*ii*) citata coram Archiepiſcopo, noluit propter ap. quam objecerat, apparere (1) (*kk*). Cum igitur abſentibus partibus, non videtur (*ll*) nobis negotium finiendum, ipſum experientiæ veſtræ, de qua plene confidimus [*mm*], committentes, præſentium auctoritate mandamus (*nn*), quatenus partibus ante veſtram (*oo*) præſentiam convocatis, inquiratis diligentius veritatem, & ſi nihil conſtiterit, quod impediat, præter conſenſum [*pp*], qui inter præfatum R. & Mariam (*qq*) aſſeritur præceſſiſſe, ſecunda matrimonia inviolabiliter obſervanda (*rr*), ſublato ap. diffugio (*ſſ*) indicetis. Licet enim contra inter-

(1) *Comparere*, forte.

tamen *ſupra*, olim caruerat. *a Fide tamen*, Barcinon. ſolus.

*b Illa*, additur in concil. quæ vox non eſt in Contiano. *c* Vox *vero*, non eſt in Gregor. *Tempore vero procedente*, concil. *d* Sic etiam Raim. *deſiderat*, vetus Tarracon. *deſideret*, concil.

*e Vota migrare*, vetus Gregor. ſolus. *f* Hæc ſunt in concil. neglecta ſunt a Raim. & Cont.

*g* Sic in concil. & in vet. Gregor. & in editis: *de negotio*, vetus Tarracon. alia voce omiſſa: *de ſcripto negotio*, alter Tarrac. & alter vetus Gregor. in quo additur *vobis*, non recte.

*h* Sic etiam vetus Greg. *præſcripta*, concil. & tres Tarr. & alter vetus Greg. & Cont. & alii.

*i Poſtebie*, Barcin. pro *Spoltcli. Paſtelt.* vet. Tarrac. *Polſtebe*, duo alii Tarrac. *filiam Hugonis de Polſtede Matildam nomine*, concil. plenius: *filiam V.* duo veteres Gregor. aliis omiſſis. G. pro *V.* Cont. & alii mendoſe.

*k* Hæc a Raimund. olim omiſſa, recte Contius addidit: ſunt in conciliis.

*l* Sic in concil. *ſecum M.* Cont. mendoſe. *m* Vox *ſuperius*, non eſt in concil. habet Contius.

*n* Sic etiam Cont. *publice*, additur in concil. *o* Sic etiam Cont. *ſuſcepiſſe*, unus Tarracon. olim: *accepiſſe* concil. altera voce omiſſa. *p* Sic etiam Contius; *frequenter*, concil.

*q Ejus*, malo, ut eſt in concil. & apud Contium, & in tribus Tarracon.

*r* Sic in concil. *dicens*, Cont. *s* Sic etiam in concil. *receperat* pro *acceperat*, vetus Tarracon. *relinquere volebat* pro *relinquebat*, alii duo Tarrac. vox *quia* in Contiano libro eſt omiſſa, quod placet: apertius diceretur, *& ideo ei eam*, &c. *t Præfatum*, concil. & Barcinon. & quattuor Tarracon. aptius: *Cum autem alia præfat. R.* Contius plenius; hæc ad Matildam apte referuntur; ad Mariam, aut ad R. non poterant apte referri.

*u* Sic in concil. *virum ſibi reſtitui*, duo Tarrac. & Cont. *x De matrimonio primo*, duo Tarrac. *de primo matrimonio*, concil. *Cumque Archiepiſcopus vellet de matrimonio primo cognoſcere*, duo veteres Gregor. *Cum Archiepiſcopus*, Cont. & alii. *y* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil.

*z* Vox *appellans*, non eſt in concil. non male. *M.* pro *Maria*, vetus Tarrac. olim tamen *Maria* fuerat: vox *appellationis* in tribus Tarrac. deſiderabatur: *ſedem appellans*, unus eorum habet: *dictæ M. app. vocem emiſit*, Raimund. *aa* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. totidem verbis: *proximæ in præteritum*, vetus Tarracon. *proxime præteritum*, alii duo Tarrac. *bb Appellationi*, concil. *terminum præfatæ ap.* Barcin.

*cc* Sic etiam conc. *cujus appellationi*, Raimund. *dd Mariæ* pro *M.* concil. apertius: *eidem ſub excommunicationis*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *ee* Hæc vox in ſolo veteri Gregor. non eſt.

*ff* Vox *ipſa* non eſt in uno Tarracon. neque in uno vet. Gregor. eſt in conciliis.

*gg* Hæc ſunt in concil. omiſſa ſunt a Raim. & Cont. *hh Vu.* concil. *nomine W.* vetus Tarrac. *V. nomine nupſit*, duo veteres Gregor. *Gu.* Cont. & alii. *ii* Sic etiam Cont. addens quædam omiſſa etiam a Raim. *Et propter hoc* &c. conc. *kk* Sic etiam Cont. *obierat* pro *objecerat*, concil. ego *comparere* pro *apparere*, malim: ſed feramus, graviora paſſi. *ll* Sic etiam Cont. *non videretur*, conc. *mm* Sic in conc. *multum* pro *plene*, Cont. *nn Terminandum*, conc. pro *mandamus*, non recte: *mandamus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*oo* Hæc ſunt in concil. non ſunt in Gregor. Contio itidem connivente.

*pp* Sic in concil. *de futuro*, addidit Raim. quod etiam in veteri ſcholio eſt: nam quæ de præſentis temporis conſenſu dicta ſunt, allegabantur, ſed non probabantur, ut Tancr. ait.

*qq M.* duo veteres Gregor. *inter præfatos R. & M.* Cont. & alii: ut editum eſt, concil.

*rr* Sic in conc. & in Gregor. *ſecundum matrimonium inviolabiliter obſervandum*, duo Tarrac. *ſſ Appellationis*

pro

interdictum eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire nequaquam debuerit, conveniens tamen non videtur, ut (*a*) ob id ſolum ſacramentum conjugii diſſolvatur, alia tamen pœna debebit eis imponi (*b*), quia contra (*c*) prohibitionem eccleſiæ hoc fecerunt (*d*).

## TITULUS XVIII.
## QUI FILII SUNT LEGITIMI (*e*).

### CAPUT I.
*Alexander III.* [*f*]

Qui filii ſunt legit. c. 1.

CONqueſtus eſt nobis Herbertus lator præſentium [*g*], quod cum (*h*) quandam mulierem neptem R. (*i*) acceperit in uxorem (*k*), præfatus R. (*l*) ipſam exheredare conatur, eo quod ante deſponſationem matris ſuæ nata fuerit, cum poſtea, prout dicitur (*m*), pater mulieris præfatæ matrem ipſius acceperit in uxorem [*n*]. Inde eſt, quod f. v. per A. s. pr. m. (*o*) qua. rei veritate diligenter, & cognita, & inquiſita (*p*), nullius ap. obſtante (*q*) legitimam eſſe (*r*) judicetis, jubentes prædicto R. ex noſtra, & veſtra parte [*s*], ne ſæpedictæ [*t*] mulieri, & heredibus ſuis (*u*) hac occaſione ſuper hereditatem ſuam (*x*), moleſtiam inferat, vel gravamen. Si autem contra inhibitionem noſtram (*y*) venire præſumpſerit, ſublato ap. re. [*z*] ſeveritate eccleſiaſtica percellatis [*aa*].

### CAPUT II.
*Idem.*

CUM inter I. veterem concivem veſtrum (*bb*), & T. [*cc*] mulierem ſit divortii ſententia canonice lata (*dd*), filii eorum, qui ante ſententiam ipſam [*ee*] nati fuerunt, & ille, qui tunc conceptus erat, non debent exinde ſuſtinere jacturam, cum parentes eorum publice, & ſine (*ff*) contradictione eccleſiæ matrimonium inter ſe contraxerint (*gg*). Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica ſtatuimus (*hh*), ut filii eorum, quos ipſi (*ii*) ante divortium habuerunt, & qui conceptus ante latam ſententiam fuerat (*kk*), non minus (*ll*) habeantur legitimi, & quod (*mm*) in bona paterna hereditario jure ſuccedant, & de bonis parentum ſuorum (*nn*) nutriantur. Quo circa univerſitati [*oo*] veſtræ per A. s. m. [*pp*] qua. præfatos filios memorati I. & prædictæ (*qq*) mulieris ſuccedere in bona paterna, & exinde (*rr*) nutriri non prohibeatis, nec occaſione divortii inter parentes eorum (*ſſ*) eis ab aliquo moleſtiam (*tt*), vel gravamina [*uu*] ſuſtineatis inferri. c. 2. eod.

CA-

pro *ap.* concil. *obſtaculo* pro *diffugio*, Raimund. ſine magno lucro.

*a* Vox *tamen* neque in concil. eſt, neque in tribus Tarrac. *non debuerit*, *non eſt tamen conveniens*, *ut*, Raim. *tamen videtur*, *ne*, Barcin. *b* Sic vetus Gregor. *pœnitentia* pro *pœna*, alter vetus Gregor. & duo Tarrac. *alia enim pœna debebat eis imponi*, concil. *debetur* pro *debebit*, Barcin. *debebat*, unus Tarrac. *ei* pro *eis*, alter olim Tarrac. *aliqua tamen pœnitentia eis debebit imponi*, Contius, & alii.

*c* Sic etiam Raimund. *quod contra*, concil. *qui contra*, vetus Tarracon.

*d* *Fecerint*, unus Tarracon. ſolus. In fine additur in concil. *Nonis Februarii*; ego ante eas duas voces addo, *Datum*. *e* Sic vetus Gregor. *Qui ſunt filii legitimi*, alter vetus: *ſint* pro *ſunt*, duo Tarracon. & concil. parte 33. & Cont. & alii. Poſt hæc verba additur in concil. *& de exactione dotium poſt divortium*, *& ad quem pertinet hujus cauſæ cognitio*. *f* Sic Raimund. & Cont. *Idem*, Barcin. & concil. d. parte 33. cap. 3.

*g* *Herebertus*, unus Tarrac. *Arbertus*, alter olim. *Albertus*, Barcin. *H.* concil. & Raimund. qui ſolus cetera verba omiſit, neque ea Cont. addidit. *h* Vox *cum*, non eſt in concil. eſt in Gregor.

*i* Hæc in concil. ſunt, non ſunt in Gregor. *k* *Accepit*, concil. vox *in* non eſt in uno Tarracon. addita eſt in altero Tarracon. *in uxorem acceperit*, Raimund. *l* *Et* addunt concilia ante hæc verba. *R. patruus mulieris*, Raimund. ſine ulla cauſa, niſi quod vocem *neptem*, omiſerat: ſic potuit *avum*, dicere, vel *avunculum*, magis tamen credo verum eſſe patruum fuiſſe, quam avum. *m* Sic in concil. *licet poſtea*, Raim. & Cont. aliis omiſſis. *n* *Acceperit uxorem*, vetus Tarracon. ſolus non male.

*o* *F. t.* pro *f. v.* vet. Tarr. *fraternitati tuæ*, &c. concil. *Ideoque mandamus*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*p* *Diligenter inquiſita*, *& cognita*, concil. & tres Tarr. *ſi eſt ita*, Raim. & Cont. non male.

*q* *Appellatione* pro *ap.* concil. *omni ap. re.* vetus Tarrac. *non obſtante ap.* alter Tarracon. *mulierem ob*, Barc. mendoſe omnia omittunt Raimund. & Contius. *r* Sic in concil. *eam legitimam*, Raimund.

*s* *Inhibentes* pro *jubentes*, concil. *prædicto R. inhibentes*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*t* Sic etiam concil. *ne dictæ*, Gregor. IX. *u* *Vel* pro *&*, concil. hæc omnia Raimund. & Contius omittunt non ſine cauſa. *x* *Super hereditate ſua*, concil. *ſuper hereditate paterna*, Raimund.

*y* Sic in concil. *prohibitionem*, duo Tarr. *veſtram* pro *noſtram*, item duo: *contra hoc*, Raim. & Cont.

*z* *Appellationis remedio*, concil. apertius: omittunt hæc Raimund. & Cont.

*aa* *Eccleſiaſtica ſeveritate percellatis*, conc. Ante edita addit vetus Gregor. *eum*. In altero veteri eſt, *eum cen. eccl. percellatis*: at Cont. & alii habent, *contra eum ſeveritate eccleſiaſtica procedatis*.

*bb* *Noſtrum*, concil. d. parte 33. cap. 5. *Jo.* pro *I.* vetus Tarrac. *Cum inter I. virum*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *veterem* eſt pro *virum*, in vet. Gregor. ſcribi autem debet *Veterem*, ut opinor; ſic Auguſti tempore fuit Cajus Antiſtius Vetus. *cc* Sic in concil. *M.* vetus Tarracon. *C.* vetus Gregor. *& T.* alter vetus, & Contius, & alii. *dd* *Prolata*, concil. & Raimund. *lata*, prior concil. editio.

*ee* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt in concil. excepta voce *ipſam*.

*ff* Sic etiam duo veteres Gregor. vox *&*, non eſt in concil. neque apud Cont. & alios: *pace*, *ſive condicione*, prior concil. editio mendoſe. *gg* Sic in conc. *contraxerunt*, tres Tarracon. *inter ſe contraxiſſe noſcantur*, Raimund. *hh* *Mand.* vetus Tarracon. ſolus. *ii* Vox *ipſi* eſt in concil. non eſt in Gregor.

*kk* *Fuerat ante latam ſententiam*, concil. & vetus Tarracon. & duo veteres Gregor. *& qui concepti ante latam ſententiam fuerant*, Barcinon. *& qui concepti fuerant ante latam ſententiam*, Cont. & alii.

*ll* Sic etiam Raimund. *nihilominus*, concil. *mm* *Et qui*, prior editio concil.

*nn* Sic in concil. vox *ſuorum*, non eſt in uno Tarrac. *& de parentum facultatibus*, Raim.

*oo* Quæ ſequuntur omittunt Raimund. & Cont. *venerabilitati*, concil. non recte.

*pp* Pro his *&c.* eſt in concil. *pr. m.* tres Tarr. pro *m.* habent. *qq* Sic in concil. *Jo. & M. prædictæ*, vetus Tarracon. *rr* Sic etiam in conc. *& inde*, vetus Tarrac. *ſſ* *Celebrati*, additur in concil. non male.

*tt* *Eis a quoquam moleſtias*, tres Tarracon. *moleſtiam*, concil. cetera, ut Tarracon.

*uu* *Et* pro *vel*, vetus Tarrac. *vel*, concil.

## CAPUT III.

*Idem Rothomagen. Archiepiſcopo (a).*

c. 3. eod. TRanſmiſſæ nobis litteræ tuæ continebant, quod cum Nicolaus Saget civis tuus [*b*] uſque ad juventutem quendam puerum nutriviſſet, uxore ſua Matil. non deſponſata (*c*) cum eo cohabitante (*d*), poſtmodum ipſam, ſicut dicitur (*e*), legitime deſponſavit, & de ipſa filios ſuſtulit (*f*). Quibus paternam hereditatem petentibus prædictus juvenis (*g*) contradixit, gerens (*h*) ſe filium, & heredem, quamvis a vicinia, quæ ipſum filium eorum eſſe credebat, ſpurius diceretur; prædictus vero N. & uxor ejus Matil. (*i*) præfatum juvenem ſpurium ſuum, aut legitimum filium eſſe negabant (*k*), ſed dicebant, quod eum pietatis intuitu nutriviſſent (*l*); cum autem quæſtio coram te mota eſſet (*m*), & prædictus (*n*) juvenis, pro eo quod juri ſtare nolebat (*o*), vinculo excommunicationis ſit adſtrictus, quid de hoc (*p*) agere debeas, nos conſulere voluiſti: ſuper hoc itaque conſultationi tuæ taliter duximus reſpondendum, quod in tali caſu (*q*) ſtandum eſt verbo viri, & mulieris, niſi certis inditiis, & teſtibus prædictum juvenem tibi conſtiterit eſſe filium (*r*).

## CAPUT IV.

*Idem Exon. Winton. Epiſcopis, & Abbati Forden.* [*s*]

CAuſam, quæ inter nobiles viros F. & R. de Ardenna [*t*] quondam filium Agathæ (*u*) de nativitate ipſius (*x*) vertitur, vobis fratres Epiſcopi, & venerabili fratri noſtro Lundon. [*y*] Epiſcopo ſub certa forma (*z*) commiſimus terminandam, verum, quoniam [*aa*] idem F. de Ardenna (*bb*) præfatum Lundon. (*cc*) omnino habebat ſuſpectum (*dd*), pro eo quod dominus eſt prædicti R. (*ee*) ipſum amovendum [*ff*], & te fili Abbas loco ipſius (*gg*) duximus ſubrogandum, per A. itaque ſcripta [*hh*] vobis mandamus, atque p. quatenus de nativitate prædictæ A. [*ii*] rei veritatem ſubtiliter inquiratis, & ſi partibus ante veſtram præſentiam convocatis, legitime vobis conſtiterit, quod ſæpe dicta A. de Aureliana muliere c. 4. eod. & c. 17. de off. deleg. & c. 3. de dolo, & cont.

*a Arch.* prior editio concil. parte 8. cap. 11. *Idem R. Archiepiſcopo Rothom.* vetus Gregor. ut editum eſt, alter vetus, & Cont. & alii, & poſterior concil. editio.

*b* Pro tribus poſterioribus verbis eſt in concil. *Sagantinus*: vox *cum* in veteri Tarrac. deſideratur. *Quod cum H.* vet. Gregor. aliis omiſſis. *N.* alter vetus, & Cont. & alii; *tuus civis*, eſt in tribus Tarracon. eſt autem aptius hoc, quam quod cap. 2. dictum eſt, *concivem veſtrum.* *c Nondum matrimonio*, *pro Matil. non*, concil. *Matilda nondum*, duo Tarracon. *M. non*, tertius Tarrac. *uxore ſua M. tunc non deſponſata*, Raim.

*d* Sic in concil. *ſibi* pro *cum eo*, Raimund. mutavit parum apte. *e Sicut creditur*, concil. utrumque Raim. & Cont. omittunt. *f* Sic etiam in concil. *& filios ſuſtulit ex eadem*, Raim. ſine ullo lucro mutavit.

*g Dictus juvenis*, unus Tarrac. ſolus. *h* Sic vetus Gregor. *contradicit gerens*, alter vet. & Cont. & alii: *aſſerens* pro *gerens*, Barcinon. *dicens*, concil. *i Matilda*, vet. Tarracon. *Matildis*, concil. in quibus eſt *Nicolaus* pro *N.* apertius. De *Matilde*, ſive *Matilda*, vide caput ult. ſupra tit. prox. deſideratur ea vox in Greg. *prædicti* pro *prædictus*, eſt in uno vet. Gregor. & apud Cont. & alios: *prædictus*, eſt in altero veteri.

*k* Sic etiam Raimund. *omnino* pro *eſſe*, concil. *l* Sic Raimund. ordo verborum mutatur in concil. & in quibuſdam Tarrac. libris: *quia pietatis intuitu illum nutriviſſent*, vetus Tarracon. omittitur vox *eum*, in uno Tarracon. in altero additur poſt verbum *nutriviſſent*, alia tamen manu.

*m* Sic etiam Raimund. *mota eſt*, concil. & unus Tarracon. *facta eſt*, alter.

*n* Vox *&* non eſt in uno Tarrac. tantum. *o Injuſte petebat*, vetus Tarrac. ſolus.

*p* Hæc omittunt Raim. & Cont ſunt in concil. *q* Scribe *caſu*, ut eſt in omnibus libris.

*r Eorum eſſe filium*, concil. Surianæ editionis: verbum *eſſe*, in priori editione non eſt, & pro eo vox *eorum* eſt ſcripta: *tibi conſtiterit eſſe filium juvenem memoratum*, Raim. *conſtiterat* pro *conſtiterit*, vetus Tarracon. quod non æque placet. *s Et Wigor.* pro *Winton.* eſt in veteri Tarracon. *Witon.* in altero mendoſe. *Exon. & Vington. Epiſcopis*, *& Abbati Herfordenſi*, vetus Gregor. tit. de off. deleg. *Mutin.* pro *Vington.* idem liber ſub hoc tit. *Exon. & Vinton. Epiſcopis*, *& Abbati Herforden.* alter vetus tit. de dolo, & cont. *Oxon. & Winton. Epiſcopis*, *& Abbati Herforden.* idem tit. de off. deleg. *Exon. & W. unton. Epiſcopis*, *& Abbati de Herefor.* idem ſub hoc tit. *Oxonenſi*, *& Vintonien. Epiſcopis*, *& Abbati Herfor.* Cont. & alii d. tit. de off. deleg. *Exonien. & Vintonien. Epiſcopis*, *& Abb. Herforden.* iidem d. tit. de dolo & contum. *Exonien. & Vintonien. Epiſcopis*, *& Abb. Herforden.* ſub hoc titulo. Ego ſcribo, *Idem Exonienſi*, *& Wintonienſi Epiſcopis*, *& Abbati Herefordenſi.*

*t S. de Andren.* Cont. non recte: qui ſub hoc titulo addit a Raim. prætermiſſa, ſub aliis nihil addidit. *Cauſam*, *quæ inter*, *& infra*, vetus Gregor. vox *inter*, non eſt in altero veteri, neque in editis ſub hoc titulo. *Cauſam*, *quæ inter R. & H.* alter ex veteribus Raim. libris ſub tit. de off. deleg. *F. & H.* alter vetus. *F. & R.* Cont. aptius, & alii. *F. & H.* eſt etiam in veteri ſub tit. de dolo. *F. & R.* in editis: *de Ardena*, ſive *de Ardenna F. & R.* duo Tarracon. *de Ardun.* tertius: ego nihil muto: ſuſpicari poſſumus *R. Radulfum* ſignificari, ut alii, quorum poſtea mentio fiet, vocabantur. *u Quendam*, Cont. pro *quondam*, cui non adſentio: omittit omnia Raim. ſub tit. de off. deleg. vocem *quondam* ſub tit. de dolo.

*x* Sic etiam Cont. *A.* in uno Tarr. additur alia manu. *Agathæ*, in altero; quaſi ſcholii vox eſt: *ipſius A.* Raimund. d. tit. de dolo: *de nativitate Agathæ*, Raimund. tit. de offic. deleg.

*y* Hæc brevius ſignificantur apud Cont. *& Londonienſi Epiſcopo*, vetus Gregor. tit. de off. deleg. *Lond. Epiſcopo*, alter vetus. *London. Epiſcopo*, Cont. & alii, & vet. tit. de dolo: ubi Cont. *Londonen.* alii *London.* tres illæ voces, *venerabili fratri noſtro*, a Raim. neglectæ ſunt. *Lundun.* unus Tarrac. habet non recte.

*z* Sic etiam Cont. hæc etiam Raim. omiſit ſub aliis titulis. *aa* Hæc ſub tit. de dolo, Raim. & Cont. omittunt: *unde* pro *verum*, unus Tarracon. non recte. *bb Ardon.* vetus Tarrac. *Ard.* Cont. *Idem R.* vetus Gregor. non recte, aliis omiſſis. F. alter vetus, & alii d. tit. de off. deleg.

*cc London.* vet. Tarr. *Lundun.* alter; *præfa. Lundo. Epiſc.* Cont. *Præfatum London. Epiſcopum*, duo vet. Greg. *præfatum Londonen. Epiſcopum*, Cont. & alii d. tit. de off. deleg. *dd* Vox *ſuſpectum* omittitur a Contio: vox *omnino*, a Raim. d. tit. de off. deleg. *ee* Sic etiam Cont. hoc titulo. *H.* pro *R.* duo vet. Greg. non recte. *F.* Cont. & quidam alii mendoſe d. tit. de off. deleg. *ff* Sic etiam Raimund. & Cont. d. tit. de off. deleg. vox *ipſum* omittitur a Contio hoc tit. *gg Loco illius*, tres Tarrac. & Cont. & duo Gregor. *illius*, Cont. & alii d. tit. de off. deleg. *hh Ap.* pro *A.* Cont. hic. Omittuntur omnia hæc a Raimund. & Contio ſub aliis titulis.

*ii* Hæc a Contio ſunt omiſſa. *Agathæ* pro *A.* ſcribere malo: & mox pro *ſæpe dicta A.* ſcribo, *ſæpe dicta* Aga-

liere (*a*), tempore Alani viri ſui, ipſa cum eo (*b*), tamquam cum viro ſuo commorante (*c*), nata fuerit, vel quod R. filius Savarici (*d*) jam dictam Avelinam matrem ipſius Agathæ ſuperſtite ſecundo viro R. s. de Vindeſcen. (*e*) publice tenuerit eandem Agatham (*f*), & ſi de Radulfulfo (*g*) filio Savarici nata fuerit, non fuiſſe legitimam [*h*] ejuſdem R. filii Savarici omni oc. & exceptione poſtpoſita, & ap. pronuntieris [*i*], quia non potuit eſſe uxor, quæ viri ſui torum maculans, alii, dum ille viveret, jungi, & [1] cohabitare præſumpſerit (*k*). Ceterum, ſi adverſarius ſuus (*l*) legitime citatus ad præſentiam veſtram accedere, vel judicio veſtro (*m*) parere contempſerit, aut ſi ita, ſicut nobis proponitur (*n*), ſe abſentaverit (*o*), cum a multis retro diebus (*p*) de Anglia receſſiſſe dicatur, nec in terra [*q*] poſtea manifeſte comparuiſſe, neque ad præſentiam veſtram acceſſerit (*r*), procuratorem ejus, ſi quem forte reliquerit, ad præſentiam veſtram nihilominus (*s*) convocetis, & ſive procurator venerit [*t*], ſive non, aut ſi procuratorem non dimiſit, denuntiationibus [*u*] ad domum ejus [*x*] miſſis, ſecundum ordinem (*y*) juris, cauſam audiatis attentius, & receptis teſtibus alterius partis (*z*) infra tres menſes (*aa*) poſt harum litterarum ſuſceptionem juxta dictam formam (*bb*) ſub. ap. (*cc*) ad proferendam ſententiam procedatis, ita quod ultra (*dd*) tres menſes cauſam ipſam decidere minime differatis: nullis obſtantibus litteris, ſive quæ de reſtitutione (*ee*) poſſeſſionis R. de Ardenna [*ff*] facienda (*gg*), ſive quæ de poſſeſſionis (*hh*) judicio Regi relinquendo fecerint mentionem, ſive quibuslibet aliis, quæ antea [*ii*] fuerint impetratæ, aut ſi quas in poſterum, non expoſito tenore litterarum iſtarum (*kk*) contigerit impetrari. Sane ſi infra præſcriptum tempus nequiveritis, vel nolueritis in eorum, quæ dicta ſunt, executione procedere, nolumus, quod commiſſio noſtra (*ll*) debeat propter hoc expirare.

## CAPUT V.

*Idem B. Exon. Epiſcopo, & Abbati Forden.* (*mm*)

Lator præſentium R. non ſine [*nn*] multo c. 5. eod.
diſcrimine ſui corporis ad noſtram præſentiam accedens ſua nobis conqueſtione propoſuit, quod cum avus ſuus duas uxores habuerit (*oo*), de quarum una ejus pater proceſſit, de altera Hug. patruum ſuum ſuſtulit, idem XL. acras terræ (*pp*), quæ ipſum, & patrem ejuſdem R. contigerunt [*qq*], per violentiam detinet, nec eidem R. qui ſuccedere in bonis paternis debet, debitam partem vult exhibere. Cum autem H. coram (*rr*) ſæculari judice ſuper hoc tractus fuiſſet in cauſam, ei præſumpſit

[1] Alii, *conjugi*.

*Agatha. Si conſtiterit, quod Agatha*, Raimund. & Contius.

*a* Sic veteres Gregor. *Aliena*, Contius, & alii. Hæc Avelina mater Agathæ tres habuit viros Alanum, & Radulfos duos: ex tertio cognomento Savarico, ſive Savariſio, ut ait Tancredus, nata Agatha eſt; *Avellina* dicitur ab Alano non male, vel potius *Abellina*, ut Abellinum oppidum a Plinio. *b Eodem*, vetus Greg. ſolus. *c Morante*, duo Tarrac. & Raim. at in tertio Tarrac. vox *morante* olim fuit, mox *commorante*.

*d Saverici*, duo Tarracon. *Savariſii*, Tancr. *Radulfus* autem ſcribi debuit, ut poſtea appellatur: ſic etiam ab Alano, & Tancredo dicitur. Raimundus mutavit quædam, quæ obſcurius dici videbantur: *vel R. patre dictæ Agathæ ipſam A. adhuc habente virum publice tenente nata fuerit*: ſic veteres Gregor. *fuit* pro *fuerit*, Contius, & alii. Mihi adhuc verba Raimund. parum dilucida videntur.

*e Wideſcen.* duo Tarracon. *Winton.* Barcinon. *Verent.* tertius Tarracon. „ hic mortuo Alano duxit Avellinam “, Alan. *f Agathen.* duo Tarracon. non male, ſi *Agathe* dicebatur.

*g* Scribo *Radulfo*, ut eſt in Barcinon. & in duobus Tarracon. & ſic appellatur a Tancredo, & Alano. *Rafuldo*, eſt in tertio Tarrac. *Radul.* in quarto. *h Filiam*, addunt tres Tarracon. *eam non eſſe legitimam ejuſdem R. filiam*, vetus Gregor. *fuiſſe* pro *eſſe*, alter vetus, & Cont. & alii.

*i Judicetis*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis *ap. poſtpoſita pronuntietis*, duo Tarrac.

*k Conjungi*, duo Tarracon. pro *jungi*, &, non recte: ſed in eiſdem olim fuit, quod editum eſt: *præſumpſit*, etiam eſt in altero eorum: *copulari præſumpſit*, Raimund. & Contius.

*l* Sic etiam Raim. & Cont. cap. 3. de dolo. Hæ autem litteræ impetratæ videntur a *F. de Ardenna* adverſus *R. Agathæ* filium, qui avi hereditatem poſſidebat: itaque hoc loco adverſarius appellatur *R. de Ardenna* ut Tancredus ſcribit. *m* Sic etiam vet. Gregor. & pro *vel*, vetus Tarrac. *vel judicio eccleſiæ*, Cont. & alii.

*n Aut etiam*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *ipſe* pro *ita*, unus Tarrac. vox *nobis* in altero deſideratur.

*o* Sic etiam Gregor. IX. *ſe abſentavit*, tres Tarracon. *p* Hæc omittunt Raimund. & Cont.

*q* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. *r Acceſſiſſe*, unus Tarracon.

*s* His etiam carent Raim. & Cont. *t Veniant*, vetus Tarrac. *qui ſive velit*, Greg. vet. non recte: *venit* pro *velit*, ſcribo: *venerit*, Cont. & alii. *u* Sic etiam Raim. *nuntiis*, vetus Tarracon.

*x* Vox *ejus* non eſt in vet. Tarrac. eſt in Gregor. *y* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*z* Cur non utriuſque partis? *aa* Hæc etiam neglecta ſunt a Raimund. & Contio.

*bb* Sic etiam Raimund. *juxta earum formam*, vetus Tarracon. non male.

*cc Ob.* addit Barcinon. & tres Tarracon. *Sublato*, pro *ſub.* duo Tarracon. ex illis tribus, hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *dd* Quæ ſequuntur, a Raim. & Contio ſunt ut ſupervacanea omiſſa.

*ee* Harum litterarum mentio fit cap. 7. quod huic conjungi debuit.

*ff R. a.* pro *R.* Barcin. & duo Tarr. olim. *Ra.* ſcribo, ut *Radulfum* ſignificet. *gg* Hæc vox non eſt in Barcin. *hh* Hæ fortaſſe ſunt litteræ cap. 7. contentæ, quod ante hoc caput ſcribi debuit.

*ii Quæ a noſtra auct.* vetus Tarracon. *kk Noſtrarum*, vetus Tarracon.

*ll Veſtra*, duo Tarr. *hæc*, tertius. *mm B.* non eſt apud Raim. & Cont. *Herforden.* pro *Forden.* iidem habent, & *Exonien.* pro *Exon.* aptius. *nn* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa paucis exceptis.

*oo* Sic etiam Cont. *habuit*, duo Tarrac. non optime. *pp Idem Ha.* Cont. mendoſe pro *Hu.* quod eſt in veteri Tarracon. *idem H.* Barcin. *idem V.* alii duo Tarracon. *Hugo videlicet*, vetus ſcholium. De acris vide c. 2. de eccleſ. ædificand. in hac collect. *qq R. contingunt*, Cont. & unus Tarrac. & Barcin.

*rr Hu.* pro *H.* vetus Tarracon. *idem H.* Barcin. *Cum autem idem R. H. coram ſæculari judice ſuper hereditate avi ejuſdem R. patris dicti H. traxiſſet in cauſam*, Raim. & Cont. vox *ſæculari*, in vet. Tarrac. non eſt.

UNED

pſit (*a*) obiicere, quod pater ejus non fuiſſet de legitimo matrimonio [*b*], & ideo de hereditate quondam avi ſui nihil poſſit jure ſucceſſorio vindicare (*c*). Tandem vero cum ſuper quæſtione nativitatis coram venerabili fratre noſtro (*d*) Norwicenſi Epiſcopo fuiſſet diu tractatum (*e*), de mandato ipſius Epiſcopi [*f*] idem R. teſtes produxit, quorum teſtimonio ſe probaturum credebat, quod pater ejus de legitimo matrimonio fuerit natus (*g*); H. vero nullos teſtes adverſus eum produxit, ſed de termino in terminum cauſam producere nitebatur, cujus tergiverſationem conſiderans, ad noſtram, ſicut aſſerit, audientiam appellavit (*h*), ſed eo veniente [*i*] altera pars per ſe, vel per alium ſuam nobis exhibere præſentiam contempſit. Nolentes itaque cauſam ipſam diutius protrahi, eam experientiæ veſtræ committentes, d. v. per A. s. pr. m. qua. (*k*) utramque partem [*l*] ante veſtram præſentiam convocetis, & rationibus hinc inde diligenter inquiſitis, & plenius auditis, & cognitis (*m*), cauſam ipſam ſuper quæſtione nativitatis [*n*] infra duos menſes poſt harum ſuſceptionem litterarum (*o*) ſub. ap. re. [*p*] terminetis. Si vero infra duos menſes præfatus H. non potuerit [*q*] legitime probare, quod ei de paterna hereditate (*r*) objecerit [*s*], extunc ſæculari domino, ſub cujus judicio de hereditate cauſam intravit (*t*), ſignificetis (*u*) ut pro quæſtione nativitatis non dimittat, quin cauſam ſuper hereditate (*x*) audiat & decidat [*y*].

## CAPUT VI.

*Idem Exon. Epiſcopo* [*z*].

TAnta eſt (*aa*) vis matrimonii (*bb*), ut, qui antea (*cc*) ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur: ſi autem vir (*dd*) vivente uxore ſua aliam cognoverit, & ex ea prolem ſuſceperit, licet poſt mortem uxoris eamdem duxerit [*ee*], nihilominus erit ſpurius filius, & ab hereditate repellendus, præſertim ſi in morte prioris (*ff*) uxoris alteruter eorum aliquid machinatus fuerit, quoniam matrimonium [*gg*] legitimum inter ſe contrahere non potuerunt. c. 6. eod.

## CAPUT VII.

*Idem Lundon. & Wig. Epiſcopis* (*hh*).

CAuſam, quæ inter R. & F. (*ii*) ſuper eo, quod mater jam dicti R. dicitur non fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, experientiæ veſtræ jam pridem (*kk*) commiſimus terminandam. Verum quia in litteris (*ll*) noſtris inſeri fecimus (*mm*), ut præfato R. (*nn*) poſſeſſionem omnium (*oo*), quorum poſſeſſor extitit (*pp*), quando avus ſuus (*qq*) iter Hieroſo- cap. 7. eod.

*a Præſumpſerit*, unus Tarracon. *ille ſibi præſumpſit*, Raimund. parum diſerte.

*b* Adde *natus*, ut eſt in duobus Tarrac. & in Barcin. & in Gregor.

*c Poſſet* pro *poſſit*, tres Tarracon. & duo Gregor. *nihil poſſit in ſucceſſorio vindicare*, Cont. & alii mendoſe. „ Hic ponitur magna gloſſa de ſucceſſionibus, quam habes in apparatu Laurentii 35. q. 5. ad Apoſtolicam “. Tancr. Laurentii verba nulla ſunt in editis Gratiani libris, ſed in veteri libro ea legi.

*d N.* additur in uno Tarrac. Omnibus carent Raim. & Cont. *e Tractatum fuiſſet*, Raim. alia voce omiſſa.

*f Epiſcopi N.* unus Tarracon. omnia omittunt Raimund. & Cont. *g Fuerat natus*, duo Tarracon.

*h Appellavit audientia*, vetus Tarracon. duo priora verba deleta ſunt in altero Tarracon. eadem omittunt Raimund. & Contius ſcribentes, *ad noſtram extitit audientiam appellatum.*

*i* Hæc addit Contius a Raimund. prætermiſſa. *k Dis. v.* pro *d. v.* Tarrac. unus *di. v.* alii duo vox *pr.* in uno deſideratur: *mand. quat.* vetus Gregor. aliis omiſſis. *Ideoque mand. quat.* alter vetus & Cont. & alii.

*l* Multa Raim. & Cont. omiſerunt. *m Diligenter auditis, & cognitis plenius*, vetus Tarracon. *diligenter, & plenius auditis, & cognitis*, duo alii Tarrac. *n Patris ejuſdem R.* addit Gregor. IX. voce *ipſam* omiſſa.

*o* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *p Sublato appellationis obſtaculo*, Raimund.

*q Non poterit*, duo Tarrac. & Raim. *r Eidem ſuper nativitatem*, vetus Tarracon. hæc etiam Raimund. & Cont. omiſerunt. *s Objecit*, Raim. *t Intrat*, unus Tarrac. & olim alter: *ſæculari judicio de hereditate cauſa tractanda eſt*, Barcinon. *cauſa vertitur*, pro *cauſam intravit*, Raimund. cetera, ut edita ſunt.

*u Intimetis*, Raim. *x Super hereditatem*, vet. Tarrac. ſolus. *y Et definiat*, Barcin. tantum.

*z* Sic etiam Raimund. & Contius. *Exonien. Epiſcopo*, concil. d. parte 33. cap. 1. ex quo addi debet, *Pars cap.* MEMINIMUS. Integra clauſula hæc eſt: *Meminimus nos fraternitati tuæ ſuper cauſa, quæ inter P. & R. de quadam hereditate vertitur, quam idem P. nomine Sibillæ uxoris ſuæ petebat, tali modo ſcripſiſſe, ut ſi conſtaret, prout litteræ tuæ continebant, inter prædicti R. patrem, & matrem poſt ejus nativitatem matrimonium fuiſſe contractum, eum omni appellatione remota legitimum eſſe denunties, & ab hereditate paterna propter cauſam prædictam nullatenus debere repelli.* *aa* Sic etiam Raimund. *Tanta eſt enim*, concil. Edita verba refert Cæleſtin. 3. cap. 2. de converſione infidel. collect. 2. *bb* Sic etiam d. cap. 2. & Raim. *vis ſacramenti*, concil. *matrimonii*, in marg.

*cc Ante matrimonium*, Barcinon. ſolus d. cap. 2. *dd* Latius hæc in concil. dicuntur: *Verum quoniam P. ultra, quam in litteris tuis continetur, nobis ſignificavit, quod pater ſuus vivente uxore matrem R. tenebat, & eum in adulterio procreaſſet, & quod in mortem ipſius uxoris mater fuerit machinata: fraternitati tuæ* &c. *quatenus rei veritatem inquiras, & ſi tibi conſtiterit, quod vivente uxore pater prædicti R. matre ipſius publice abuſus fuiſſet, eum ſpurium, & ab hereditate repellendum* &c. Raimundus Bernardi Papienſ. editionem eſt ſecutus.

*ee* Sic etiam Raimund. *duxit*, vetus Tarrac. *ff Si mortem*, vetus Tarracon. *ſi mater ipſius in mortem prioris uxoris fuerit machinata, decernas*, concil. *ſi in mortem prioris* &c. Raim. & Cont.

*gg* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt in concil. verborum ordine mutato.

*hh Idem Londonenſi, & Vuigor. Epiſcopis*, concil. d. parte 33. cap. 4. in Suriana editione. *Lunden.* eſt in priori edit. *London. Wigorien. Epiſcopis*, vetus Gregor. *London. & Vigorien. Epiſcopis*, Cont. & alii. *Wigorn.* pro *Wig.* unus Tarracon. aptius. Agitur de eadem cauſa, de qua ſupra cap. 4. ſed non eſt idem reſcriptum.

*ii* Sic etiam in concil. in Suriana edit. & in Gregor. *nobiles viri* appellantur d. cap. 4. & *de Ardenna*: erat autem *F.* avunculus *R.* ſive frater *Agathæ*, matris *R.* ut Tancredus ait. *Cauſam, quæ vertitur inter R. & F.* eſt in priori concil. editione. *kk Tuæ* pro *veſtræ*, Tarracon. vetus: *vobis*, Raim. & Cont. ſupra cap. 4. *Exon. Vinton. & Lundon. Epiſcopis*, narratur fuiſſe hanc cauſam commiſſam, mox recuſato *Lundon. Abbatem Hereforden.* ſurrogatum: ſed ex utriuſque capitis lectione apparet plura fuiſſe reſcripta ab utraque parte impetrata. *ll* Sic in concil. vox *in* non eſt in Gregor. neque in tribus Tarracon.

*mm Inſeruimus*, vetus Tarrac. ſolus. *nn* Sic etiam vetus Gregor. *ut ſæpefato R.* tres Tarrac. & concil. & Cont. & alii: *ſe præfato*, alter vetus Gregor. mendoſe. *oo* Sic Raimund. *eorum*, additur in concil.

*pp Extiterit*, unus Tarracon. tantum. *qq R.* filius *Savarici*, & *Radulfus*, appellatur d. cap. 4. *Agathæ* pater

ter

roſolymam proficiſcendi arripuit, ante principalis cauſæ ingreſſum faceretis (*a*) ap. ces. (*b*) reſtitui, ſi eadem (*c*) poſſeſſione fuiſſet per violentiam ſpoliatus (*d*). Nos attendentes, quod ad Regem pertinet, non ad eccleſiam (*e*), de talibus poſſeſſionibus judicare, ne videamur juri, & dignitati Kariſſimi in Chriſto filii noſtri H. (*f*) Regis Anglorum (*g*) detrahere, qui, ſicut accepimus (*h*), motus eſt, & turbatus; quod de poſſeſſionibus ſcripſimus (*i*), cum ipſarum judicium ad ſe aſſerat pertinere (*k*), volumus, & (*l*) fraternitati veſtræ per A. s. pr. (*m*) m. qua. Regi poſſeſſionum judicium (*n*) relinquentes, de cauſa (*o*) principali, videlicet (*p*) utrum mater (*q*) prædicti R. de legitimo fuerit (*r*) matrimonio nata, plenius cognoſcatis, & eam ſecundum aliarum litterarum (*s*) tenorem ap. re. (*t*) terminetis. Licet incongruum videatur, ut matrimonium genitricis præfati R. impetatur, quod ea vivente non fuit, ut dicitur [*u*], impetitum.

## CAPUT VIII.

*Idem Epiſcopo, & Archidiacono Vicentin.* [*x*]

c. 8. eod. PErlatum eſt ad audientiam noſtram, quod cum Herm. (*y*) filius quondam Lazari (*z*) ad partes Conſtantinopolitanas tranſiſſet [*aa*], & ibidem per decennium moram (*bb*), & amplius faciens [*cc*], ad Vuuanam quondam filiam Olivardi (*dd*) uxorem ſuam non rediret (*ee*), ipſa apud bonæ memoriæ I. quondam Vicentinum Epiſcopum (*ff*) adverſus virum ſuum (*gg*) querelam depoſuit, & quod non poſſet eum diutius expectare, nihilominus allegavit. Epiſcopus vero ſicut vir providus (*hh*), & diſcretus parentibus prædicti viri [*ii*] mandavit, ut pro eo mitterent, & ipſum ad propria revocarent. Cumque elapſo longo temporis ſpatio prædictus vir [*kk*] ad propria non remearet (*ll*), Epiſcopus in conſpectu eccleſiæ auditis allegationibus (*mm*) mulieris inter eos ſententiam divortii promulgavit, & mulieri, ut alium virum traduceret, plenam [*nn*] facultatem indulſit. Quia igitur (*oo*) hujus rei veritas nobis non conſtat, d. v. (*pp*) per A. s. pr. m. qua. [*qq*] rem ipſam (*rr*) diligenter inveſtigetis, & ſi vobis conſtiterit, quod Epiſcopus inter eos ſententiam divortii tulerit [*ſſ*], filios ejus, quos de Ricardo filio quondam Rad. [*tt*] ad cujus (*uu*) copulam auctoritate prædicti Epiſcopi, ſine quæſtione & contradictione (*xx*) migravit, ſuſtulerit, ab hereditate (*yy*) non patiamini excludi, ſed eos legitimos judiceris; & ſi quis contra hoc niti [*zz*] voluerit, ei auctoritate Apoſtolica ſilentium penitus [*aaa*] imponatis.



ter, quæ mater eſt hujus *R. de Ardenna*, qui has litteras impetravit. *a* Sic in Gregor. *faciatis*, concil.

*b Appellatione ceſſante*, concil. hæc omittunt Raimund. & Cont. *c Si de eadem*, Barcin. ſolus.

*d Expoliatus*, vetus Tarracon. *dejectus*, Barcinon. ut editum eſt, concil. & Raimund.

*e* Sic Gregor. IX. *pertineat*, *non ad eccleſiaſticam auctoritatem*, concil. *f* Sic etiam in concil. *Henrici* pro *H.* ſcribi oportet: omnia Raim. & Cont. omittunt; *dignitatibus* pro *dignitati*, eſt in uno Tarracon.

*g* Sic etiam Raim. *principis*, additur in concil. *Angliæ*, habet unus Gregor. vetus.

*h* Multa Raim. & Cont. omittunt. *i Non ſcripſimus ei*, concil. pro verbo *ſcripſimus*, non male.

*k Ipſe* pro *ipſarum*, Barcinon. *cum ipſarum judicium*, *ut aſſerit*, *ad ſe pertineat*, concil. *qui ipſarum judicium ad ſe aſſerit pertinere*, Raimund. *l* Hæc ſunt in concil. non ſunt in Gregor.

*m* Hæc neque in concil. ſunt, neque in Gregor. neque in tribus Tarracon. *n* Sic etiam Raim. & Cont. in uno tamen veteti eſt *poſſeſſorium* pro *poſſeſſionum*: & in concil. *poſſeſſionum*, *jura Regi*.

*o Factum*, additur ante hæc verba in concil. non optime. *p Scilicet*, unus Tarrac. ſolus.

*q Si* pro *utrum*, vetus Tarracon. tantum. *r* Sic in concil. *ſit*, duo Tarracon. & Raim.

*s Noſtrarum*, additur in tribus Tarracon. *& eam*, *vel aliam*, *ſecundum litterarum noſtrarum tenorem*, concil. *& cauſam hujuſmodi*, Raimund. & Contius. *t Appellatione remota*, concil. hæc omittunt Raimund. & Contius, & vetus Tarracon. *u* Sic etiam Raimund. *ut dicitur*, *non fuerit*, concil.

*x Vinc.* vet. Tarracon. & vetus Gregor. *Vicentino*, alter. *Viennen. in* 12. *libro regiſtri*, concil. d. parte 50. c. 23. *Innocentum*, alter vetus Gregor. mendoſe, *& Archiepiſcopo Vicentino*, Cont. & alii non recte. *Vicentino* pro *Viennen.* editum eſt in Surianis conciliis. *y Heroman.* concil. *H.* vetus Tarracon. & Raimund. *Stephanus*, Barcinon. *Hermanus*, forte. Vox *cum* in concil. non eſt. *z* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*aa Ad partes Conſtantinopolitanas tranſiens*, concil. *Conſtantinopolitanas tranſiſſet*, duo Tarrac. *partem* pro *partes*, Barcinon. *Conſtantinopol. tranſiſſet*, Raimund. & vet. Tarracon.

*bb Ibidem moram per decennium*, concil. & voce omiſſa: *& ibi moram per decennium*, Raimund. *& ibidem moram per decem annos*, vetus Tarrac. *per decennium*, duo alii Tarrac. cetera, ut vetus.

*cc* Sic etiam Raimund. *fecit*, concil. *dd Et ad Vivianam filiam Eulardi*, concil. ſcribo *Vibianam*. *Ad I.* Barcinon. & Raimund. & Contius, qui duo cetera omiſerunt: *ad B. quondam filiam Lunardi*, vet. Tarracon. *ad Vunanam*, alii duo Tarrac. *ee* Sic etiam duo veteres Gregor. *non rediit*, concil. *non rediens*, Cont. & alii.

*ff Ipſa vero* pro *ipſa*, concil. poſter. edit. *Jo.* pro *I.* vetus Tarrac. *Vincentinum*, duo Tarracon. *ipſa apud Bonon. Innocentum Epiſcopum*, vetus Gregor. mendoſe: *ipſa apud bon. mem. Vincent. Epiſcopum*, alter vetus: *Vincentinum*, Cont. *Vicentinum*, alii. Vox *I.* in uno Tarrac. deſideratur. *Mentinen. Epiſcopum*, concil. prior. edit.

*gg* Sic in concil. *adverſus eum*, Raimund. & Contius.

*hh* Vox *vir*, non eſt in vet. Greg. tantum.

*ii* Vox *prædicti*, non eſt in Gregor. *parentibus ſuis*, concil. prioris edit. ut in Gregor. eſt in poſter.

*kk* Sic etiam in concil. *longi* pro *longo*, Raim. qui vocem *prædictus*, omittit: *prædicto viro*, Barcin.

*ll Non remeante*, Barcin. ſolus. *mm* Sic in concil. *auditis rationibus*, Raimund.

*nn Duceret*, *plenariam*, concil. *ut alium duceret*, Raimund. aliis omiſſis.

*oo* Omittunt quædam Raimund. & Contius, quæ ſunt in concil. *pp Di. v.* tres Tarracon. *diſcretioni veſtræ*, concil. *qq* Vox *pr.* non eſt in concil. neque in vet. Tarracon. *ut* pro *qua*, alter Tarracon. *Ideoque mand. quat.* Raimund. *rr* Hæc etiam omittunt Raimund. & Contius, exſtant in concil.

*ſſ Protulerit*, Barcin. ſolus. *tt Achardi* pro *Ricardo*, concil. *Ricardi*, Barcin. & duo Tarrac. *R. Adæ*, unus Tarracon. *filios*, *quos ſuſtulit de alio*, Gregor. IX. *uu R.* additur in uno Tarrac. tantum.

*xx Eccleſiæ*, additur in concil. nulla ſunt in Gregor. non ſunt autem ſupervacanea.

*yy* Sic etiam in concil. mutat ordinem Raimund. *legitimos judicetis*, *eos hac occaſione ab hereditate non patientes excludi*: ſed in uno vet. Greg. eſt, *& eos* pro *eos*. *zz Venire* pro *niti*, vetus Tarrac. & concil. omnibus carent Raimund. & Cont. *aaa* Vox hæc in uno Tarrac. deſideratur, eſt in concil.

## TITULUS XIX.
## QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT (*a*), VEL IN EO TESTIFICARI [*b*].

### CAPUT I.

*Alexander III. Parmenſi Epiſcopo* [*c*].

Qui matr. accuſ. poſſ. cap. 1.

RElatum nobis eſt (*d*) ex parte tua (*e*), quod cum pater cujuſdam puellæ eam cuidam Parmenſi (*f*) nuptui tradidiſſet [*g*], maritus poſt aliquos annos (*h*), quibus cum uxore permanſit, propter homicidium, quod commiſit, de civitate timore mortis exivit, nunc autem dicitur, & videtur legitime (*i*) poſſe probari, quod pater prædictæ (*k*) puellæ ad Chriſtianitatem juvenem tenuit, & quod eſt amplius [*l*], eum de ſacro [*m*] fonte levavit: ſed litteris tuis quæſitus nondum inveniri potuit, licet quinquennium jam dicatur elapſum (*n*). Quia igitur [*o*] ſuper hoc tua nos duxit fraternitas conſulendos, præſentium ſignificatione mandamus (*p*), quod ſi juvenis [*q*], & puella annis aliquot ſine quæſtione fuerunt (*r*), qui præſcriptum matrimonium nunc accuſant, non videntur ſuſpicione carere. Ceterum ſi (*s*) manifeſtum eſt, quod aſſeritur, aut legitimi accuſatores, & teſtes appareant omni exceptione majores (*t*), poſtquam juvenis requiſitus fuerit cum omni diligentia, etiam ſi (*u*) nequiverit inveniri, teſtes recipere poteris, & fine canonico judicium terminare (*x*). Tu tamen ita [*y*] procedas [*z*], quod amorem aliquem, aut commodum temporale nequaquam præponere juſtitiæ videaris. Sane illi, quibus ſcientibus, & tacentibus matrimonium eſt contractum, non ſunt contra ipſum ulterius audiendi.

### CAPUT II.

*Idem Burdega. Archiepiſcopo* (*aa*).

CONſuluit nos tua fraternitas, quod tibi faciendum ſit de quodam milite, qui cum mulierem quandam duxerit (*bb*) in uxorem, & eam tempore longo (*cc*) tenuerit, & prolem ex ea ſuſceperit (*dd*), nunc matrimonium ipſum accuſat (*ee*), dicens, ſe ei in quarto (*ff*) gradu conſanguinitatis eſſe (*gg*), ad quod utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi præfatus miles mulierem ipſam in facie eccleſiæ duxit (*hh*), & longo tempore tenuerit (*ii*), non debet vox ſuæ accuſationis admitti (*kk*), niſi aliæ perſonæ idoneæ apparerent [*ll*], & merito ſuſpicione (*mm*) carentes, quæ matrimonium ipſum velint [*nn*] legitime, & poſſint (*oo*) accuſare, nec eædem [*pp*] perſonæ admitti debent, ſi per xx. vel XVIII. (*qq*) annos inſimul ſine quæſtione manſiſſent (*rr*).

Non ponit. Poſt conc. L.p.6.c.30.

### CAPUT III.

*Idem B. Exon. Epiſcopo* (*ſſ*).

PErvenit ad audientiam noſtram, quod Hug. de Relegata (*tt*), & M. uxor ejus in tali ſunt linea conſanguinitatis conjuncti, quod nullo modo poſſunt inſimul (*uu*) legitime commorari (*xx*). Unde quoniam ad hoc (*yy*) magna eſt diſcretio adhibenda, f. t. per A. s. pr. m. (*zz*) qua, ſi aliqui apparuerint, qui velint, & poſſint matrimonium ipſum legitime impetere (*aaa*), utraque parte ante tuam præſentiam (*bbb*) convocata, quanto tempore coha-

Non ponitur, p. 8. c. 23. ubi ſup.

*a* Sic etiam Raim. & Cont. *non poſſunt*, unus Tarrac. *b Vel teſtificari*, duo Tarrac. aliis omiſſis, & vetus Gregor. omnia hæc deſiderantur in uno Tarracon. & in altero vet. Gregor. *vel contra illud teſtari*, Cont. *teſtificari*, alii. *c Parienſi*, unus Tarrac. *Parſienenſi*, Barcin. *Pariſienſi*, Raim. & Cont.

*d Relatum eſt auribus noſtris*, vet. Tarrac. *Relatum eſt nobis*, duo alii Tarrac. *Relatum eſt*, Raim. alia voce omiſſa. *e* Hæc omittunt Raim. & Cont. *f Cuidam civi Pariſenſi*, vet. Tarrac. *civi Parſinenſi*, Barcin. *civi Parmenſi*, duo Tarracon. *civi Palm.* vetus Gregor. *cuidam civi Permanum*, alter vetus: *civi Pariſienſi*, Contius, & alii. *g* Sic etiam Gregor. IX. *traderet*, vet. Tarracon.

*h* Sic vetus Gregor. *aliquot* pro *aliquos*, alter vet. aptius, & Barcin. & tres Tarrac. & Cont. & alii.

*i* Hæc omittunt Raimund. & Contius. *k* Vox *prædictæ*, non eſt in Gregor.

*l Eum* pro *juvenem*, Barcin. omnibus Raimund. & Contius carent: „ ad Chriſtianitatem, ideſt ad cathe„ chiſmum, & eſt vulgare Lombardiæ ", Tancr. *m* Sic etiam Raimund. *eundem ſacro*, unus Tarrac. vox *eum*, in altero eſt omiſſa. *n Tranſactum*, tres Tarrac. *ſit tranſactum*, Raim. aliis omiſſis.

*o* Hæc omittunt Raim. & Cont. pro his ſcribentes, *Conſult. t. t. Reſp.* in uno tamen vet. Gregor. alterum *t.* omittitur. *p Tibi*, ante hæc verba unus Tarrac. addit: *ſignificatione tibi mandamus*, alter habet.

*q* Hæc addit Cont. a Raimund. neglecta. *r Fuerint*, vetus Tarrac. *fuerunt ſimul*, Cont.

*s Quid ſi*, Raimund. & Contius. *t* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa.

*u* Vox *etiam*, in vet. Tarr. ſolo deſideratur. *x* Sic etiam Raim. *& ſine ſcandalo terminare*, vetus Tarrac.

*y* Hæc extrema pars hujus capitis a Raimund. & Contio eſt omiſſa.

*z Procedes*, unus Tarrac. olim. *aa Burdeg.* concil. *Bulgar.* vetus Tarraconenſis.

*bb* Sic in concil. ante hoc verbum additur in Barc. *in facie eccleſiæ*, ut infra, *in facie eccleſiæ duxit.*

*cc Longo tempore*, in concil. aptius. *dd* Sic etiam concil. *ſuſcepit*, unus Tarracon.

*ee Suum* pro *ipſum*, concil. *ff Tertio*, vetus Tarracon. *in quarto*, concil. aliis omiſſis.

*gg Attingere*, vetus Tarracon. *eſſe*, conc. *hh Duxerit*, concil. *ii Tenuit*, unus Tarracon. ſolus.

*kk Accuſationis ſuæ*, concil. *non debet accuſationem admitti*, vetus Tarrac. mendoſe, niſi *Ad* ante *accuſationem*, addideris. *ll Appareant*, Barcin. *niſi perſonæ aliæ*, vetus Tarrac. *niſi perſonæ aliæ, & idoneæ appareant*, concil.

*mm Suſpicionis*, conc. & unus Tarr. olim. *nn* Vox *ipſum*, in uno Tarrac. deſiderabatur, eſt in concil.

*oo Poſſunt*, unus Tarrac. ſolus. *pp Nec heredes*, concil. non recte: *nec eidem*, vetus Tarracon. quod etiam reiicio. *qq Vel XIX.* Barcinon. & unus Tarracon. *vel octodecim*, concil.

*rr Remanſerunt*, concil. *ſſ Exonien. Epiſcopo*, concil. *Exonienſi*, unus Tarracon.

*tt Thelago*, vetus Tarrac. *Relega*, duo alii: *quod Hugo de Kalega*, concil. *Hugo*, quartus Tarracon. *quod cum Hug.* unus Tarrac. ex ſupraſcriptis. *uu Poſſint*, unus Tarracon. ſolus, altera voce omiſſa.

*xx Permanere*, vetus Tarracon. tantum. *yy* Sic in concil. *adhuc*, in vet. Tarrac.

*zz* Vox *pr.* non eſt in veteri Tarracon. *fraternitati tuæ* &c. concil. aliis omiſſis.

*aaa Accuſare*, Barc. *impugnare*, conc. *improbare*, in marg. *bbb Ante præſentiam veſtram*, vetus Tarr. *tuam*, concil. *ante te*, alter Tarracon.

UNED

cohabitaverunt (*a*), diligenter, ac ſtudioſe perquiras (*b*), & utrum tempore, quo conjuncti fuerunt (*c*), accuſatores ſiluerunt (*d*), & eos conjungi debere cognoverunt (*e*), ſollicite inveſtiges. Quod ſi illos tempore conjunctionis hoc ſciviſſe, & ſiluiſſe conſtiterit, de cetero grave eſſet eos audire [*f*]: tolerabilius eſt [*g*] enim aliquos contra ſtatuta hominum copulatos relinquere (*h*), quam conjunctos quoslibet legitime contra ſtatuta Domini ſeparare. Si vero matrimonium ipſum eſt recenter contractum, vel notitiam ejus tempore contractus ad accuſatores * perveniſſe non conſtiterit (*i*), fama viciniæ, & perſonarum ſollicite perſcrutata, cauſam audias, & eam ſine canonico ſtudeas (*k*) terminare.

* *non perveniſſe conſtiterit.*

### CAPUT IV.

*Idem L. Papien. electo* (*l*), *pars c. Ad audi.* (*m*)

Non ponitur. Supra de teſtibus, c. 8.

AD hæc (*n*) quoniam conſuetudo eſt, ut dicitur, eccleſiæ Papien. (*o*) ut ſi de (*p*) propinquitate illorum, qui ſunt matrimonio copulandi, mentio (*q*) aliqua fiat, presbyteri per eccleſias publice dicant, ut qui novit aliquid, infra terminum, qui præfigitur (*r*), exeat, & dicat: tua duxit diſcretio requirendum, an illi debeant, qui poſterius ad accuſationem veniunt, vel teſtificationem admitti. Tuæ itaque prudentiæ litteris præſentibus innoteſcat [*s*], quod ſi ſuſpicione carent, poſterius (*t*) venientes ab accuſatione, vel teſtificatione repelli non debent. Ceterum ſi commoniti a presbyteris tacent (*u*), & poſtmodum accuſare, vel teſtificari voluerint [*x*], tamquam ſuſpecti merito [*y*] repellentur.

## TITULUS XX.
## DE DIVORTIIS.
### CAPUT I.

*Ex concilio apud Vermerias* (*z*).

De divort. c. 1.

SI qua mulier mortem mariti ſui (*aa*) cum aliis conſiliata eſt (*bb*), & ipſe vir aliquem illorum (*cc*) ſe defendendo occiderit [*dd*], & ſi probare poteſt ipſe vir (*ee*) eam ream (*ff*) eſſe * conſilii, poteſt, ut nobis videtur (*gg*), ipſam uxorem dimittere (*hh*), & ſi voluerit (1), aliam ducere [*ii*]. Ipſa autem inſidiatrix pœnitentiæ ſubjecta abſque ſpe conjugii maneat [*kk*].

* *concilii.*

### CAPUT II.

*Alexander III. Archiepiſcopo* * † (*ll*).

* *Belvacenſi*, Cujac. c. 2. eod.

QUæſivit a nobis tua fraternitas, utrum mulier (*mm*) pro latrocinio, aut quolibet alio (*nn*) crimine a viro ſuo debeat ſeparari, & alii nubere, & de viro [*oo*] ſimili modo

 quæ-

[1] *Poſt mortem uxoris*, Greg. IX.

*a* *Cohabitaverint*, vetus Tarrac. & concil. *b* Sic in concil. *inquiras*, in vet. Tarr.
*c* *Fuerint*, vetus Tarrac. & concil. *ſint*, alter Tarrac.
*d* Sic etiam concil. *ſiluerint*, vetus Tarrac. *e* *Cognoverint*, concil. & vetus Tarrac. vox *debere* in altero deſideratur: *debere conjungi*, tertius. *f* *Audiri*, tres Tarrac. & concil. *grave eſt eos audiri poſſe*, Barcin.
*g* Eiſdem verbis utitur Innoc. III. in conc. gener. cap. 52. quod eſt in 4. collect. tit. de teſtibus.
*h* *Copulatos*, *conjunctos relinquere*, concil. *i* Vox *non* deſideratur in vet. Tarrac. *pervenire*, tamen aliquando in eo ſcriptum fuerat: *non perveniſſe conſtiterit*, concil. *k* *Audeas*, vet. Tarr. ſolus non optime.
*l* *Lucius III. electo*, vetus Tarrac. aliis omiſſis: vox *L.* non eſt cap. 8. de teſtibus: idem *L.* appellatur cap. 1. de ſponſalibus. *m* Scribe, *Ad audientiam*, ut d. cap. 8. & in duobus Tarrac. vide integram clauſulam d. cap. 1. de ſponſalibus in hac collect. *n* Sic etiam d. cap. 8. *Ad hoc*, duo Tarr. non recte.
*o* *Papienſis*, d. cap. 8. *Papienſis eſt*, duo Tarrac. *p* Sic d. cap. 8. *ut ſi dubitatio de*, vetus Tarrac.
*q* Hæc vox non eſt in illo vet. Tarrac. tantum. *r* Sic d. cap. 8. *qui præfigatur*, olim unus Tarrac.
*s* *Reſpondemus*, unus Tarrac. ſolus. *t* Hæc vox in veteri ſolo Tarrac. non eſt.
*u* *Reticeant*, vetus Tarrac. tantum. *x* *Voluerint*, *illi*, vet. tantum Tarrac. aliis omiſſis.
*y* Hæc etiam vox in eodem vet. Tarrac. ſolo deſideratur. Cetera dicta ſunt d. cap. 8.
*z* *Termilias*, vetus Tarrac. *Inmon.* Barcin. mendoſe: *Vermerias cap.* 3. Burch. lib. 6. cap. 41. & Ivo parte 10. cap. 169. decreti: *ex concilio Elibertano apud Vermerias*, Grat. ſive Palea 31. q. 1. cap. 6. non recte. Vox *Elibertano* ex prox. capite ſumpta tollatur. *Ex concilio apud Warmaciam*, vetus Gregor. *apud Mig.* alter non ſine mendo. *Vuormaciam*, Cont. & alii. *Vermerias*, Cont. in marg. *aa* *Viri ſui*, Burch. & Ivo: *in mortem*, Barcin. & unus Tarrac. & Palea, & Cont. atque alii editi Gregor. *in morte*, duo veteres: vox *mulier*, in vet. Tarr. non eſt. *bb* Sic etiam Raimund. *ſit*, pro *eſt*, Palea: *fuerit*, vetus Tarrac. *conciliata eſt*, Burch. & Ivo.
*cc* Sic etiam Burch. Ivo, & Grat. vox *vir* in Greg. non eſt: *eorum*, pro *illorum*, vetus habet Gregor. Mihi tota hæc clauſula ſupervacanea videtur. *dd* *Occidit*, Gratian. ſolus.
*ee* *Poteſt probare*, vetus Tarrac. *& ſi probare poteſt*, *ut nobis* &c. Barcin. aliis omiſſis: *& ſi hoc probare poteſt ille vir*, Burch. & Ivo: *ſi probare poteſt ille vir*, Palea: *&* *ſi* pro *ſi*, eſt in veteri Grat. libro: omnia Raim. & Cont. omittunt. *ff* Sic Burch. Ivo, & Grat. ſive Palea; *eam eſſe ream*, duo Tarrac. aptius.
*gg* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. habent ceteri. *hh* Sic etiam Burc. Ivo, & Palea: *propriam* pro *ipſam*, unus Tarrac. *ipſam poteſt dimittere*, Barcin. omittunt hæc etiam Raim. & Cont.
*ii* Sic etiam Grat. ſive Palea: *aliam uxorem accipere*, Burch. hæc apud Ivonem nulla ſunt: pro eis Raim. ita ſcripſit: *poteſt ipſe poſt mortem uxoris*, *ſi voluerit*, *aliam ducere*: ſic etiam Alanus vetus interpres: „ aliam „ ducere: poſt mortem uxoris, alias non tenet, ut 32. q. 1. cap. 2. “, Alan.
*kk* Sic etiam Burchard. Ivo, & Palea: *pœnitentiæ abſque ſpe conjugii ſtet ſubjecta*, Raim. mutationis nullam cauſam video: *ſine* pro *abſque*, eſt in vet. Tarrac. non male. *ll* *Idem*, vetus Tarrac. *Alex. III.* Raimund, & Cont. *Idem eidem in eodem*, concil. d. parte 50. cap. 22. forte *in eadem*, ſcribendum, referri tamen poteſt ea vox ad lib. 14. regiſtri Alex. III. ex quo eſt caput 21. cujus hæc inſcriptio eſt, *Idem Carnoten. Epiſcopo in* 14. *libro regiſtri.* Pars illius capituli, *Cum ſacroſancta Romana.* Ejus initium in uno tantum capite invenio *Clementi tertio*, inſcripto, ſub titulo de ætate, & qualitate, collect. 2.
*mm* Ant. Contius addidit omiſſa prius a Raim. ſed in concil. plura verba ſunt: *Quæſivit*, *& infra*, eſt in vet. Gregor. *Quæſivit a nobis*, *& infra*, in altero, ut apud Cont. & alios. *Quæſivit a nobis tua fraternitas*, *utrum ſacerdos* &c. ut cap. 9. de verborum ſignificatione, in hac collectione, quæ Contius omiſit in Gregor. eſt in conciliis d. cap. 22. & poſt illa, *interponere diem*, additur; *& utrum mulier* &c. voces illæ, *tua fraternitas*, omiſit etiam Contius noſter. *nn* Sic etiam Contius: *aut alio quolibet*, concil. *aut pro quolibet alio*, vetus Tarracon. *oo* Vox *&* non eſt in duobus Tarracon. eſt in concil. & in Contiano.

quæſtionem propoſuiſti (*a*), & utrum (*b*) pro quolibet flagitio poſſit a conjuge (*c*) dividi, & aliam ſibi legitime matrimonio (*d*) copulare. Nos itaque taliter duximus reſpondendum [*e*], quod mulier (*f*) pro furto, vel alio crimine viri ſui, niſi ipſe eam ad maleficia ſua trahere nitatur, & [*g*] fidei ſuæ religionem corrumpere velit (*h*), non debet ab ea ſeparari (*i*), nec alii aliqua ratione copulari (*k*). Verum ſi (*l*) conjugem ſuam ad maleficium traxerit (*m*), mulier a viro recedere poterit, & ſeparari [*n*], ita quod ei alii nubere [*o*] non licebit, quia licet ſeparentur (*p*), tamen ſemper conjuges erunt, in viris (*q*) quoque præſentis ſententiæ forma ſervetur [*r*].

## CAPUT III.

*Idem Ambian. Epiſcopo* (*s*), *pars c. Quod ſedem* [*t*].

c. 3. eod. PORRO de Comite Pontini (*u*), qui filiam Bern. de ſancto Valerico (*x*) abſque judicio eccleſiæ dimiſit, propterea, quia eam [*y*] cognatam fuiſſe defunctæ uxoris [*z*] proponit, hæc tua prudentia [*aa*] cognoſcat [*bb*], quod ſi etiam parentela eſſet publica, & notoria, abſque judicio eccleſiæ ab ea non (*cc*) potuit ſeparari, quare ipſum ad eam [*dd*] recipiendam diſtricte compellas (*ee*), & ſi eam [*ff*] recipere noluerit, eum, & ſuper inductam (*gg*), vinculo excommunicationis adſtringas (*hh*): ſi qui autem [*ii*] apparuerint, qui matrimonium ipſum legitime (*kk*) velint, & poſſint impetrare (*ll*), cauſam audias, & eam fine debito decidas. Præterea de Ugone (*mm*) de Calcejo, qui filiam Alelini [*nn*] cognatam ſuam duxit uxorem, & hoc publicum eſt, & manifeſtum, nec apparet aliquis, qui matrimonium (*oo*) velit impetere, id tibi reſpondemus, quod non apparentibus accuſatoribus, & parentela manifeſta, & publica exiſtente, quod credibile non eſt, niſi eſſent conſobrini in primo, vel in ſecundo gradu, eccleſiaſticæ auctoritatis intereſt, matrimonia illa, gravitate adhibita diſſolvere, quæ illicite noſcuntur contracta.

## CAPUT IV.

*Idem* (*pp*).

SIgnificaſti nobis [*qq*], quod quidam miles c. 4. eod.
in provincia tua (*rr*) uxore ſua ſine judicio

*a Expoſuiſti quæſtionem*, concil. *propoſuiſti*, Contius altera voce omiſſa.

*b* Sic etiam Cont. vox & non eſt in concil. neque in duobus Tarracon. *c Sua*, addunt concil. caret ea voce Contius. *d* Sic Cont. *legitimo matrimonio*, concil. & vetus Tarrac. non male.

*e Nos itaque tibi duximus taliter reſpondendum*, concil. *Quæſtioni itaque tuæ taliter dux. reſp.* vetus Tarrac. *Tibi reſpondemus*, vetus Greg. *Nos itaque t. reſp.* alter vetus. *Nos itaque taliter reſpondemus*, Cont. & alii.

*f Quod ſacerdos* &c. ut d. cap. 9. concil. & poſt alia: *Quod autem mulier pro furto, vel quolibet alio crimine a viro ſeparetur, & alii nubere poſſit, & vir ſimiliter eadem lege conſtituatur; taliter reſpondemus, quod mulier*, &c. ut editum eſt, Raim. & Cont. *g* Hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio: *quod*, ante hæc verba additur in tribus Gregor. *vel* pro &, eſt in vet. Tarr. & *contrahere* pro *trahere*, quod non æque placet.

*h Voluit*, olim in vet. Gregor. tantum. *i Eo* pro *ea*, concil. aptius: *ab eo ſeparari non debet*, Raim. *debeat* pro *debet*, olim in uno Tarr. *k* Sic in concil. *matrimonio copulari*, tres Tarr. & Barcin.

*l* Hoc idem eſt in concil. & in Greg. *Vir ſi*, in Barc. *Unde ſi*, in uno Tarr. ego nihil muto.

*m Ad errorem traxerit, & ad maleficium*, concil. *ad infidelitatis maleficium traxerit*, Raim. Sic etiam Tancredus ait: „ Cum iſtud cap. loquatur de conjugio rato, dicendum, quod tantum unum caſum ponit hic Alex. „ in quo maritus poteſt dimittere uxorem, & uxor virum: videlicet ſi velit, ut religionem fidei corrumpat, „ quod eſt ſpiritaliter fornicari, ut 28. q. 1. Idolatria, & ad hunc ſolum caſum littera exponitur ", Tancr. & poſtea: „ ad maleficium ideſt ad corrumptionem fidei, hoc eſt idolatriam ", Tancr.

*n* Sic etiam in concil. *a viro poterit ſeparari*, Raim. & Cont. aliis omiſſis: *potuit* pro *poterit*, unus olim Tarr.

*o* Vox *ei* non eſt in vet. Tarrac. *alicui* pro *alii*, concil. prioris edit. *alii*, in Suriana edit. *itaque ei nubere alii*, vetus Greg. *ita quod*, alter vetus, & Cont. & alii. *p Separetur*, vetus Tarrac. ſolus.

*q Viris quoque præſens ſententia ſervetur*, concil. ut editum eſt, Raimund.

*r Obſervetur*, vetus Gregor. tantum. *s Ambianenſi Epiſcopo*, duo Tarrac. *Ambienſi Epiſcopo, ex libro 12. regiſtri Alex. III.* conc. d. parte 50. cap. 28. & 29. prioris edit. *Ambianenſi*, in poſteriori. *Epiſcopo Albian.* vetus Gregor. *Al. Epiſcopo*, alter vetus. *Abianen.* Cont. ut editum eſt, alii.

*t* Sic etiam Cont. hæc Raim. omiſit. Integra clauſula exſtat in concil. d. cap. 28. & ſub titulo de frigidis, cap. 3. in hac collect. *u* Ante hæc verba poſt illa, quæ ſunt d. cap. 3. ſequitur in concil. d. cap. 29. *Sane de canonico* &c. ut cap. 10. de regularibus in hac collect. *Ponti* pro *Pontini*, vetus Tarrac. *Pontini*, Raimund. & concil. ſed *Pontini* eſt in marg. concil. *x Qui uxorem ſuam filiam Bernardi de ſ. Valerico*, conc. plenius: *qui filiam Bernardi de ſancto Waldarico uxorem ſuam*, vetus Tarrac. *Ben.* pro *Bern.* alter Tarrac. *Gualerico* pro *Valerico*, duo Tarrac. *qui B. uxorem ſuam*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*y* Vox *eam* non eſt in vet. Tarr. vox *propterea* non eſt in Gregor. omnia ſunt in concil.

*z* Sic etiam Raimund. *ſuæ*, addunt concil. *aa Hoc* pro *hæc*, concil. & tres Tarrac. omittitur ea vox a Raimund. & Contio: *prudentia ſua*, vetus Gregor. habet: *tua*, alter.

*bb Recognoſcat*, unus Tarrac. ſolus. *cc Eo* pro *ea*, unus Tarracon. tantum.

*dd* Sic etiam Raimund. *eum ad eam*, concil. *eum ad ipſam*, vetus Tarracon.

*ee* Ante hæc verba addidit Raim. *quæ petit reſtitutionem ipſius*: ea verba in concil. non ſunt.

*ff* Sic in concil. *quam*, Raim. & Cont. tantum. *gg* Similia verba ſunt cap. 21. de offic. & poteſt. judicis deleg. in hac collect. ut notat R. ſive Ricardus. *hh* Sic in concil. *excommunionis conſtringas*, vetus Gregor. *excommunionis adſtringas*, duo Tarrac. & alter vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii.

*ii* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. & d. c. 21. *kk* Hæc vox in concil. non eſt: exſtat d. c. 21.

*ll* Scribe *impetere*, ut eſt in tribus Tarracon. & in concil. & d. cap. 21.

*mm* Totidem fere verbis cap. 9. de offic. & poteſt. prælati, in hac collect. Hoc eſt initium capitis 4. in vet. Tarrac. cum hac inſcriptione, *Idem.* *nn Avelini*, vetus Tarrac. *Aleloni*, d. cap. 9. ubi alias varias lectiones attulimus. *oo Ipſum*, additur in tribus Tarrac. & d. cap. 9. Cetera vide d. c. 9. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *Ad hæc quoniam donationem* &c. ut cap. 27. de decimis, dictum eſt.

*pp* Sic etiam Raimund. & Contius. *Cretenſi Epiſcopo*, addunt concil. dict. parte 6. capite 14. & in margine *Trecen.* quod malo. Hoc eſt caput 5. in veteri Tarracon.

*qq* Vox *nobis*, non eſt in Greg. eſt in concil. *rr* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

UNED

cio eccleſiæ dimiſſa [a], pro eo quod ſuggeſtum ſibi fuerat [b] ipſam inceſtum cum quodam conſanguineo ſuo commiſiſſe, vinculo propter hoc fuit excommunicationis adſtrictus (c), verum mulier ipſa non continuit, ſed ſobolem de alio viro ſuſcepit, nec minus poſtulat ſuo viro reſtitui, aſſerens ſe ab ipſo injuſte dimiſſam (d), & eundem (e) virum adulterandi materiam (f) ſibi dediſſe. Unde quia nos conſulere voluiſti (g), utrum mulier ipſa debeat viro [h] reſtitui, & vir ad ejus receptionem compelli, fraternitati tuæ præſentibus litteris reſpondemus [i], quod ſi manifeſtum eſt mulierem ipſam (k) adulterium commiſiſſe (l), ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet (m), niſi conſtaret [n] ipſum cum alia (o) adulterium commiſiſſe.

## CAPUT V.

*Urbanus III. Florentino Epiſcopo, pars c. Litteras ſuper (p).*

c. 6. eod. De illa vero, quæ viro labente (q) in hæreſim ipſius conſortium (r) declinavit, utrum revertente (s) illo ad catholicam unitatem (t), ad redintegrandum matrimonium ſit cogenda, videtur nobis, quod ſi mulier ab eo, ea dumtaxat [u] intentione diſceſſit (x), ut lapſus in hæreſim, tædio pariter, & confuſione affectus, ſe ab errore ſuo [y] converteret, ei cum reverſus [z] fuerit, reddenda eſt, quæ etiam ſi reverti noluerit, compellatur (aa). Si vero judicio eccleſiæ ab eo (bb) ſine ſpe matrimonii redintegrandi (cc) receſſit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam (dd).

## CAPUT VI.

*Idem Epiſcopo Wigor. (ee) pars c. Meminimus (ff).*

Si aliquis (gg) parochianorum tuorum matrem, ſororem (hh), vel filiam uxoris ſuæ carnaliter cognoverit [ii], & hoc publice (kk), Non ponit. Poſt conc. Lar. p. 12. cap. 1.
& manifeſtum extiterit (ll) eſt ab ea penitus ſeparandus, & uterque illorum ſ. (mm) tam mœchus, quam mœcha debent ſine (nn) ſpe conjugii perpetuo permanere. Si autem id occultum fuerit, & ſecretum, pœnitentiam de commiſſo debet accipere, & uxori ſuæ infra tempus pœnitentiæ, vel extra debitum, ſi exegerit, ſolvere (oo). Sane ſi aliquam (pp) uxoris ſuæ conſanguineam, quæ illam (qq) in tertio, vel alio deinceps gradu (rr) contingat, carnali commixtione cognoverit, non eſt propterea inter eos ſententia divortii celebranda (ſſ), ſed delinquenti, ſecundum qualitatem perſonæ, & criminis (tt), eſt pœnitentia injungenda.

TI-

*a* Sic etiam Raimund. *uxorem ſuam ſine judicio eccleſiæ, & auctoritate dimiſerit*, concil. *uxorem ſuam*, vetus Tarracon. non recte. *b* Sic etiam Raimund. *ei* pro *ſibi*, concil.

*c* *Fuerit* pro *fuit*, vetus Tarrac. *& propter hoc vinculo fuit excommunicationis aſtrictus*, concil. *excommunionis* pro *excommunicationis*, vetus Gregor. cetera, ut edidimus: *vinculo fuit propter hoc excommunionis aſtrictus*, alter vetus; *excommunicationis adſtrictus*, Contius, & alii: cetera, ut alter vetus.

*d* Vox *ſe*, in vet. Tarracon. non eſt: *eo* pro *ipſo*, eſt in altero Tarracon. *fuiſſe dimiſſam*, concil. & vetus Gregor. *ſe injuſte ab eo dimiſſam*, alter vetus: ut editum eſt, Contius, & alii.

*e* Ante hæc verba eſt in uno tantum Tarrac. *pro eo quod.* *f* Improbat hoc loco Vincentius Hiſpanus Baz. & Hug. opinionem, quam Joannis Faventini eſſe ait Bernardus Parmenſ. In Gregor. & alter Joannes 27. q. 2. cap. 23. Si tu. *g* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. excepto *conſuluiſti* pro *conſulere voluiſti.*

*h* *Mulier iſta debeat viro ſuo*, concil. vox *ipſa*, in uno Tarr. non eſt: *debebat* pro *debeat*, Suriana conc. editio.

*i* Sic etiam concil, *tibi* pro *frater. tuæ*, vetus Tarracon. *Super quo reſpondemus*, vetus Gregor. *Conſult. t. t. reſp.* alter vetus, & Cont. & alii. *k* Sic in concil. vox *ipſam*, non eſt in uno Tarrac. *notorium* pro *manifeſtum*, Raimund. *l* Sic etiam in Gregor. additur poſtea in concil. ex aliquo, ut opinor, ſcholio: *poſt dimiſſionem, ſed non idem ſi ante.* *m* *Non debeat*, unus Tarracon. ſolus.

*n* *Niſi conſtet*, unus Tarracon. tantum. *o* *Cum altera*, unus item ſolus Tarrac.

*p* *Frater.* vet. Tarrac. *frater.* alter: *fraternita. t.* tertius Tarrac. aptius, ut apparet ex concil. parte 50. cap. 63. *Litteras fraternitatis tuæ debita benignitate ſuſcepimus* &c. ut etiam vidimus in hac ipſa collect. titulo de conjugio leproſi, cap. 3. Hæc omittunt Raim. & Cont. Hoc autem eſt cap. 6. in vet. Tarrac.

*q* *Viro ſuo labente*, concil. & duo Tarrac. vox *vero*, non eſt in Greg. *ſuo*, eſt, *labente viro ſuo*, tertius Tarr.

*r* Sic etiam concil. *ejus conſortium*, *ſine judicio eccleſiæ*, vetus Gregor. *ipſius*, alter vetus, & Cont. & alii.

*s* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in conciliis. *t* *Veritatem*, concil. utrumque placet.

*u* *Ab eo*, carent concilia, & tres Tarracon. *mulier maxime ſi ea*, Raimund.

*x* Sic etiam concil. & duo veteres Gregor. *deceſſit*, Cont. & alii non optime.

*y* Vox *ſuo* in uno tantum Tarr. deſideratur. *z* *Et*, additur ante hæc verba in veteri Tarrac. ſolo.

*aa* Sic omnes: ſed ego *compelletur*, malo, aut *compelleretur.* *bb* Hæc in conc. non ſunt, habent Raimund. & Cont. *cc* Hæc ſunt in concil. non habent Raimund. & Cont. *conjugii* pro *matrimonii*, eſt in vet. Tarrac.

*dd* Sic etiam Raimund. *eam*, additur in concil. ante verbum *dicimus. Compellendam dicimus*, eſt in veteri Tarracon. infra eod. tit. Quanto: lib. 3. contra: „ hoc vetus, illud novum “, Alan. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *De uxore vero* &c. ut cap. 7. de ſepulturis, in hac collect. quod Lucii tertii eſſe dicitur, hoc Urbani tertii etiam in conciliis. *ee* *Vuigorn. Epiſcopo*, concil. in quibus vox *Idem* ad Alex. III. refertur, non ad Urbanum. *Epiſcopo Gig.* unus Tarracon. non recte. Hoc eſt cap. 7. in vet. Tarrac.

*ff* Hæc in concil. non ſunt. Integra clauſula videnda ſub titulo qui clerici vel voventes, c. 6. in hac collect.

*gg* *Si quis*, concil. *hh* *Matrem forte, vel ſororem*, concil. *ii* Sic etiam concil. *carnaliter forte cognoverit*, tres Tarracon. *kk* *Publicum*, duo Tarracon. & concil. *ll* *Fuerit*, concil.

*mm* *S.* in duobus Tarracon. deſideratur, eſt in concil. *nn* *Debet ſine*, concil. & unus Tarrac.

*oo* Sic etiam in concil. *perſolvere*, unus Tarracon. *pp* Sic in concil. *ſi aliquis*, Barcinon.

*qq* *Quæ eam*, unus Tarrac. *quæ illi*, concil. *rr* Vox *alio* non eſt in vet. Tarr. *gradu, vel deinceps*, concil.

*ſſ* *Divortium inter eos celebrandum*, concil. *inter eos divortium celebrandum*, tres Tarracon.

*tt* Sic etiam concil. *perpetrati*, addit Barcinon. *delicti perpetrati*, vetus Tarrac. aliis omiſſis. Cur hoc Raimund. omiſerit caput, apparet ex verbis Tancredi, qui ait Innocentio tertio hanc diſtinctionem occulti, & manifeſti criminis, & gradus tertii, ſive alterius diſplicuiſſe: ut infra de eo, qui cogn. conſang. Discretionem: & de conſanguin. Tuæ fraternitatis: lib. 3.

## TITULUS XXI.
## DE DOTE POST DIVORTIUM RESTITUENDA (*a*).

### CAPUT I.
*Ex concilio habito apud Guarmatiam* (*b*).

De don. int. vir. & uxor. c. 1.

MUlieres vero cum ſeparatæ (*c*) fuerint pro aliqua licita ratione (*d*) a propriis viris (*e*) totam præcipimus recipere dotem (*f*), quam a die (*g*) nuptiali receperunt, & poſt expletum annum accipiant alios viros [*h*], ſi voluerint, ſimiliter & vir uxorem [*i*].

### CAPUT II.
*Alexander III.* * (*k*)

* *Bajocenſi Epiſcopo*, Cujac. Non ponitur. Poſt conc. Lat. p. 33. c. 2.

EX conqueſtione M. mulieris (*l*) nobis innotuit, quod N. (*m*) quondam vir ſuus, a quo, ſicut dicitur, fuit judicio eccleſiaſtico (*n*) ſeparata, dotem ſuam ſibi reddere (*o*) contradicit. Quia vero indecens eſt, & a juris ordine alienum, ut prædicta mulier dotem ſuam amittat, f. t. per A. s. pr. m. qua. (*p*) ſi eadem mulier a prædicto viro fuit judicio eccleſiaſtico ſeparata [*q*], ipſum moneas (*r*), & ſi neceſſe fuerit, ap. re. eccleſiaſtica diſtrictione (*s*) compellas, ut prædictæ mulieri dotem ſuam reſtituat, aut ſecundum conſuetudinem terræ in præſentia tua juſtitiæ plenitudinem exhibeat.

### CAPUT III.
*Urbanus III. Decano, Cantori, & Capicero Lexorii* (1) [*t*].

SIgnificavit nobis Phu. [*u*] mulier, quod Gui. Gacton. [*x*] quem loco viri tenebat, divortio inter eos ſollemniter celebrato, dotem ſuam illicite detinet (*y*), & reddere (*z*) contradicit, poſſeſſiones etiam, quæ ipſis (*aa*), dum ſimul viverent, cujuſcumque contractus titulo, communiter (*bb*) obvenerunt, eas ſolus, muliere (*cc*) prorſus excluſa, ſibi nititur vindicare (*dd*). Ideo d. t. per A. s. (*ee*) m. qua. ſi verum eſt [*ff*], quod proponitur, & non eſt aliud, quod obſiſtat, prædictum Gui. [*gg*] ad reſtitutionem dotis, & ad diviſionem eorum, quæ olim communiter habuerunt, eccleſiaſtica diſtrictione compellatis (*hh*). c. 2. eod.

## TITULUS XXII.
## DE SECUNDIS NUPTIIS.

### CAPUT I.
*Idem Vigilen. Epiſcopo* (*ii*).

VIR autem, vel mulier (*kk*) ad bigamiam [*ll*] tranſiens non debet a presbytero benedici, quia cum (*mm*) alia vice benedicti ſunt [*nn*], eorum benedictio iterari non debet. De ſecund. nupt. c. 3.

### CAPUT II.
*Idem Exon. Epiſc.* [*oo*] *pars c. In litteris* (*pp*).

SUper illa vero quæſtione (*qq*), qua quæſitum eſt, an s. mulier (*rr*) poſſit ſine infamia nu- cap. 4. eod.

[1] *Lexon.* Gregor. IX.

*a* Sic olim in veteri Gregor. mox, *De donationibus inter virum, & uxorem, & de dote* &c. quod eſt in editis libris. *b Gravantiam*, Barcin. *Guamnantiam cap.* 4. concil. d. parte 50. cap. 46. in priore edit. *Vuormatiam* in poſter. *ex concil. apud Wun.* vetus Gregor. *Vuormaciam*, Cont. & alii aptius: *& Capitular. Caroli Magni:* Cont. in marg. Ego in conciliis nondum inveni. *c* Sic etiam in concil. *Mulieres cum pro aliqua licita cauſa a propriis viris fuerint ſeparatæ*, Raimund. *d Pro hac, vel alia licita cauſa*, concil.

*e* Sic in concil. *a viris ſuis*, vetus Tarrac. *f* Sic in concil. *recipere præcipimus*, vetus Tarrac. *totam dotem præcipimus ſibi reddi*, Raim. *g* Hæc omittunt Raimund. & Cont. *quam in die* &c. concil. quod non æque placet, licet aptum ſit. *h Aliam virum*, conc. utrumque jure Raim. omiſit; videntur enim hæc verba permittere ſecundas nuptias vivis prioribus viris. *i* Sic etiam concil. *& viri uxores*, tres Tarracon. aptius.

*k Idem* [*Alex.*] *ven. frat. N. eremitæ Bathonienſi*, concil. prioris edit. parte 33. cap. 2. titulo. Qui filii ſint legitimi, & de exactione dotium poſt divortium, & ad quem pertineat hujus cauſæ cognitio. Mihi vox *eremitæ*, ſuſpecta eſt, pro ea *Epiſcopo*, ſubſtituo, quod in Suriana editione eſt.

*l E.* pro *M.* concil. *m Quod R.* concil. *n Eccl.* concil. prioris edit. forte *eccleſiæ*, ut poſtea, & hoc loco in Suriana edit. *o* Sic in conc. *ſibi debere*, Barcin. & tres Tarac. in quorum uno *debere* olim, mox *reddere.*

*p Frat. tuæ &c. quatenus*, concil: *f. t. l. pr. m. qua.* unus Tarracon.

*q Separata eſt*, vetus Tarrac. omiſſa voce *fuit. Judicio eccleſiæ ſeparata fuerit*, concil.

*r Et inducas*, additur in concil. *s* Sic in concil. *eccleſiaſtico judicio*, in uno Tarrac.

*t Urban. III.* vet. Gregor. aliis omiſſis; *& capitulo Lexonen.* Cont. & alii. *Exonien.* forte. Hoc caput in Barcin. ſcriptum eſt poſt cap. 3. de ſecundis nuptiis, non recte; & in uno Tarrac. extra ordinem poſt aliquot capita tituli de accuſationibus. *u Pha.* vet. Tarr. *P.* alter Tarr. & vet. Greg. *Significavit P.* Cont. & alii.

*x Quod G.* vetus Tarrac. *quod H.* Raim. *quod Guido*, alter Tarracon. *quod G. Gacton.* tertius.

*y Illicite ei detinet*, unus olim Tarrac. ſolus. *z Et reſpondere*, vetus Gregor. tantum.

*aa* Sic etiam in concil. *ipſi* pro *ipſis*, idem vetus Gregor. *ipſis*, editi libri,

*bb* Hæc vox in ſolo Barc. deſideratur. *cc Ea ſola muliere*, duo Tarrac. *ea*, Raim. & Cont. aliis omiſſis.

*dd Sibi tacite vindicare contendit*, duo Tarr. *ee Ideoque*, Raim. & Cont. aliis neglectis. *Ideoque diſ. v.* &c. duo Tarracon. *Ideoque diſ. t.* habet tertius. *ff Si eſt ita*, Raimund.

*gg* G. tres Tarracon. *ipſum*, Raimund. *hh* Sic etiam Raim. *cogatis*, tres Tarracon.

*ii Wigilenſi*, duo Tarrac. *Wigilienſi E.* tertius: ut editum eſt, in concil. parte 9. cap. 1. titulo eodem, de ſecundis nuptiis. Videtur autem illic eſſe *Lucii III.* ſed in hac collect. & in Gregor. Urbani III. fuit autem Urbanus poſterior Lucio, qui Alex. III. ſuffectus eſt. *Urbanus 3. Ver. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vig.* Contius, & alii. *kk Aut* pro *vel*, Gregor. vetus, & Contius, & alii: *vel*, concil.

*ll Ad digamiam*, ſolus Contius aptius: ſed non ita tum loquebantur.

*mm* Vox *quia*, in vet. Tarr. ſolo deſideratur. *nn Sint*, concil. & Raimund. & tres Tarr. aptius.

*oo Exonien.* concil. d. parte 9. cap. 2. plenius. *Idem*, vetus Gregor. aliis omiſſis. *Exonen.* Cont. & alii.

*pp* Sic etiam in concil. omittunt hæc Raim. & Cont. Integra clauſula exſtat ſub titulo de officio, & poteſt. judicis deleg. cap. 14. *Brixien. Epiſcopo*, inſcripto: ſed in concil. parte 7. cap. 16. *Lexonien. Epiſcopo.* De Pontificis nomine non minor controverſia eſt, quam in proximo capite fuit.

*qq* Sic in concil. vox *vero*, non eſt in Gregor. *Super illam quæſtionem*, vetus Tarracon.

*rr An ſcilicet mulier*, concil. *an mulier*, Raimund. & duo Tarracon.

UNED

nubere infra (*a*) tempus luctus ſecundum leges diffinitum: ſollicitudini tuæ (*b*) reſpondemus, quia cum (*c*) Apoſtolus dicat (*d*), mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt a lege viri (*e*), & in domino nubat, cui vult (*f*), per licentiam (*g*), & auctoritatem Apoſtoli, ejus infamia (*h*) aboletur.

CAPUT III.

*Lucius III. univerſis Chriſtianis (i) in captivitate Saracenorum poſitis.*

c. 2. eod. DOminus, ac redemptor noſter (*k*) &c. Sane ſuper matrimoniis, quæ quidam ex vobis nondum habita obeuntis conjugis certitudine contraxerunt, id vobis auctoritate Apoſtolica (*l*) reſpondemus, ut nullus ex vobis (*m*) amodo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei firma certitudine (*n*) conſtet, quod ab hac vita migraverit (*o*) conjux ejus. Si vero aliquis, vel aliqua id hactenus non ſervavit (*p*), & de morte prioris conjugis adhuc ſibi æſtimat (*q*) dubitandum, ei, quæ ſibi nupſit, debitum non deneget poſtulanti, quod a ſe tamen noverit nullatenus exigendum. Quod ſi poſt hæc (*r*) de prioris conjugis vita conſtiterit, relictis adulterinis, illicitiſque (*s*) complexibus ad priorem ſine dubio (*t*) conjugem revertatur.

# LIBER QUINTUS.

## TITULUS I.

## DE ACCUSATIONIBUS (*u*).

### CAPUT I.

*Felix Papa II.* (*x*)

De accuſat. cap. 1. SI legitimi (*y*) non fuerint accuſatores, non fatigetur accuſatus (*z*).

### CAPUT II.

*Gregorius Anthemio ſubdiacono (aa).*

CUM fortius punienda ſint (*bb*) crimina, quæ inſontibus, & maxime ſacratis homi- De calumn. c. 1.

*a Nubere alii infra*, Barcin. ſolus. *b* Hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio.

*c Quod cum*, unus Tarracon. & concil. & Raimund. *quod ſicut*, alter Tarracon.

*d* Sic etiam concil. & Raimund. *dicit*, duo Tarracon. *e Sui*, addunt tres Tarracon. & Contius, & editi Gregor. *mulier mortuo viro* &c. *viri ſui*, vetus Raim. liber: *mulier mortuo viro* &c. ut edita ſunt: concil. omiſſa voce *ſuo*. Verba Pauli ſunt in epiſt. ad Romanos cap. 7. *Nam quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt a lege viri.* Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. *viventi* non *vivente*, eſt in Græcis verbis, & *lege* pro *legi*; & in epiſt. 1. ad Corinthios cap. 7. *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit: quod ſi dormierit vir ejus, liberata eſt a lege.* Γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστίν. *libera* pro *liberata*, eſt in Græcis verbis.

*f* ᾧ θέλει γαμηθῆναι μόνον ἐν κυρίῳ. Paul. d. epiſt. 1. ad Corinth. *cui autem vult, nubat, tantum in domino*, Complut. vox *autem* in Græcis verbis non eſt, & pro eo ſcribi poſſet *ut*, ante vocem *cui*: *ut, cui vult, nubat. Cui voluerit*, eſt in concil. & in tribus Tarracon. & in Gregor. in quibus tantum vox *&* deſideratur: pro *cui* in marg. concil. eſt *cum*, quod non æque probo. *g* Sic etiam Raimund. Addit *&*, vetus Tarracon. ante hæc verba. *Per ſententiam*, concil. *h* Vox *ejus*, non eſt in concil. eſt in Gregor.

*i* Sic etiam Raimund. & Cont. vox *univerſis*, omittitur in vet. Tarracon. aliorum verborum ordo in aliis Tarracon. mutatur. Mutavit autem ordinem capitum non male Raimund. ſi capita ſuperiora Urbani ſunt, qui Lucio poſterior fuit. *k Et infra*, pro *&c.* Raimund. *&c. & infra*, unus Tarracon. non male: *&* pro *ac*, alter Tarracon. Integra clauſula quærenda eſt. *l* Hæc omittunt Raim. & Cont.

*m Nullus*, Raimund. aliis omiſſis. *n* Hæc etiam a Raim. & Contio ſunt omiſſa.

*o* Sic etiam Raimund. *migravit*, duo Tarrac. *p Non ſervaverit*, duo Tarracon. & vet. Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii. *q Exiſtimat*, Raimund. & unus olim Tarrac. aptius *exiſtimant*, Barcin. non optime.

*r* Sic etiam vetus Gregor. *hoc* pro *hæc*, Cont. & alii. *s* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont.

*t* Hæc quoque ſunt ab eiſdem omiſſa. Poſt hoc ſequitur caput 4. in Barcin. SIGNIFICAVIT NOBIS &c. ut c. 3. tit. 21. hujus libri & c. 5. INTERROGATUM EST &c. quod eſt in 2. collect. c. 1. de converſione infidelium.

*u* Addit Raim. *inquiſitionibus, & denuntiationibus.* Cont. *adcuſationibus*, & *adcuſare*, in hoc titulo ſemper pro *accuſationibus*, & *accuſare*, non recte. *x Ex epiſt. Felicis Papæ Ægyptiorum Epiſcopis miſſa cap.* 18. Burch. lib. 1. cap. 169. & Ivo parte 5. cap. 279. decreti. *Felix Papa*, tres Tarracon. & Raimund. *Primus*, addit Contius *Gregorius*, unus Tarracon. non recte. Confirmantur edita ex conciliis, in quibus exſtat Felicis ſecundi reſcriptum ad Epiſcopos in Alexandrina ſynodo congregatos, cujus reſcripti cap. 17. hæc verba inveniuntur. Contio placet epiſt. 1. & 2. Felicis primi hæc eſſe referenda, quod nondum probavimus.

*y* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* QUOTIENS EPISCOPUS: quod eſt initium d. cap. 17. ut eſt in concil. & apud Burch. & Ivonem: *Quotiens Epiſcopus ſuper certis accuſatur criminibus ſi tales fuerint accuſatores, qui juſte, & canonice recipi debeant; legitima in ſynodo ſuo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui ſunt in provinciis, Epiſcopis. Quod, ſi legitimi* &c. ſic in concil. *ſynodo legitima in ſuo tempore*, Burchard. & Ivo & *provincia* pro *provinciis. Si legitimus non fuerit accuſator*, Raimund. & Cont.

*z* Sic etiam, Raimund. & Cont. *Epiſcopus* pro *accuſatus* concil. & Burch. ſed Ivo repetit verba ſupra ſcripta in hunc modum: *accuſatores, qui juſte, & canonice recipi debeant, non fatigetur Epiſcopus.* Poſt hujus capitis verba additur in concil. *quia ſacerdotes ad ſacrificandum vacare debent, non ad litigandum: nec illi, qui throni Dei vocantur pravorum hominum inſidiis turbari debent, ſed libere Chriſto domino famulari.* Apud Burchard. *vocari* pro *vacare*, eſt quod non placet, & vox *domino* deſideratur. Apud Ivonem vox *debent* poſt verbum *turbari*, non eſt, & pro *famulari* non recte eſt *familiari*; cetera, ut in concil.

*aa* Sic etiam eſt lib. 9. epiſt. 66. regiſtri B. Gregorii. *Campaniæ*, additur in veteri libro. *Ex regiſtr. ad Anthemium ſubdiaconum Campan. cap.* 201. Burch. libro 2. cap. 201. ut in editis eſt, 202. ut eſt in veteri: in quo libro poſt caput 197. additur 198. PRESBYTER PROPRIO &c. ut apud Ivonem parte 6. capite 270. decreti. *Ex regiſtro Gregorii ad Anthemium ſubdiaconum Campaniæ cap.* 201. Ivo d. parte 6. cap. 174. *Greg. Anten. ſubd.* vetus Raimund. liber. *Antena*, alter mendoſe. *Antemio ſubdiacono, & col.* Ant. Contius, & alii. *Arthemio*, Barcin. *Gregorius Papa Andenuo ſubd.* unus Tarrac. *Tarentino*, alter. *Antonio*, tertius. Omnia hæc pro glandibus ſint, frugibus repertis. *bb Sunt*, vetus Raim. liber, & olim unus Tarracon. ceteri libri, ut editum eſt.

UNED

minibus inferuntur (*a*), quam ſitis culpabiles omnes, qui (*b*) in cauſa Joannis diaconi reſediſtis, attende (*c*), ut Hilarium criminatorem ipſius *d*) nulla ex diffinitione veſtra pœna veniens (*e*) caſtigaret, & infra (*f*). Quia ergo tantæ nequitiæ malum ſine digna non debet (*g*) ultione tranſire, fratrem noſtrum Paſcaſium admonere volumus (*h*), ut eundem Hilarium (*i*) prius ſubdiaconatus (*k*), quo indignus fungitur, privet officio [*l*], atque verberibus publice caſtigatum faciat in exilium deportari (*m*).

## CAPUT III.

*Paſchalis Papa.*

De accuſat. cap. 5. NUlli Epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere liceat, quos antequam ab eis ſe impetendos cognoſcerent (*n*), a ſua communi familiaritate neglexerint ſeparare (*o*).

## CAPUT IV.

*Ex concilio Magoc.* (*p*)

DE iis criminibus (*q*), de quibus abſolutus eſt accuſatus (*r*), non poteſt accuſatio replicari (*s*). cap. 6. eod.

## CAPUT V.

*Gregorius Guidaſcalo* (*t*) *Duci Campaniæ.*

ILla præpoſitorum &c. & infra (*u*). Si vero aliquis eſt de prædicto monaſterio Abbatis, qui (*x*) poſſit quid dicere (*y*), quod ad culpam, reatumque ejus pertinet (*z*), nos cum eis (*aa*) quorum intereſt, cauſam diſtricte (*bb*) volumus perſcrutari, ut vel condemnetur, vel abſolvatur (*cc*). c. 3. eod.

## CAPUT VI.

*Idem Conſtantiæ Auguſtæ* (*dd*).

OMnipotens Deus, &c. & infra (*ee*). Valde c. 4. eod.

*a* Sic etiam duo veteres Raim. libri, vox & a Contio, & aliis eſt omiſſa: *& maxime ſacris ordinibus ingeruntur*, regiſtr. *ſacratis* pro *ſacris*, Burch. cetera, ut regiſtr. *maxime ſacratis ordinibus ingeruntur*, Ivo & omiſſo. *b* Vox *omnes* a Raimund. & Contio eſt omiſſa: habent ceteri. *c* Sic vetus regiſtri liber: *attendite*, editus & Burch. & Ivo, & unus Tarracon. & Cont. & editi Raimund. libri: *attendentes*, vetus liber: *attente*, alter vetus. *d Criminatione impius*, vetus Tarrac. mendoſe: *impium*, ſcribi potuit: *Hilarum* pro *Hilarium*, vetus regiſtri liber, & Burch. & vetus Raim. liber, & Ivo in marg. vox *ut* non eſt in eodem veteri Raim. libro.

*e* Sic regiſtr. Burchard. Ivo, & duo veteres Raim. libri: *pœna conveniens*, Cont. & alii.

*f* Sic etiam Raim. & Cont. *Nec illud ad excuſationem veſtram credatis eſſe idoneum; quod vobis quaſi judicare volentibus ſolus frater, & coepiſcopus noſter Paſchaſius dicitur diſtuliſſe: nam ſi zelus in vobis rectitudinis viguiſſet, facilius uni a multis rationabiliter ſuaderi, quam multi ab uno poterant ſine cauſa differri*, regiſtr. & Ivo; *detuliſſe* pro *diſtuliſſe*, Burch. cetera totidem verbis. *g Non habet*, Ivo ſolus.

*h Supraſcriptum fratrem Paſchaſium volumus admoneri*, regiſtr. *noſtrum*, addunt Burch. & Ivo poſt vocem *fratrem*; omnia omittunt Raimund. & Cont. *Paſchalium*, Barcinon. non recte.

*i* Sic etiam regiſtr. & Ivo; *Hilarum*, Burch. ut antea: *jubemus eundem H.* Raimund.

*k* Sic regiſtr. & Burch. & Raimund. *prius ſubdiaconi*, Ivo. *l Privari officio*, Raimund. ceteri, ut editum eſt.

*m* Verbum *faciat* omittunt Raim. & Cont. habent regiſtr. Burch. & Ivo: *deputari* pro *deportari*, vetus Raim. liber. Poſt hæc verba addunt Burch. & Ivo: *ut unius pœna multorum poſſit eſſe correctio.* Hoc amplius eſt in reg. *Cujus ſi forte lenitatem diaconi ſui adhuc opinio lacerata non commovet, & in hoc, quod non credimus, torpens extiterit: Experientia tua hæc, quæ diximus, faciat, & de illius nobis neglectu renuntiet.* Quæ poſtea ſequuntur, illic videantur; ſunt enim tanto Pontifice digna. *n* Sic etiam vetus Grat. liber 3. q. 5. cap. 14. quod Paleæ adſcribitur: *ab eis impeteretur*, editus liber: *ſe ab eis impetendum congnoſceret*, Raimund.

*o Neglexerit ſeparare*, Raimund. & editi Gratiani libri: *neglexerunt ſeparare*, vet. liber.

*p Magocenſi*, vetus Tarrac. *Magocen.* alter. *Magocien.* duo alii Tarrac. *Maguntino*, Raimund. & Cont. *Mogunti. cap. 7.* Burch. lib. 16. cap. 9. *Magontin.* Ivo lib. 5. tit. 2. cap. 19. Panorm. *Ex capitularibus cap. 291. libri* 7. Idem Ivo parte 16. cap. 291. Nos in conciliis hæc non invenimus, eſſe in capitularibus Caroli audivimus. *q Illis* pro *iis*, Barcin. *his*, alii libri. *r* Sic Burch. & Raim. *quis abſolutus eſt ab eo, qui accuſavit*, Panorm. voce *accuſatus*, omiſſa. In decreto Ivonis vox *quis*, omittitur: cetera ut in Panorm.

*s* Sic etiam Raim. *refricari*, malo; ſic enim Burch. & Ivo utrubique *refricari accuſatio non poteſt.* Poſt hæc verba addit Panormia: *Flagitari judicium non debet de cauſa, quæ definita, vel judicata eſt.* Utraque ſententia mihi videtur ex jure civili ſumpta, & ab illo fonte manare; ne bis liceat de eadem re agere.

*t Gudiſcalco*, lib. 2. epiſt. 12. Indict. 3. regiſtri B. Gregor. editi. *Godeſcalco*, habet vetus liber. *Gudiſcalco*, addit Cont. omiſſum a Raimund. & recte attulit locum, unde ſumptum eſſet hoc caput. *Gidiſculo*, habet vetus Tarracon. *Guidiſcalo*, alter. *Gudiſcalo*, tertius. *Diſcolo*, Barcinon. non recte.

*u* Sic etiam Raimund. excepta voce *&c.* Addit integram clauſulam Contius, eſt in regiſtro in hunc modum: *Illa præpoſitorum ſollicitudo utilis, illa eſt cautela laudabilis; in qua totum ratio agit, & furor ſibi nil vendicat*, ſic regiſtr. *utilis eſt*, Cont. & *nihil* pro *nil.* Queritur poſtea Gregorius, quod Dux iratus frangi januas monaſterii ſancti Angeli juſſerit, idque monaſterium diripi, minis Abbatem deterreri curaverit, fugam cujuſdam monachi ei obiicens, qui ad hoſtes abierat, quaſi ejus voluntate profugiſſet. Diluit mox hoc Pontifex crimen, quod non omnes ſervi, aut ſubditi dominorum, aut ſuperiorum voluntate aut peccent, aut fugiant. Ad extremum addit; *Hæc itaque ſollicite penſa, atque ex te aliorum cauſas æſtima, & in quorundam adverſitates falſis ſuſpicionibus non ducaris. Si vero* &c. *x Enim* pro *vero*, Barcin. *prædicti* pro *prædicto*, duo Tarracon. *Si vero eſt aliquis qui de prædicti monaſterii Abbate*, regiſtr. *de monaſterio prædicti Abbatis*, Raim. cetera, ut edita ſunt.

*y Aliquid* pro *quid*, unus Tarrac. *dicere*, Raim. altera voce omiſſa: *quid dicere*, regiſtrum.

*z Pertineat*, regiſtr. & Raim. *aa* Sic etiam Raim. & Cont. quibuſdam omiſſis: *nos hoc non negligi, ſed magis una quidem cum eis*, regiſtr. *bb* Sic etiam Raim. & Cont. *cauſam omnino diſtricte, & ſollicite*, regiſtr.

*cc* Sic etiam Raimund. & Cont. *ut aut feriat vindicta culpabilem, aut abſolvat veritas innocentem*: regiſtr. Poſt hæc verba additur illic: *Si autem nullus inveniri potuerit, qui contra eum hoc, quod ſolus ipſe perhibes, aſſerat: hortamur, magnifice fili, ut a memorati monaſterii, Abbatiſque ipſius te adverſitate contineas*, &c.

*dd* Sic etiam Raimund. & Contius, & lib. 4. epiſt. 34. cap. 78. Indict. 13. d. regiſtr. *Conſtantinæ*, Barcin. & duo Tarracon. *ee* Sic etiam Raim. & Cont. omiſſa voce *&c.* Integra clauſula ex regiſtro hæc eſt: *Omnipotens Deus, qui Pietatis veſtræ cor ſuæ dextera majeſtatis tenet, & nos ex vobis protegit, & vobis pro temporalibus actibus æternæ præmia remunerationis parat.* Deinde gratias agit, quod beati Petri cauſas fuerit tutata contra quoſdam *ſuperbe humiles*, ut ait, & *ficte blandos.* Mox adverſus Joannem Ravennatem, quod ſe univerſalem Epiſcopum dixerit, invehitur. Poſtremo adverſus Maximum Salonitanæ eccleſiæ Epiſcopum multa ſcribit, quæ apud Gratian. leguntur diſt. 63. cap. 24. & 21. q. 5. cap. ult. cujus inſcriptio mendoſa eſt, *Gregor. Conſtantino*

de grave eſt (a) ut vir, de quo tanta, & talia (b) nuntiantur, cum ante requiri, & diſcuti debeat, honoretur (c).

### CAPUT VII.

*Stephanus Papa (d).*

c. 7. eod. Repellantur cohabitantes (e) inimicis (f) quia infeſtationem (g) blaſphemiæ affectio amicitiæ (h) incitare ſolet.

### CAPUT VIII.

*Felix Papa Epiſcopis (i) per Galliam conſtitutis.*

c. 2. eod. Si quis Epiſcopus (k) ab illis accuſatoribus, qui recipiendi ſunt, fuerit accuſatus, poſtquam ipſe ab eis charitative conventus fuerit (l), ut ipſam emendet cauſam (m), & eam (n) corrigere noluerit, non olim, ſed nunc (o) ad ſummos Primates (p) cauſa ejus canonice deferatur (q).

### CAPUT IX.

*Ex Brocardo Lib. XIX. (r)*

Accuſaſti aliquem, & per tuam accuſationem (s) occiſus eſt, niſi pro pace (t), XL. dies in pane, & aqua, quod carinam vo- c. 8. eod.



*tino Auguſto*, in editis libris: ſed in veteribus *Conſtantinæ*, vel *Conſtantiæ Auguſtæ*.

*a* Hæc verba apud Grat. non ſunt, cum tamen proxima ſint tam ſuperiora, quam inferiora. *Et valde grave eſt*, regiſtr. ut editum eſt Raim. *b* Hæc in edito regiſtro non ſunt, ſed ſunt in veteri, & apud Raimund. *mala*, additur in uno Tarrac. quæ vox olim non erat. *c* Sciendum eſt ante verba hujus capitis hæc in regiſtro exſtare: *Prius tamen, quam hæc cognoſcantur, ſereniſſimus dominus diſcurrente juſſione præcepit, ut eum venientem cum honore ſuſcipiam. Et valde* &c. Ad ea verba vox hæc *honoretur* referenda eſt.

*d* Sic etiam Raimund. & Cont. adde *epiſt. 2. omnibus Epiſcopis*, ex concil. *Stephanus Papa I. in ſecundo decretali ſuo*, Ivo parte 6. capite 327. decreti. *In decretis Stephani Epiſcopi II.* idem Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 10. Panorm. non ſine mendo: ſcribe *epiſt. II.* *e* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* PLURIMUM GAUDEMUS: quod eſt ejus epiſt. initium. Magna autem ejus pars ad hunc titulum pertinet, & ex ea pleraque apud Grat. invenies, & Burchard. & Ivonem. Integra principii clauſula hæc eſt: *Plurimum gaudemus in domino, & in dono gratiæ ipſius gloriamur, quod ſedes veſtra per bona opera creſcit magnifice, & dilatatur ampliſſime: ſed nimis affligimur, & tribulamur, de veſtra oppreſſione* &c. poſt alia: *Audivimus enim vos a quibuſdam accuſari non tam pro veſtra culpa, quam pro eorum libitu, ut veſtra rapere poſſint: & ideo vos nimis affligi, & concuti in tantum, ut etiam a ſedibus propriis pellamini* &c. & poſt alia verba, de quibus ſub titulo de regulis juris agemus, & verba latius relata tam apud Burch. lib. 1. cap. 142. & Ivon. parte 5. cap. 255. decreti, quam apud Grat. 2. q. 2. cap. 3. tum agitur de accuſatorum qualitate, quod eſt relatum apud Ivon. parte 6. cap. 327. & apud Anſelm. lib. 3. cap. 18. & Grat. 3. q. 5. cap. 8. Eſt autem in concil. ſcriptum; *Repellantur etiam cohabitantes* &c. *Repellantur habitantes*, Ivo in decreto: ut editum eſt, in Panorm. & in veteri epitome canon. *Repellantur ab accuſatione cohabitantes*, Raimundus & Contius. *f Et omnes laici*, addunt concil. & Ivo utrubique, & epit. ſed Ivo in decreto habet *cum inimicis*: vox *cum* nequaquam eſt in Panorm. *inimici* pro *inimicis*, eſt in epitome, eadem vox *inimici* olim fuit in veteri Gregor. *inimicis*, in editis, & apud Contium.

*g* Sic concil. & Ivo utrubique: *infeſtationes*, Raimund. *in feſtinationem*, epit. non male.

*h* Sic etiam Panorm. & epit. & Raim. *inimicitiæ*, decretum Ivonis, & duo Tarracon. in quorum altero ex *inimicitiæ*, *amicitiæ*, ſcriptum eſt. Poſt hujus capitis verba ſequitur in concil. *nec illi in veſtra ſunt ſuſcipiendi accuſatione, qui vos in ſua volunt recipere infamatione. Nolunt* pro *volunt*, eſt apud Ivonem in decreto: *nec illi videlicet laici, in noſtra ſunt recipiendi accuſatione, qui vos* &c. Panorm. *nec illi, videlicet laici, in veſtra ſunt recipiendi accuſatione, qui vos in ſua nolunt recipere infamatione*, epitome. Mox in conciliis eſt. *Nullus enim anathema ſuſcipiatur* &c. ut apud Ivon. lib. 4. tit. 7. cap. 18. Panorm. & d. cap. 327. decreti, & apud Grat. 3. q. 4. cap. 6. *i* Sic etiam Raimund. & Cont. excepto *Idem* pro *Felix*: ambo tamen credunt hoc, & caput 1. hujus tituli eſſe ejuſdem Felicis: nos illud eſſe Felicis ſecundi oſtendimus; hoc eſſe Felicis primi conſtat ex epiſt. 2. ejuſdem in conciliis. Antiquior autem Felice Stephanus fuit, cujus eſt proximum caput, quod neque a Raimund. neque a Bern. Papienſ. recte collocatum eſt. *Ex decr. Felicis Papæ Epiſcopis per Galliam conſtitutis miſſis cap. 9.* Burch. lib. 1. cap. 174. & Ivo parte 5. cap. 292. decreti, qui *decretis* pro *decr.* ſcribit plenius, & vocem *conſtitutis*, omiſit. Eadem verba refert Hadrianus Papa in epiſt. ad Epiſcopum Mediomatricis cap. 5. cujus initium eſt, *Sancta ſynodus Romana dixit:* ſunt enim verba Felicis confirmata 70. Epiſcoporum conſenſu, ut ex ead. epiſt. apparet. Hadr. verba exſtant tum in concil. tum apud Anſelm. lib. 3. cap. 88. Felicis nomine *univerſis Epiſcopis*, ſunt in veteri epitome canonum.

*k* Ante hæc verba addi potuit. *Pars cap.* BONORUM OPERUM: eſt enim integra clauſula ex concil. hæc: *Bonorum operum, & ſpiritalium ſtudiorum Deum auctorem eſſe non dubium eſt, qui eorum incitat mentes, & adjuvat actiones. Unde lætari me fecerunt ſcripta veſtra ex bono ſtudio, & ex integritate fidei devotionis veſtræ, ſed ex afflictione, & contritione veſtra, magna ex parte triſtavere;* & poſt alia: *Nos vero ad ſupplementum veſtrum, fratres, & coepiſcopos noſtros vocavimus amplius, quam LXX. cum quibus hæc, quæ ſubter habentur inſerta, regulariter tractando decrevimus. Veſtris enim epiſtolis in omnium audientia perlectis, quæ multas, ut noſtis, quærimonias, & oppreſſiones in ſe continebant veſtras, decretiſque quæ ſunt de accuſationibus Epiſcoporum, ſancta ſynodus dixit. Hæc ſunt, quæ deinceps propter malorum hominum inſidias, qui in eccleſiam, & eccleſiaſticos ſæviunt viros indifferenter, conſervare firmiſſime volumus in ſæcula. Si quis Epiſcopus* &c. Apud Hadr. eſt: *Sancta ſynodus Romana dixit* &c. tam in concil. quam apud Anſelm. *conſervari*, utrubique eſt pro *conſervare*: ut editum eſt, Burchard. Ivo, Raimundus, & epitome *Eccleſiam &*, deſiderantur in ſecunda editione concil. in Hadr. verbis.

*l* Sic etiam concil. Hadr. Burch. Ivo, & epit. *eo* pro *eis*, vetus Tarraconenſis; in quo vox *fuerit*, eſt omiſſa: vox *ipſe*, in Greg. non eſt: *conjunctus* pro *conventus*, Anſelm. eſt autem eadem ſententia in epiſt. 2. Stephani Papæ tam in concil. quam apud Burch. libro 1. capite 142. & Ivon. parte 5. capite 255. decreti: vide, quæ diximus in notis ad Hadriani epiſtulam. *m Ut cauſam emendet*, Raim. voce *ipſam* omiſſa: *ut ipſam cauſam emendet*, Burch. & Ivo, & tres Tarracon. *ut ipſam cauſam emendare debeat*, concil. & Hadr. & Anſelm. & epitome. *n* Sic omnes, præter duos Tarraconenſes in quorum altero vox & deſideratur, in altero eadem vox olim deſiderata eſt. *o* Sic vetus Gregor. *ſed tunc*, Barcinon. & Tarraconenſes duo, & concil. & Burch. & Ivo, & Hadr. & epitome: *ſed etiam*, Anſelm. quod nondum probavi. *p* Sic omnes præter Barcin. in quo eſt *ſuos* pro *ſummos*, non male: & apud Raimundum ea vox deſideratur, addidit eam Cont.

*q Cauſæ ejus canonice deferantur*, Anſelm. & vetus Gregor. ceteri, ut edidimus: vox *canonice* in altera editione concil. apud Hadr. deſideratur. Quæ poſt verba hujus capitis in conciliis, & in aliis libris ſunt, referre non eſt neceſſe; præſertim cum de eiſdem verbis actum a nobis ſit in dictis notis ad Hadrianum.

*r* Sic etiam Cont. *ex Brocardi*, Barcinon. *lib. XVIII.* unus Tarracon. *XIV.* editi Gregor. *ex B. L. XLIV.* vetus Raim. liber. Apud Burchardum Vormacienſ. exſtat lib. XIX. decretorum.

*s Pro tua accuſatione*, Barcin. ſolus. *t* Sic etiam Burchard. & vetus Gregor. *hoc feceris*, addit Contius,

&

UNED

cant (*a*), cum ſeptem ſequentibus annis (*b*) pœnitere debes (*c*): ſi autem per tuam delaturam debilitatus eſt, tres quadrageſimas ſuper pœnitere debes (*d*).

## CAPUT X.

Non ponitur (*e*). *Alexander III. pars c. Licet præter ſoli* (*f*).

DE cetero laicos in accuſationem, vel teſtimonium contra clericum in criminali cauſa non aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet, niſi forte ſuam, vel ſuorum cauſam proſequantur (*g*), nec tunc etiam (*h*) ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſint admitti (*i*). Si clerici (*k*) coram ſæculari judice convicti fuerint (*l*), vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc (*m*) ab Epiſcopo ſuo aliqua ſententia condemnandi, ſicut enim ſententia a judice non ſuo lata non tenet, ita etiam confeſſio, ſi coram ipſo facta videtur (*n*). Si vero coram Epiſcopo (*o*) de criminibus in jure confeſſi fuerint, ſeu legitima (*p*) probatione convicti, dummodo ſint talia crimina, propter quæ (*q*) ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito ſunt a ſuis ordinibus ſuſpendendi, & etiam (*r*) ab altaris miniſterio perpetuo removendi.

## CAPUT XI.

*Auguſtinus ſuper Geneſim* (*s*) *de morte Abel.* (*t*)

EVidentia perpetrati (*u*) ſceleris non indiget clamore accuſatoris (*x*). c. 9. eod.

## CAPUT XII.

*Alexander III. Galetano electo* (*y*).

CUM P. (*z*) Manconella (*aa*), & Bonus Cocci presbyteri (*bb*), & Joannes Bonus Cocci (*cc*) laicus (*dd*) in noſtra eſſent præſentia conſtituti, eundem I. quoniam (*ee*) laicus erat, in jam dicti P. accuſationem [*ff*] nequaquam admiſimus (*gg*). Cumque præfatus B. (*hh*) eundem P. ſuper crimine Simoniæ conſtantius accuſaret, nos eum, quoniam ad teſtimonium illius cauſæ fuit adductus (*ii*), & quia frater ejus I. ſcilicet (*kk*) jam dictum P. coram te accuſaverat (*ll*), repulimus ab accuſatione (*mm*), præſertim cum frater P. (*nn*) Bonum Cocci antea (*oo*) de cauſa (*pp*) conſimili accuſaret (*qq*). Unde quoniam (*rr*) unus poſt alterum prædictum (*ſſ*) inſtanti viciſſitudine accuſabat (*tt*), neutrum ad ejus accuſationem admiſimus, ſed utriuſque (*uu*) de objectis criminibus purgationem duximus inducendam (*xx*). Inde ſi quidem eſt (*yy*), quod

c. 10. eod. & de purg. can. c. 7.

d. t.

& alii libri.     *a* Sic etiam Burch. *quam*, pro *quod*, vetus Tarracon. *carentenam* pro *carinam*, Barcin. *quod carina vocatur*, vetus Gregor. *carena*, Cont. & alii: *carentenam vocant*, Cont. in marg. vulgare eſſe verbum Lombardorum ait Tancred. a carentia hominum, vel ciborum: mihi videtur a numero XL. dierum, qui *quarentena*, hodieque dicitur: vide cap. 2. de ſponſa duorum.     *b Per legitimas ferias*, ut XI. q. III. De illis. Tancr.     *c* Sic etiam Burchard. & vetus Gregor. *pœniteas*, Contius, & alii.

*d Supra* pro *ſuper*, vetus Tarracon. *ſimiliter*, duo alii Tarracon. *per legitimas ferias*, Burch. *XL. dies pœnitere debes*, Barcinon. aliis omiſſis: *per tres debes quadrageſimas pœnitere*, Raim. Addam libere, quod ſentio: hujus capitis non magnam video hoc tempore utilitatem, eoque carere potuimus ſine ulla jactura.

*e* Scribi in margine debuit, *cap. 14. de teſtibus*, & *cap. 4. de judiciis*, & in inſcriptione, *Alex. III. Salernitano Archiepiſcopo.*     *f Solitum*, tres Tarraconenſes plenius: vide, quæ dicta ſunt capite 6. de judiciis, & cap. 14. de teſtibus.     *g Proſequerentur*, tres Tarrac.     *h* „ Refellitur opinio Baz. & Melendi, quod laici bonæ „ famæ contra clericos admittantur “, Tancr.     *i Poſſunt* pro *poſſint*, duo Tarrac.

*k Et ſi clerici*, duo Tarrac.     *l Fuerunt*, olim vetus Tarrac.     *m Propterea*, vet. Tarrac.

*n Facta fuiſſe videtur*, duo Tarracon.     *o Suo*, additur in duobus Tarracon.

*p Et* pro *ſeu*, vetus Tarracon. *vel*, alii duo libri.     *q Pro quibus*, vetus Tarracon.

*r Et*, vetus Tarracon. altera voce omiſſa. Cetera diximus dict. cap. 6. & dicto cap. 14.

*s* Sic etiam Raimund. & Cont. *Eug.* pro *Aug.* unus Tarrac. non recte: ſunt autem verba ſcholii, quæ gloſſa inter lineas dicitur, Geneſ. cap. 4. ad illa verba: *vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

*t* Sic etiam Raimund. *Abelis*, unus Tarrac.     *u Patrati*, duo Tarrac. & Raim. *parati*, gloſſa, non recte.

*x* Sic etiam gloſſa, & Raimund. *accuſantis*, vetus Tarracon.

*y Gaitano*, duo Tarracon. *Gajet.* vet. Gregor. *Gaget.* idem tit. de purgat. can. *Gajaten.* alter vetus. *Gait.* Cont. & alii. *Gajetanen.* d. tit. de purgat. *Gajacen. electo*, *libro* 8. *reg.* concil. d. parte 50. cap. 14. quod verius arbitror. Eſt autem parva urbs hodie in Campania hujus nominis, quæ a veteribus alio nomine dicebatur.

*z* Sic Raim. & Cont. *Cum Petrus*, concil. & duo Tarracon.     *aa* Sic editi Raim. libri. *Mancovela*, conc. *Magonella*, vet. Gregor. *Mauconella*, alter vetus d. tit. de purgat. ut editum eſt, idem hoc titulo; *presbyter*, & *infra*, additur ſub tit. de purg. can. a Raim. & Contio: *presbyter ex una parte*, addunt hic iidem.

*bb Caci* pro *Cocci*, concil. *Cocti*, Barcin. & *Bonus presbyter*, Raimund. & Cont. alia voce omiſſa.

*cc Coci*, concil. *Boni Cocci frater*, unus Tarrac. apertius. *Joannes frater Bonus Cocti*, Barcin. non recte; & *I. Bonus Cocti*, Raimund. *alias Scoti*, editus in margine.

*dd* Sic etiam in conc. *frater ejus ex altera*, Raim. addidit.     *ee I. quia*, Raimund. *Joannem*, *quoniam*, concil. apertius.     *ff* Sic in conc. *accuſatione*, Barcin. vox *jam*, non eſt in Gregor. *Petri* pro *P.* unus Tarr. apertius.

*gg* Sic etiam in concil. *non duximus admittendum*, Gregor. IX. ſine ullo lucro.

*hh Presbyteri*, addit unus Tarrac. tantum.     *ii Quoniam in cauſæ teſtimonium fuit adductus*, concil. *quoniam in teſtimonium cauſæ illius fuerat adductus*, duo Tarracon. *in teſtimonio*, Barcin. *quia in teſtimonium illius cauſæ adductus fuerat*, Raimund.     *kk* Sic in concil. vox *quia*, in vet. Tarracon. non eſt: & *quia prædictus I. frater ejus*, Raimund. mutavit, quod mihi æque placet.     *ll Accuſarat*, unus Tarracon. *prius*, additur in concil. ante vocem *coram*, eadem vox additur in Barcin. & tribus Tarracon. ante verbum *accuſaverat*. *Ipſum P. coram te prius accuſaverat*, Raim.     *mm Repulimus*, conc. aliis omiſſis: *ab accuſatione eum repulimus*, vetus Gregor. non optime: vox *eum*, in editis non eſt.     *nn* Sic Raim. *Petri*, concil. & unus Tarracon. apertius.

*oo Coci* pro *Cocci*, concil. *Cocti*, Barcin. *ante* pro *antea*, unus Tarrac. *memoratum B. antea*, Raim.

*pp In cauſa*, Barcin. ſolus.     *qq Accuſaſſet*, Barcin. & tres Tarrac. & concil. & Raimund.

*rr* Sic etiam Raimund. *Verum* pro *Unde*, conc. non male.     *ſſ* Sic in concil. *P.* addunt duo Tarracon. & Raim. quod placet.     *tt* Sic etiam in concil. *accuſabant*, Raim. quod non æque probo.

*uu Utrique*, conc. & Raim. aptius: ſæpe tamen in Digeſtis *utrique* pro *uterque*, eſt, & *utriſque* pro *utrique*.

*xx* Sic in conc. prioris edit. *indicendam*, Raim. non male, & duo Tarrac. in quibus olim fuerat: *inducendam*: *Indicendam*, conc. Suriana.     *yy* Omittunt quædam Raimund. & Cont. quæ ſunt in concil. *Inde eſt*,

tres

UNED

d. t. [a] per A. s. pr. m. qua. utrumque illorum [b] ſe cum tribus ſacerdotibus facias infra xxx. dies (c) poſt harum ſuſceptionem litterarum purgare. Purgatores vero illius honeſtatis, & opinionis eſſe volumus, quod veriſimile ſit eos nolle amore, vel odio, ſeu obtentu (d) pecuniæ dejerare (e). Ut autem idonei appareant, neceſſe eſt, ut ejus, quem purgare debent, vitam, & converſationem agnoſcant (f): quod ſi uterque illorum (g) vel alter in purgatione defecerint [h], tu deficientem [i] omni officio & beneficio eccleſiaſtico prives (k), tibi modis omnibus (l) præcavens, quod ſi qui (m) memorato P. [n] in ſua voluerint purgatione aſſiſtere (o), nullam eis malivolentiam, vel indignationem (p) oſtendas, nec eos aliquo modo impedias (q), vel ab aliis, quantum in te eſt, impediri permittas.

## CAPUT XIII.

*Idem Wigor. Epiſcopo* (r).

c. 11. eod. EX parte tua (s) nobis hujuſmodi quæſtio fuit propoſita (t), utrum monachi in accuſatione Abbatum ſuorum [u] ſint aliquatenus audiendi (x): ſuper quo utique prudentiæ tuæ reſpondemus, quod niſi alia rationabilis cauſa præpediat [y], eo quod monachi de obedientia, & ſubjectione Abbatis eſſe noſcuntur [z], ab ejus accuſatione non ſunt ullatenus repellendi (aa), licet alios accuſare non poſſint (bb), quibus ſi quidem, cum proprium non habeant, de rebus monaſterii expenſæ debent (cc) neceſſariæ, donec cauſa debitum finem accipiat, miniſtrari (dd).

## TITULUS II.
## DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO SPIRITUALI EXIGATUR (ee).

## CAPUT I.

*Gregorius generali ſynodo præſidens* (ff).

IN ordinando Epiſcopo (gg) Pontifex manum imponit (hh), evangelicam vero lectionem [ii] miniſter legit (kk), confirmationis autem ejus epiſtolam (ll) notarius ſcribit (mm). Sicut autem non decet Epiſcopum manum [nn], De ſimon. c. 1.

M m 2 quam

tres Tarracon. *a F. v.* vetus Tarracon. quod non placet: *quod diſcretio veſtra*, concil. prioris edit. mendoſe: *quod diſcretioni veſtræ*, Suriana concilia. *b* Sic etiam concil. *uterque illorum cum tribus ſacerdotibus faciat ſe purgare*, Raimund. *c* Sic in concil. *XXV. dies*, unus Tarrac. *d Vel* pro *ſeu*, vetus Tarracon. ſolus.

*e* Sic etiam duo veteres Tarracon. *pejerare*, concil. & Contius, & alii.

*f* Sic etiam Raimund. *noſcant*, concil. *g* Sic etiam in concil. vox *illorum*, non eſt in uno Tarraconenſi: omittunt quædam Raimund. & Cont. *h Defecerit*, concil. & tres Tarraconenſes.

*i* Sic in concil. *deficientem vero in purgatione*, Raim. *k* Sic etiam in concil. *privare procures*, Raim.

*l Tibi omnibus modis*, tres Tarracon. *tibi omnimodo*, concil. omittunt hæc Raim. & Cont.

*m* Sic etiam Raimund. *quod ſi*, concil. *n* Sic in concil. *purgando*, Raim. non male.

*o Voluerit*, concil. pro *voluerint*. *In ſua purgatione voluerint aſſiſtere*, vetus Gregor. ut editum eſt, Cont. & alii; *voluerint in purgatione aſſiſtere*, vetus Tarracon. *in ſuam voluerint purgationem exiſtere*, Barcin. non optime.

*p Et* pro *vel*, vetus Tarrac. ſolus. *q Nec eis amodo impedias*, concil. prioris edit. quod vix probo: *nec eos impedias*, Raimund. aliis omiſſis: *eos* pro *eis*, concil. poſterioris editionis: cetera ut in priore.

*r Idem Virgum. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Vigorien.* Cont. & alii. *Gregorius*, vetus Tarracon. *Idem Vuigornien. Epiſcopo, in* 12. *libro regiſtri*, concil. d. parte 50. cap. 16. *s* Recte Cont. addit a Raim. prætermiſſa, quæ ſunt etiam in concil. *t Propoſita fuit*, concil. *propoſita eſt*, Contius.

*u* Vox *ſuorum*, non eſt in veteri Tarraconenſi, neque in Contiano: eſt in concil.

*x* Sic etiam Cont. *aliquatenus ſint admittendi*, concil. *y Quod niſi alia manifeſta, & rationabilis cauſa præpediat*, tres Tarraconenſes, plenius: *impediat, & manifeſta*, concil. pro *præpediat*. *Quod monachi, niſi alia rationabilis cauſa impediat*, Raimund. *z* Sic etiam Raimund. *Abbatis ſunt*, concil.

*aa* Sic etiam conc. & vetus Gregor. *ſunt nullatenus repellendi*, Contius, & alii.

*bb Non poſſunt*, vetus Tarr. ſolus. *cc* Sic etiam concil. & Raimund. *debentur*, Barcin. & tres Tarracon.

*dd* Sic etiam Raimund. *recipiat* pro *accipiat*, concil. & unus Tarracon. *recipere mereatur*, Barcin. quod cum verbo *debentur*, aptius conjungitur. Poſt hujus capitis verba eſt in concil. *De confirmationibus autem* &c. ut cap. 2. de confirmatione utili hujus collect. cujus inſcriptio eſt, *Idem Wigor. Epiſcopo*, *Pars cap.* Ex PARTE TUA.

*ee De ſimonia*, vetus Gregor. aliis omiſſis: *& ne aliquid exigatur pro ſpiritualibus*, alter vetus & unus Tarrac. *& ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur*, Barcin. & Cont. & alii: vox *&* in veteri Tarrac. non eſt, & mox eſt: *ne aliquid de ſpirituali exigant, vel promittant*, pro *ſpirituali exigatur, vel promittatur*, alter Tarrac. In ea collectione, quæ concilio Lateran. ſub Alex. 3. conjuncta eſt, pars prima, vel, ut editum eſt, ſecunda longam hanc inſcriptionem habet: *De ſimonia, & ne merces pro eccleſiæ conſecratione recipiatur, vel pro moniacatione*, (ſcribo *monachatione*) *vel pro ſacramentis eccleſiæ, vel pro licentia docendi. Neve prælati vices ſuas ad cauſas terminandas, vel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant. Neve ſubditos talliis vexent, vel pœna pecuniaria multent.* *ff* Sic etiam Raim. & Cont. *dixit*, addit Anſelm. lib. 6. cap. 83. *Urbanus*, Grat. ſive Palea 1. q. 2. cap. 3. & mox *Greg. in regiſtro*, cap. 4. e. q. Tota inſcriptio deſideratur apud Ivonem lib. 3. tit. 2. cap. 7. Panorm. exſtat in regiſtro B. Gregorii lib. 4. epiſt. 44. cap. 88. & lib. 12. cap. 33. in veteri tamen regiſtro utrubique deſideratur: eſt etiam editum in concil. Surianæ editionis, diciturque concilium Romanum, hoc vero caput eſt ejus concilii cap. 5. *Gregor. in* 2. *gen.* &c. Barcinon.

*gg* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* ANTIQUAM PATRUM: id initium eſt d. cap. 5. in concil. & in regiſtro, & apud Anſelm. *Regulam antiquam* &c. Palea, qui Urbani verbis mendoſe hæc conjunxit. Ivo, Bern. & Raim. omittunt illa verba, & alia Raim. quæ Cont. addit. Vox *In* apud Ivonem non eſt. Integra igitur clauſula hæc eſt: *Antiquam patrum regulam ſequens, nihil umquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo: neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem ſimulatio invenit, appellatione paſtelli. Quia enim ordinando Epiſcopo* &c. ſic regiſtrum, & concil. *nulli umquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum* &c. Anſelm. & *datione* pro *traditione*, *& enim in*, pro *in*, quod malo. *Regulam antiquam ſequens nulli umquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum* &c. Grat. ſive Palea, & *donatione* pro *traditione*, & *enim in*, pro *enim*. *hh Ponit*, regiſtrum lib. 4. tantum. *ii* Vox *vero*, non eſt d. libro 4. regiſtri, neque apud Grat. neque apud Cont. habent ceteri: *lectionem vero evangelicam:* vetus Tarrac. tantum.

*kk Legat*, Ivo ſolus. *ll* Sic dict. libro 4. & Anſelm. & Palea, & Cont. *confirmationis vero hujus epiſtolam*, regiſtr. d. lib. 12. & concil. *confirmationis epiſtolam*, Ivo aliis omiſſis.

*mm* Sic regiſtr. dict. lib. 4. & conc. & Anſelm. & Palea, & Cont. *ſcribat*, Ivo: *excipit*, regiſtr. d. lib. 12.

*nn Enim* pro *autem*, Tarracon. *Sicut Pontificem non decet manum*, dict. lib. 4. *manum non decet*, d. lib. 12. &

conc.

quam imponit, vendere (*a*), ita miniſter (*b*), vel notarius non debet (*c*) in ordinatione ejus (*d*) vocem ſuam [*e*], vel calamum venundare (*f*): pro ordinatione igitur [*g*], vel uſu pallii (*h*), ſeu chartis, atque patellis (1) (*i*) eum, qui ordinatur (*k*), aliquid omnino dare prohibemus (*l*).

CAPUT II.

*Ex concilio Magoc.* (*m*)

c. 2. eod. QUI alium presbyterum [*n*] in eccleſia legitime ordinatum [*o*] per pecuniam expulerit, eamque ſibi (*p*) taliter vindicaverit (*q*), omnimodis deponatur [*r*].

CAPUT III.

*Deodatus Papa* (*s*).

c. 3. eod. SI dominus & magiſter omnium, qui ſine peccato fuit, accuſandi licentiam uni dederit [*t*]; quanto magis (*u*) unius aſſertione convincendus (*x*) eſt, qui ſimoniæ labe dignoſcitur [*y*] eſſe pollutus: non igitur & in tali negotio [*z*] quilibet catholicus eſt reſpuendus, ſed ut veritatem aſſerat, ad pellendam [*aa*] ſimoniacam rabiem magnis precibus eſt exorandus [*bb*].

CAPUT IV.

*Idem* (*cc*).

ACcuſatum ſimoniacum (*dd*) neceſſe habuimus [*ee* ſummopere per ſcripta noſtra prohibere (*ff*), ne miſſarum ſollemnia celebrare debuiſſet (*gg*), donec quid eſſet (*hh*) verius, potuiſſemus addiſcere (2) [*ii*]. cap. 4. eod.

CA-

(1) Alii, *baculis*, alii, *paſtellis*.

(2) Alii, *addidiciſſe*.

concil. vox *autem*, omittitur ab Anſelm. cetera, ut edita ſunt. *Sicut Epiſcopum non decet manum*, Grat. *Sicut non debet Epiſcopus manum*, Raimund. *Sicut* (*igitur*) *non debet*, &c. Contius.

*a* Omittitur hæc vox a Raim. & Contio, habent ceteri. *b Ita nec miniſter*, Raimund. ſolus.

*c* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. habent alii. *d Sua ejus*, regiſtr. lib. 4. tantum non recte: ſed varietatem licet recipiamus, vel *ſua*, vel *ejus*. *e* Vox *ſuam*, non eſt in duobus Tarracon. neque apud Raimund. habent ceteri. *f Vendere*, Raimund. ſolus. *g* Hæc omiſit Grat. *ergo* pro *igitur*, Anſelm. & conc. *vero*, regiſtr. vox *igitur*, non eſt in veteri Raim. libro, eſt in altero veteri, & in editis.

*h* Sic regiſtr. lib. 12. & concil. & Anſelm. & Raimund. vox *vel* in veteri Tarracon. olim deſiderabatur: *vel pallio*, regiſtr. lib. 4. *i* Sic olim vet. Gregor. *atque paſtellis*, idem, & alter vetus, & editi, atque regiſtr. & concil. & Anſelm. & tres Tarrac. *Paſtum* appellant Itali prandium, *Paſtelium*, bellaria quædam ex carne & farina, aliiſve rebus. Utriuſque verbi fit mentio in reſcripto Paſchalis apud Gratian. 1. q. 3. cap. 7. quæ verba apud Ivonem, & Anſelm. & Deuſdedit, & in libro Veron. non leguntur: *pro paſtu*, dicitur etiam cap. 1. hujus tit. collect. 2. *atque patellis*, Contius mendoſe.

*k* Sic etiam Raimundus: *eundem, qui ordinandus eſt, vel ordinatur*, regiſtr. libro 12. & Anſelm. *eidem qui ordinandus eſt, vel ordinatus*, concil. *eundem, qui ordinandus, vel ordinatus*, regiſtr. lib. 4. non recte.

*l* Sic Raim. *prohibeo*, regiſtr. & concil. & Anſelm. Quæ poſt hujus capitis verba ſequuntur, quæ ad eandem rem pertinent, in regiſtro, & in concil. videri poſſunt, & apud Anſelm. Lucenſ. quorum partem refert Gratianus. *m Magotienſi*, duo Tarrac. & Barcin. *Maguntin.* duo veteres Gregor. *Maguntinea.* Cont. & alii. *Mogunti. cap.* 5. Burch. lib. 3. cap. 110. *Magontienſi ſecundo cap.* 5. Ivo parte 3. cap. 86. In conciliis ter hoc caput invenio: Turonenſis ſynodi ſub Carolo Imp. cap. 15. Moguntinæ ſub Rabano Archiepiſcopo cap. 12. Moguntiacenſis ſub Arnulfo Imp. cap. 5. *n* Ante hæc verba addi potuit, *Pars cap.* QUICUMQUE PRESBYTER. Integra clauſula ita in concil. ſcripta eſt: *Quicumque presbyter per pretium eccleſiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam & ille contra eccleſiaſticæ regulæ diſciplinam agere dinoſcitur. Qui alium* &c. ſic d. cap. 15. *quod contra*, pro *quoniam & ille contra*, d. cap. 12. *quoniam contra*, d. cap. 5. & Burch. qui omittit illa, *omnimodis deponatur*: eadem omittit Ivo, & pro *quoniam contra*, ſcribit, *quando contra.* Ante *Qui alium*, addunt d. cap. 5. prior. edit. & Burch. & Ivo *Et*: vox *presbyterum* in Gregor. non eſt non ſine juſta cauſa.

*o Legitime ad eccleſiam ordinatum*, concil. & Burch. & Ivo: vox *legitime* a Raim. & Contio eſt omiſſa: *legitime ad prædictam eccleſiam ordinatum*, d. cap. 15. prioris edit. *p* Vox *ſibi*, deſideratur in Contiano, & aliis editis libris, eſt in veteribus Gregor. & in concil. & apud Burch. & Ivonem: *eo quod*, pro *eamque*, Barcinon. non optime: in priore concil. edit. d. cap. 15. hæc, & alia verba deſiderantur.

*q Vindicavit*, unus Tarracon. ſolus. *r* Sic Burchard. & Ivo: *omnimode deponatur*, duo Gregor. *omnimodo*, Contius, & alii: hæc in concil. non ſunt. Poſt hujus capitis verba eſt in conciliis: *quod vitium late diffuſum ſummo ſtudio emendandum eſt. Itemque interdicendum videtur clericis, ſive laicis; ne quis cuilibet presbytero præſumat dare eccleſiam ſine licentia, & conſenſu Epiſcopi ſui.* *s Adeodatus Papa*, duo Tarracon. & duo veteres Greg. *Adrianus*, tertius Tarracon. ut editum eſt, Cont. & alii. *t* Malo, *uni dedit*, ut Raim. *uni ſceleratiſſimo, cum dixit*, SI MALE LOCUTUS SUM &c. ut 2. q. 7. par. ECCE, Alan. tractatur illic a Grat. non diſſimile argumentum, *Chriſtus, qui erat paſtor paſtorum ovibus ſuis, de quibus ait*: NON SUM MISSUS, NISI AD OVES, QUÆ PERIERUNT, DOMUS ISRAEL &c. *inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait*, SI MALE LOCUTUS SUM, TESTIMONIUM PERHIBE DE MALO &c. *item*, QUIS EX VOBIS ARGUET ME DE PECCATO? *At quicumque ad teſtificandum in aliquem, vel ad arguendum admittuntur; ed eundem accuſandum admitti poſſunt* &c. Vide Matth. c. 15. Joan. cap. 8. & 18. Quæ de Juda referuntur in ſcholiis Gregor. inepta ſunt; & omnino reiicienda: alii *Judæo* ſcribunt aptius. *u* Hæc addit Cont. a Raim. præterita. *x Corrigendus*, Barcin. & Contius.

*y Noſcitur*, Cont. *z* Hæc omittunt Raim. & Cont. vox *&* in Barcin. & in tribus Tarrac. deſideratur.

*aa* Sic etiam duo veteres Gregor. *ad propalandam* Contius & alii, non male.

*bb* Sic duo veteres Gregor. *exhortandus*, vetus Tarrac. & Cont. & alii: *exorandus*, in marg. Cont. & quidam alii. *cc* Sic etiam Raimund. & Cont. *Silveſter Papa*, Grat. ſive Palea 2. q. 5. cap. 14. ſed magis placet docti viri opinio, ut hæc verba ſumpta eſſe credamus ex libro 5. epiſt. 3. Indict. 14. regiſtri B. Gregorii, cujus pars refertur etiam ab Ivone parte 5. cap. 89. decreti, & cap. 5. hujus tituli a Bern. Papienſi. Itaque inſcribendum eſt hoc caput, ut eſt in regiſtro veteri. *Gregorius Maximo præſumptori eccleſiæ Salonitanæ. Maximiano*, eſt in editis, *Maximino*, apud Ivonem. *Maximo*, in margine. De hoc Maximo Salonitano vidimus ſupra cap. 6. de accuſationibus. *dd* Hæc duo verba ſunt apud Paleam, & Raim. tantum. Addi potuit, *Pars cap.* QUOTIENS CONTRA ex regiſtro: *Pervenit ad nos*, ex Ivone: utriuſque clauſulæ verba videbis cap. 5. hujus tituli. *ee* Sic etiam Ivo, & Palea, & Raimund. & cap. 5. *neceſſe fuit*, regiſtr.

*ff* Sic etiam Ivo: *te*, addit ante hæc verba regiſtr. *ſummopere per ſcripturam prohibere*, Palea: *prohibere*, Raim. & Contius aliis neglectis: vox *ſummopere*, in veteri Tarrac. non eſt, neque cap. 5. pro ea eſt vox *te*.

*gg* Sic etiam Palea; *debuiſſes*, regiſtr. & Ivo, & dict. cap. 5. ſed vox *ne* in edito regiſtro deſideratur: *celebraret*, Raimund. Adduntur hoc loco Laurentii, & Melendi veterum interpretum opiniones, quas aliquando edi curabimus: nunc nominum eorum appellatione contenti ſumus. *hh* Hæc ſolus Ivo prætermiſit.

*ii* Sic etiam regiſtr. *diſcere*, Barcin. *cognoſcere*, Palea: *conſtitiſſet*, Raim. & Cont. *diſceremus*, d. cap. 5. Poſt

hæc

UNED

## CAPUT V.

*Idem (a).*

c. 5. eod. QUotiens contra (b) eccleſiaſticam diſciplinam quid geſtum (c) dicitur, ne nos ante Deum culpa ex diſſimulatione redarguat (d), irrequæſitum (e) hoc relinquere (f) non audemus. Pervenit itaque [g] ad nos, quod per ſimoniacam hæreſim ordinatus fueris, ſed & talia de te multa hic dicta ſunt (h), de quibus unum, quod maximum fuit (i), propter quod neceſſe habuimus (k) te per ſcripta noſtra prohibere, ne miſſarum ſollemnia celebrare debuiſſes, donec quid eſſet verius, diſceremus.

## CAPUT VI.

*Lucius Papa (l).*

cap. 6. eod. SIcut enim (m) ſimoniaca peſtis, ſui magnitudine alios morbos vincit, ita ſine dilatione mox ut ejus ſigna per aliquam perſonam claruerint, de eccleſia Dei debet eliminari, atque propelli (n). Petrus enim primus paſtor eccleſiæ (o) non alicujus hominis atteſtatione, ſed ſancti Spiritus inſpiratione Simonis * interiora recognoſcens (p), ſine aliqua audientia, terribili eum, & repentina [morte] multavit (1) (q).

## CAPUT VII.

*Alexander III. in concilio Turon. (r)*

NON ſatis inutiliter a populo redarguimur (s), ſi ab iis (t), qui in clero videntur conſtituti [u], & præcipue qui [x] nomen religioſorum profitentur, regula modis omnibus non ſervatur (y). Prohibemus igitur, ne ab ipſis (z), qui ad religionem tranſire volunt (aa), aliqua pecunia requiratur, nec prioratus, vel capellaniæ quælibet (bb), monachorum, aut clericorum (cc) annua diſtractione venundentur [dd], nec ab eo, cui regimen ipſarum (ee) committitur, pro earum (ff) commiſſione ullum pretium (gg) exigatur (hh): hoc autem (ii) ſimoniacum eſſe ſanctorum patrum auctoritas manifeſte declarat. Unde quiſquis contra hoc decretum (kk) attemptare præſumpſerit, tam ille, qui dedit, quam qui recepit (ll), & qui conſentit (mm), partem ſe cum Simone ne dubitet (nn) habiturum. Pro ſepultura quoque (oo), & chriſmatis, & olei perceptione (pp) nul- c. 8. eod.

(1) *Omiſſu*, recte Greg. IX.

hæc verba in regiſtro adduntur alia, quæ ad vocationem ejus pertinent, & contumaciam: ea lector non ſine fructu illic leget. *a* Sic etiam Raimund. & Cont. addi autem potuit, *in eadem*, vel potius caput 4. omitti debuit, quod eſt hujus capitis ſumma, & compendium. *b* Recte Contius addit omiſſa prius a Raimund. quæ ſunt etiam in regiſtro. *Quotiensc umque*, unus Tarracon. *c* Sic in regiſtr. *quid ſuggeſtum*, Contius quod nondum probavi. *d* Sic etiam Contius; *redarguit*, regiſtr. non recte.

*e Irrequiſitum*, regiſtr. aptius: *irrequaſitum*, duo Tarracon. *irrequæſiſti*, Cont. non recte.

*f Derelinquere*, vetus Tarracon. ſolus. *g* Vox *itaque*, non eſt apud Ivonem, neque apud Raim. & Cont. eſt in regiſtro. *h Alia* pro *talia*, regiſtr. & Ivo, & duo Tarrac. *de te*, in altero eorum Tarrac. non ſunt: vox *hic*, in tertio Tarracon. deſideratur: omnibus carent Raimund. & Cont. *& de te alia multa dicta ſunt*, Barc.

*i Quam* pro *quod*, tres Tarrac. & regiſtr. *quia*, Barcin. *quam maxime*, Ivo: vox *fuit*, in uno Tarr. non eſt.

*k* Sic etiam Ivo: *fuit*, regiſtr. pro *habuimus*: *propterea neceſſe habuimus*, Raim. *eſt* pro *habuimus*, olim fuit in vet. Tarrac. Cetera vidimus capite quarto. *l* Sic etiam Raimund. & Cont. *Lucius III.* vetus Tarr.

*m* Vox *enim* non eſt in Gregor. eam ſi retinemus, principium, quod addi poſſit, deſiderabimus.

*n* Sic etiam duo veteres Gregor. *atque repelli*, vetus Tarracon. & Barcin. & Cont. & alii.

*o* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſumuntur autem hæc ex Lucæ actis cap. 8.

*p* Aſteriſci nota tollenda eſt. Conſtat enim ex Petri verbis hoc verum eſſe. *Cor tuum non eſt rectum coram Deo:* & mox: *roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* *q* „ Morte ſcilicet ſpirituali, dum dixit, *Pe-* „ *cunia tua tecum ſit in perditionem:* vel refertur ad mortem temporalem: nam cum pignore poſito volaret ad „ ſumma, per preces Petri corruit ad ima, & mortuus eſt ", Alan. videndus ſermo B. Maximi, in quo de morte Simonis Magi narratur. Severior fuit Petrus in Ananiam, & Sapphiram uxorem, ut refert hiſtoria act. cap. 5. de quibus ſuſpicabar aliquando Lucium cogitaſſe. Laudo Raimundi ingenium, qui hæc maluit omittere.

*r* Sic Raimund. & Contius. *Turonen.* concil. dict. parte 2. cap. 10. addi autem debet, *cap.* 6. ex Pontificali veteri Romano, ſive *cap.* 2. ex hiſtoria Anglica Gullielmi Neubrigen. lib. 2. cap. 14.

*s Ab Apoſtolo*, pro *a populo*, duo Tarrac. ſed in altero id mutatum eſt: mihi utraque ſcriptura imperfecta videtur. *Apoſtolo avaritia redarguitur*, Contius, qui omiſſa prius a Raimund. addidit: adhuc ſententia hæc mihi non probatur. *Quia non ſatis utiliter avaritia in populo redarguitur*, concil. aptius: vox *Quia* neque in Pontif. eſt, neque apud Gull. cetera, ut concil. quod etiam placet. *t* Sic etiam Cont. & Gull. *ſed* pro *ſi*, concil. prioris edit. & Pontif. & unus Tarracon. quod non æque placet: ut editum eſt, Suriana concil. editio.

*u Conſtitui*, duo Tarraconenſes ſoli. *x* Sic etiam Cont. *contempto ſæculo*, addunt Pont. & Gull. *& præcipue contempto ſæculo*, concil. omiſſa voce *qui* non recte. *y Regulam* pro *regula*, vetus Tarrac. non optime; *& regulas, modis omnibus non cavetur*, concil. aptius: *& regulam*, &c. ut in concil. Pontif. & Gull. ut editum eſt, Cont. *z Ab iis*, Pontif. & Raimund. *ergo* pro *igitur*, Gull. cetera, ut Pont. *Prohibemus, ne ab eis*, concil. *Prohibuimus*, Barcinon. *aa* Sic etiam Raimund. *voluerint*, Pontif. Gull. & concil.

*bb* Sic etiam Raimund. *neve Prioratus, vel capellania quælibet*, concil. *neve Prioratus, aut capellaniæ quælibet*, Pontif. & Gull. *nec Prioratus, nec capellania qualibet*, vetus Tarrac. non recte: ſed *quælibet*, ſcribendum eſt.

*cc* Sic multi Greg. & Pontif. & Gul. *vel* pro *aut*, unus Gregor. vetus, & concil. & duo Tarracon.

*dd Vendantur*, Pontif. & Gul. & Raimund. *vendatur*, concil. *ee Animarum* pro *ipſarum*, vetus Gregor. in altero ea vox deſideratur: ceteri, ut editum eſt. *ff Ex earum*, concil. tantum.

*gg* Vox *ullum*, neque in Barcin. eſt, neque in concil. ceteri libri habent: *nullum* pro *ullum*, duo Tarrac. ſed ſcriptorem alterius pœnituit. *hh Exigant*, concil. ſola.

*ii* Vox *autem* in concil. non eſt; habent Pont. & Gul. hæc clauſula omittitur a Raim. & Cont.

*kk* Sic etiam Raimund. *hoc de cetero*, Pontif. Gul. & concil. voce *contra*, omiſſa.

*ll Tam qui dederit, quam qui acceperit*, Pontif. *receperit*, concil. cetera, ut Pont. *tam ille, qui dederit, quam qui receperit*, duo veteres Greg. & Barcinon. & tres Tarrac. *acceperit*, quartus: omnia Gul. omiſit: *quam ille, qui receperit*, Cont. & alii. *mm Vel conſentit*, duo veteres Gregor. *vel conſenſerit*, Cont. & alii: hæc neque in Barcinon. ſunt, neque in duobus Tarracon. neque in concil. neque in Pontif. neque apud Gull.

*nn* Sic unus Tarr. *non* pro *ne*, ceteri libri. *oo Quidem* pro *quoque*, eſt in concil. tantum.

*pp* Sic duo veteres Gregor. & concil. *receptione*, Cont. & alii: *ſuſceptione*, unus Tarrac. in quo illa, *& olei*, deſi-

UNED

nulla cujuſque pretii exactio intendatur (*a*), nec ſub obtentu cujuſquam conſuetudinis (*b*) reatum ſuum quis tueatur (*c*), quia diuturnitas temporis (*d*) non minuit peccata (*e*), ſed auget.

## CAPUT VIII.

*Ex concilio Lateran.* (*f*)

c. 9. eod. CUM in eccleſiæ corpore omnia debeant ex charitate tractari (*g*), & quod gratis (*h*) receptum eſt, gratis impendi (*i*) horribile (*k*) nimis eſt, quod in quibuſdam eccleſiis locum venalitas prohibetur habere, ita ut pro Epiſcopis, vel Abbatibus [*l*], ſeu quibuſcumque (*m*) perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſede [*n*], ſive introducendis presbyteris (*o*) in eccleſiam [*p*], nec non pro ſepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu aliis ſacramentis aliquid requiratur [*q*], & non poſſit (*r*) ille, qui indiget, iſta percipere, niſi manum implere curaverit [*s*] largitoris, putant autem plures ex hoc ſibi licere (*t*) quia lege mortis (1) (*u*) de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur, non ſatis quia cupiditate cæcati ſunt (*x*), attendentes [*y*], quia tanto graviora (*z*) ſunt crimina, quanto diutius infelicem animam retinuerint alligatam (*aa*). Ne igitur hoc de cetero fiat (*bb*), vel pro perſonis (*cc*) eccleſiaſticis deducendis ad ſedem Apoſtolicam (*dd*), vel ſacerdotibus inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu benedicendis [*ee*] nubentibus, ſeu aliis ſacramentis (*ff*) aliquid exigatur [*gg*], diſtrictius inhibemus (*hh*): ſi quis autem contra hoc venire præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe noverit [*ii*] habiturum, cujus factum (*kk*) exactione turpis muneris (*ll*) imitatur.

## CAPUT IX.

*Alexander III. Vigilen. Epiſcopo (mm).*

CUM ſit Romana eccleſia [*nn*], cui licet c. 10. eod.
(*oo*) immeriti præſidemus, mater eccleſiarum omnium (*pp*), & magiſtra, cogimur [*qq*] ex debito ſuſcepti regiminis (*rr*), prout nobis dominus miniſtraverit (*ſſ*), reſpondere conſultationibus ſingulorum, ut dubiæ quæſtiones Apoſtolicæ ſedis providentia pœnitus enodentur (*tt*). Quæſiviſti autem frater Epiſcope tuæ fraternitati reſcribi, utrum pro eccleſiarum conſecratione quidquam præter procurationem [*uu*] habere debeas [*xx*]. Et nos conſul. (*yy*) tuæ taliter reſpondemus, quod nihil pro eccleſiarum conſecratione potes, vel debes præter procura-

[1] Alii, *moris.*

deſiderantur: *chriſmatis, & olei ſacri perceptione*, Pontif. *vel chriſmatis, ſeu olei ſacri perceptione*, Gull.

*a Nulla cujuſdam pretii exactio intercedat*, Pontif. *nulla cujuſquam pretii venalitas intercedat*, Gull. aptius: *nulla alicujus pretii exactio intendatur*, concil. *nulla cujuſque præſidii exactio attemptetur*, vet. Gregor. mendoſe: ſed *pretii* pro *præſidii*, ſcribendum: *nulla cujuſquam pretii exactio attemptetur*, alter vetus, & Cont. & alii.

*b* Sic etiam Raimund. *hujus* pro *cujuſquam*, conc. *alicujus*, Pontif. & Gullielm.

*c* Sic Raim. *aliquis* pro *quis*, Pont. & Gull. & concil. *d* Vox *temporis*, non eſt in vet. Tarrac. neque in Pontif. habent eam ceteri. *e* Sic etiam Gull. & vetus Gregor. *peccatum*, Pontif. & alter ex veteribus Raimund. libris, & concil. *non deminuit peccata*, Contius, & alii.

*f* Adde *cap.* 7. ut eſt in concil. non *cap.* 10. ut habet Contius. *g* Recte Cont. addit, quæ Raim. omiſerat. Videntur autem eſſe hæc Pauli verbis conſentanea, in epiſt. 1. ad Corinthios cap. 16. *omnia veſtra in charitate fiant. Debent* pro *debeant*, unus Tarracon. *h* Sumitur hoc ex verbis Chriſti, *Gratis accepiſtis, gratis date.* Matthæi c. 10. Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. vide cap. 2. de magiſtris, in hac collect.

*i* Sic etiam in concil. *gratis debet impendi*, Cont. *k Horrendum*, Barcinon. tantum.

*l Et* pro *vel*, unus Tarrac. ſolus. *m* Sic in concil. & in Gregor. *ſeu quibuſque*, duo Tarracon.

*n* Sic etiam concil. *ſedem*, Raimund. *o Perſonis*, vetus Tarracon. ſolus.

*p* Sic omnes, præter veterem Tarrac. in quo eſt, *in eccleſiis.* *q* Sic Raimund. *exigatur*, concil.

*r* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *s* Sic lib. 3. Regum cap. 13. de Hieroboam Rege Iſrael.

*t* Vox *ſibi*, non eſt in Gregor. eſt in concil. *u Legem* pro *lege*, concil. & Raimund. *quod legem mortis*, unus Tarrac. *moris* pro *mortis*, varietas eſt unius Tarrac. & conciliorum: mihi neutrum placet: ſuſpicor ſignificari præſcriptionem, quam a barbaris quibuſdam appellari audio *mortizationem.*

*x* Sic etiam in concil. carent his Raim. & Cont. *qua* pro *quia*, unus Tarrac. non male.

*y Non attendentes*, Barcin. ſolus, & Raim. *z Cum tanto ſint graviora peccata* &c. Greg. IX. cap. ult. de conſuetudine: *quod* pro *quia*, conc. & Raim. & duo Tarracon. in quorum altero vox *tanto*, non eſt.

*aa Tenuerint alligatam*, concil. & vetus Gregor. *detinent animam alligatam*, alter vetus: *retinuerint obligatam*, Barcin. *detinent alligatam*, Gregor. IX. dict. cap. ult. *tenuerunt alligatam*, Contius, & alii hoc titulo.

*bb* Sic in concil. *hæc de cetero fiant*, Raimund.

*cc* Sic multi Raimund. lib. *& vel pro perſonis*, concil. & vetus Gregor. & unus Tarrac. *&* pro *vel*, alter Tarracon. *dd* Delenda eſt hæc vox *Apoſtolicam*, hoc loco, quæ neque in concil. eſt, neque in Gregor. neque in tribus Tarracon. ſic ſupra dictum eſt, *ponendis in ſede*, hoc eſt Epiſcopi, vel Abbatis ſede, non Romana. *In* autem pro *ad*, eſt in Gregor. *ee* Sic etiam Raimund. *ſeu etiam benedicendis*, concil. & tres Tarrac.

*ff* Sic duo veteres Gregor. *ſeu etiam aliis ſacramentis*, concil. *conferendis, ſeu collatis*, addit Cont. & alii. ex aliquo ſcholio. *gg Ab aliquibus exigatur*, vetus Tarrac. ſolus. *hh* Sic in concil. *prohibemus*, Raimund.

*ii* Vox *ſe*, aliquando in uno Tarr. tantum non erat. *kk* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. *qui* pro *cujus*, vetus Tarrac. *ll Turpis muneris exactiones*, concil. prioris edit. *exactione*, Suriana concil. editio. Poſt hujus capitis verba ſequitur in concil. *Probibemus inſuper, ne novi* &c. ut cap. 7. de cenſibus hujus collect. *mm Vigilenſi Epiſcopo*, concil. d. parte 2. cap. 4. *Wigilenſi*, duo Tarrac. *Vigilien.* Raim. & Cont. & olim unus Tarracon. *nn* Recte Cont. addit omiſſa prius a Raim. quæ etiam in concil. ſunt.

*oo* Sic etiam concil. & Cont. *cujus ſedem licet*, Barcin. *pp* Sic etiam concil. vox *omnium*, in vet. Tarr. non eſt: *caput eccleſiarum omnium mater*, Barcinon. *caput omnium eccleſiarum, mater*, Cont.

*qq* Sic etiam in conc. *tamen*, addunt Barcin. & Cont. *rr* Sic etiam Cont. *ſuſcepti honoris, & regiminis*, concil. *ſſ Dederit*, concil. & Cont. *tt* Sic etiam Cont. *enodentur penitus*, vetus Tarracon. vox *penitus*, non eſt in concil. *uu* Sic etiam Contius, *moderatam*, additur in concil.

*xx* Sic in concil. *exigere debeas*, Barcin. *debeas exigere*, Cont. *yy* Sic etiam Cont. Deſiderantur quædam in concil. *conſultationi* pro *conſult.* duo Tarrac. *Conſultationi tuæ reſpondemus*, vetus Gregor. *Conſul. t. t. reſp.*

alter

UNED

curationem exigere [a], ſed procurationem (b) moderatam, cum Apoſtolus dicat, *nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare* (c), *ab eadem eccleſia exigere potes* (d).

CAPUT X.

*Idem Toletano Archiepiſcopo.*

c. 11. eod. * *Oxom.* DE hoc autem (e), quod Rex, & Principes (f) ſui a Bernardo * Exon. (g) Epiſcopo pecuniam recepiſſe (h) dicuntur, ut ejus electioni præſtarent (i) aſſenſum, & quod idem Epiſcopus Archidiacono Exonen. (k) beneficium certi redditus (l), & cuidam clerico ante electionem ſuam prioratum dicitur promiſiſſe, ut uterque (m) illorum Archidiaconus videlicet, & clericus (n) ei conſentirent (o). Hoc tuæ prudentiæ duximus reſpondendum (p), quod ſi manifeſtum eſt (q), eundem Archidiaconum, & clericum ob cauſam illam tam iniquam, & deteſtabilem (r) promiſſam rem recepiſſe (s), & ſi exinde [t] confeſſi fuerint in jure, vel legitime convinci poterint (u), ab altaris miniſterio perpetuo ſunt deponendi. Si vero id manifeſtum eſt (x), nec tamen (y) convicti, vel confeſſi fuerint, & tamen publica (z) laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici, in qua ſi defecerint (aa), tamquam actores (bb) tanti ſceleris ſunt puniendi (cc). Regem autem, & principes ſuos (dd) ſollicite monere (ee) debes, & diligenter inducere, ut ſi qua receperint (ff) a præfato Epiſcopo, ut ejus electioni præſtarent aſſenſum, eccleſiæ ſine gg) deminutione reſtituant, cum ea ſine gravi ſuæ ſalutis periculo retinere non poſſunt (hh).

CAPUT XI.

*Alexander III. Eborac. Archiepiſcopo* [ii].

CUM eſſent in præſentia noſtra conſtituti R. clericus de Pontefracto (kk), & nobilis vir W. [ll] quia moram (mm) diutius facere non poterat, in receſſu ſuo [nn] dil. filium noſtrum Milonem (oo) nuntium tuum [pp] pro ſe in cauſa illa ſufficientem reſponſalem conſtituit (qq). Cumque cauſæ (rr) cognitionem d. f. noſtris (ſſ) M. presbytero tt. s. Luciæ (tt), & Vi. s. (uu) Nicolai in carcere Tulliano diaconis Cardinalib. (xx) commiſiſſemus, ipſi utramque partem ante ſuam præſen- c. 12. eod.

alter vetus. *a* Sic Raimund. *exhibere*, vetus Tarracon. quod nondum probavi. *b Etiam*, addit unus Tarrac. Quæ ſequuntur, Raimund. & Cont. omittunt: ſunt etiam mendoſa in conciliis.

*c* Sic in concil. *Quis militat ſuis ſtipendiis umquam?* Τίς ϛρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; Paul. epiſt. 1. ad Corinthios cap. 9. Pro *ſtipendiis*, poſſumus *ſumptibus*, ſcribere, ſi Græcis adhæremus, & ita non mercedem ſolum, ſed cibum quoque intelligere poterimus. *d* Sic in concil. *poteris*, unus Tarracon. non male.

*e* Sic etiam Raimund. vox *autem* non eſt in concil. d. parte 2. cap. 13. Ante hæc verba deſideratur initium epiſt. *f* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt in concil.

*g Ab Ernardo quondam Certomenſi*, concil. alias *Ceromenſi*, ſic in priori edit. concil. *a Bernardo*, in poſter. Ego mendoſa eſſe omnia ſuſpicor, & ſcribendum: *a Bernardo Oxomen.* Eſt autem Exonia in Britannia, Oxoma in Hiſpania: *Exonenſi*, unus Tarraconenſis non recte. *h Accepiſſe*, concil.

*i* Sic etiam concil. *præſtaret*, vet. Tarracon. & Barcinon. *k Exon.* tres Tarracon. *Sevien.* concil. *Exom. Archid.* vetus Gregor. *Obſom. Archid.* alter vetus. *Exonien.* Cont. & alii: ſcribo *Oxomenſi.*

*l* Sic in concil. *beneficium*, duo veteres Gregor. aliis omiſſis: *beneficia*, Cont. & alii.

*m Si* pro *ut*, Barcin. tantum. *n Eorum* pro *illorum*, concil. *ſcilicet* pro *videlicet*, vet. Tarrac. in quo etiam eſt, *& ejus clericus*: omnia Raimund. & Conr. omittunt. *o Ejus electioni conſentirent*, concil. *conſentiret eidem*, Raim. *p Paternitati* pro *prudentiæ*, concil. quod non æque placet. *Tuæ pruden. reſpondemus*, Raim.

*q* Sic etiam Raim. *quod ſi operis evidentia manifeſta æſtimatur, ita quod notorium eſt*, concil. plenius.

*r* His carent Raim. & Cont. leguntur in concil. *s Accepiſſe*, concil. *promiſſa recepiſſe*, Raim.

*t Aut* pro *&*, concil. & tres Tarracon. *aut exinde*, Raimund.

*u Poſſunt ab aliquibus convinci*, concil. *convicti*, Raimund. & Contius aliis omiſſis: *convinci poſſunt*, olim vetus Tarracon. *poterunt*, duo alii Tarracon. quod malo.

*x* Sic etiam Raim. *manifeſtum non eſt*, concil. non male: vide cap. 12.

*y* Sic etiam duo veteres Gregor. *nec inde*, concil. *nec tamen inde*, Cont. & alii non male.

*z Poſtea* pro *publica*, concil. quod non æque placet: *ſed tamen publica*, vetus olim Gregor. mox *tantum* pro *tamen*, ut in aliis. *aa Si quidem*, addit vetus Tarracon. ſolus ante hæc verba non recte: ſed ſcribi poteſt, *ſiquidem defecerint.* *bb* Sic duo veteres Raim. libri: *auctores*, Barcin. & vetus Tarracon. & concil. & Cont. & alii. *cc* Sic in concil. & in veteribus Gregor. *ſint* pro *ſunt*, Contius, & alii.

*dd* Sic etiam in concil. *ejus* pro *ſuos* in Gregor. *ee* Sic in concil. *debes inducere*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis. *ff Receperunt*, vetus Greg. ſolus. *gg Eccleſiæ Ceromenſi ſine*, concil. *eccleſiæ Exon.* duo Tarr. & Barcin. *Exon. eccleſiæ ſine*, tertius Tarrac. *Exom.* vetus Gregor. *Obſom.* alter vetus. *Exonien.* Cont. & alii: ſcribo, *eccleſiæ Oxomienſi ſine:* eſt autem Oxoma ſub Toletano Antiſtite, cui hoc reſcriptum mittitur. De limitibus ſingularum eccleſiarum, & quæ quibus Metropolitanis ſubiicerentur, ſub Rege Wamba actum eſt in concilio Toletano. Illic provincia Carthaginenſis Toletano Archiepiſcopo ſubiicitur, Oxoma vero inter alias urbes ejus provinciæ, quæ Epiſcopos habent, numeratur. *hh* Sic vetus Gregor. *non poſſint*, alter vetus & concil. & vetus Tarrac. & Cont. & alii. *ii Idem Eboracen. Archiepiſcopo S. Legato*, concil. d. parte 2. cap. 14. non recte: ſcribi enim debet, *Apoſt.* ante *S.* ſic enim appellari ſolent Cantuarien. & Eboracen. Archiepiſcopi. *Idem Eboracen. Archiepiſcopo*, Raimund. & Cont.

*kk* Sic etiam concil. *franco* pro *fracto*, vetus Tarrac. *ſacro*, alter; omittunt omnia Raimund. & Cont.

*ll* Sic duo veteres Gregor. *Vu.* concil. *V.* Cont. & alii. *G.* vetus Tarr. Poſt hæc verba adduntur hæc in concil. *filius Godrici pro controverſia, quæ vertebatur inter eos ſuper quadam eccleſia, quam idem R. aſſerebat a præfato milite ſibi datam fuiſſe; prædictus Vu.* Hæc eadem verba ſunt in Barcin. & in uno Tarrac. his exceptis: *filius G.* pro *Godrici*, & *illi datam* pro *ſibi*, & *W.* pro *Vu.* quæ varietas eſt libri Barcin. ſed in Tarrac. eſt, *filius Godici*, cetera, ut in eod. Barcinon. *mm Qui moram*, concil. *quia idem W. moram*, duo veteres Gregor. *quia idem V. moram*, Cont. & alii. *nn* Hæc ſunt in concil. omittuntur a Raim. & Contio.

*oo Magiſtrum Milonem*, concil. *pp Suum*, concil. & unus Tarracon.

*qq Inſtituit*, unus Tarracon. ſolus. *rr* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. ſint licet in conc.

*ſſ Dilectis filiis noſtris*, concil. & tres Tarracon. *tt Card.* pro *tt.* Barcinon. *ſanctæ* pro *ſ.* concil. & tres Tarracon. *uu Et Vu. tt. ſancti*, concil. *& M. ſancti*, vet. Tarrac. *& W. ſancti*, duo alii Tarrac.

*xx* Rectius in vet. Tarrac. *diacono Cardinalibus: diacono Cardinali*, concil. & Barcin. *diaconibus Cardinalibus*, alter

ſentiam convocaverunt, & ab ore (*a*) præfati R. intellexerunt, quod memoratus miles (*b*) promiſerat ei (*c*) præſcriptam (*d*) eccleſiam, ſi quoddam negotium ejuſdem militis (*e*) poſſet in noſtra curia (*f*) promovere. Unde cum id (*g*) nobis per eoſdem (*h*) Cardinales innotuiſſet, nos intelligentes (*i*) promiſſionem ipſam (*k*) ſimoniacam pravitatem continere, eidem R. ſuper eadem eccleſia [*l*] ſilentium impoſuimus [*m*], ideoque fraternitati tuæ per A. s. pr. m. (*n*) qua. memoratum militem occaſione prædictæ controverſiæ a prænominato R. vel aliis [*o*] ſuper præſcripta (*p*) eccleſia gravari [*q*] nulla ratione permittas.

## CAPUT XII.

*Idem Ciſtren. Epiſcopo (r).*

c. 13. eod. INſinuatum eſt auribus (*s*) noſtris, quod dum Epiſcopatus tibi commiſſus vacaret, in eccleſiis ejus plurimi ſunt clerici conſtituti (*t*), qui per ſimoniam dicuntur habere ingreſſum, & inde infamia reſpergi (*u*). Unde quoniam indignum [*x*] eſt, ut in tali crimine, vel tam turpi ſuſpicione remaneant [*y*], f. t. per A. s. pr. m. qua. ſi qui fuerint in prædictis clericis (1) (*z*), quos publicum ſit, & notorium ſimoniace intraſſe, eos ab eccleſiis taliter acquiſitis ap. ces. (*aa*) amoveas. Illis autem, quorum crimen non eſt publicum, & notorium, ſi publica infamia laborant, cum quinta manu, vel ſexta ſui ordinis infra XL. dies (*bb*) poſt harum ſuſceptione litterarum purgationem indicas, in qua ſi defecerint, beneficiis eccleſiarum ſibi commiſſarum (*cc*) perpetuo prives (*dd*), proviſurus attentius (*ee*), ut tales perſonas ad eorum purgationem recipias, de quibus veriſimile ſit, quod non debeant alicujus obtentu dejerare (*ff*).

## CAPUT XIII.

*Idem.*

NEmo presbyterorum xenium, vel emolumentum quodlibet (*gg*) temporale, immo detrimentum ſpirituale a quocumque (*hh*) publice peccante, vel inceſtuoſo (*ii*) accipiat, ut Epiſcopo, vel miniſtris ejus peccatum illius celet, nec pro reſpectu (*kk*) cujuſque perſonæ (*ll*), aut conſanguinitatis, vel (*mm*) familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc Epiſcopo innoteſcere detractet (*nn*), nec a quoquam pœnitente (*oo*), aut gratia, aut favore, vel minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducat (*pp*), & ei teſtimonium reconciliationis ferat, vel quocumque livore digne pœnitentem a reconciliatione removeat, quia utrumque ſimoniacum eſt. c. 14. eod.

## CAPUT XIV.

*Idem venerabili fratri noſtro Vigoren. Epiſcopo (qq), & dilecto filio de Pateja Primori (rr).*

QUerelam monachorum de Acra (*ſſ*) nobis tranſmiſſam accepimus (*tt*), quod cum ipſi quoddam maneejum (2) (*uu*) quod dicitur c. 15. eod.

[1] *Eccleſiis*, Greg. IX.

(2) *Manerium*, Gregor. IX.

alter Tarrac. *diacon. Cardinalibus*, tertius. *a* Sic etiam concil. *Cumque ab ore præfati R. intellexerimus*, Raimundus, & Contius. *b* Sic etiam Raimund. *præfatus miles*, concil.

*c Dare*, addunt Barcin. & tres Tarrac. & concil. & multi Gregor. *eidem* pro *ei*, unus ex veter. Gregor.

*d* Hac voce caret Raimund. eſt in concil. *e* Vox *militis*, non eſt in Gregorianis: eſt in concil. *ejus* pro *ejuſdem*, vetus Gregor. *f Curia noſtra*, concil. *præſentia* pro *curia*, Raimundus: verborum ordo varie in veteribus libris Gregor. & in editis mutatur. *g* Multa Raimund. & Contius, omittunt. *Unde, & cum id* &c. concil. *h* Sic in concil. *per eos*, vetus Tarraconenſis.

*i* Sic etiam in concil. *ac per hoc promiſſionem ipſam continere ſimoniacam pravitatem*, Raimund. & Cont.

*k Illam*, concil. *l* Sic etiam Raimund. vox *eadem*, non eſt in concil. *T.* pro *R.* vet. Tarrac. non recte.

*m* Sic in concil. *ſilentium duximus imponendum*, Raimund. *n* Quæ ſequuntur, omittunt Raim. & Cont. *Ideoque fraternitatem tuam* &c. concil. *o* Sic in concil. *V.* pro *R.* vet. Tarrac. non recte.

*p Scripta*, concil. *dicta*, unus Tarracon. *q Vel inquietari*, additur in concil.

*r Ceſtrenſi Epiſcopo*, concil. d. parte 2. cap. 15. *Caſtrenſi*, vetus Tarracon. *Calien.* vetus Gregor. *Ciſt.* alter vetus: *Ciſtrenen.* Cont. & alii. *s* Multa omittunt Raimund. & Cont. quæ ſunt in concil. *nobis* pro *auribus*, habet vetus Gregor. ſolus. *t Plures* pro *plurimi*, vetus Tarracon. *inſtituti* pro *conſtituti*, duo alii Tarracon. *plurimi ſunt inſtituti*, concil. *plurimi clerici*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*u* Vox *inde* non eſt in concil. *& infamia inde reſpergi*, Raimund. *x* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *y Remaneret*, concil. non recte in priori edit. *remanerent*, in poſter.

*z* Malo *eccleſiis*, ut eſt in concil. & in Barcin. & in uno Tarrac. & in Gregor. qui addunt ante hæc verba vocem *quos*. *aa Appellatione ceſſante*, concil. hæc etiam omittunt Raimund. & Contius.

*bb* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt in concil. excepta voce *litterarum*.

*cc* Sic in concil. *hujuſmodi eccleſiarum*, Raimund. *dd* Sic etiam in concil. *eos*, addit vet. Gregor. *eoſdem*, alter vetus, & editi libri. *ee* Hæc etiam ſunt in concil. omittunt Raim. & Cont.

*ff Rei*, additur in concil. poſt vocem *alicujus*, & in uno Tarr. in quo olim ea vox non fuerat: *pejerare* pro *dejerare*, eſt in marg. concil. *gg* Hæc omittunt duo Tarracon. ſunt in Gregor.

*hh* Sic etiam Raim. *a quoquam*, duo Tarr. *ii Aut* pro *vel*, Tarr. vetus: omittunt omnia Raim. & Cont.

*kk* Sic Raimund. vox *pro* non eſt in Barcinon. *neque reſpectu*, vetus olim Tarracon.

*ll Cujuſcumque* pro *cujuſque*, vetus Gregor. ſolus. *mm Aut* pro *vel*, Gregor. vetus, in altero, *conſanguinitatis, vel*, omiſſo *aut. Conſanguinitatis, aut*, Cont. & alii. *nn* Sic duo veteres Greg. *detrectet*, Cont. & alii, quod malo. *oo Nec quemquam pœnitentem, vel minus digne pœnitentem*, Raim. aptius: *peccatorem* pro *pœnitentem*, Cont. in marg. quod reiicio. *pp* Sic etiam Raimund. *reducat*, Barcin.

*qq Fratri R. & Vuigoren. Epiſcopo*, concil. d. parte 2. cap. 12. non recte. *R.* pro *fratri noſtro*, Barcin. *Idem Wigor. Epiſcopo*, vetus Tarrac. aliis omiſſis. *Idem*, tantum duo alii Tarrac. *Idem Wigon. Epiſcopo*, vetus Gregor. *Wigor.* alter vetus: *Vigor. Epiſcopo*, Cont. & alii: ſcribo, *Idem venerabili fratri R. Wigornien. Epiſcopo.*

*rr Priori de Panteja*, concil. *& Priori de Pantan.* vetus Tarracon. *& abbati de Pateria*, vet. Greg. *& Priori de Acra*, Cont. & alii non ſine mendo: nam monachi de Acra erant, qui conquerebantur.

*ſſ* Sic etiam Raim. *de Atra*, concil. ſed poſtea, *de Acra*. *tt Recipimus*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis, quæ ſunt in concil. alio tamen ordine. *uu Quondam mannium*, concil. & in marg. *quoddam manerium*, Barcin.

tur Vella (*a*) cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam de Ganonum (*b*) a monachis de Cadonio (*c*) ſub annuo cenſu xv. librarum (*d*) fuiſſent adepti, & inde chartam ab ipſis (*e*) monachis habuiſſent, quidam Prior eorum (*f*) capitulo inconſulto præſcriptum manerium [*g*] Daecclia (*h*), † & chartam de Cadonio (*i*) accepta pecunia [*k*] reſignavit. Unde quia (*l*) præfati monachi de Acra ſe conqueruntur injuſte gravatos, & nobis (*m*) imminet corrigendum, ſi quid minus irrationabiliter attentatur (*n*), cauſam ipſam experientiæ veſtræ committimus (*o*), præſentium vobis auctoritate m. q. (*p*) partib. ante veſtram (*q*) præſentiam convocatis, quæ hinc inde propoſita fuerint, diligentius audiatis, & præſcriptam cauſam ſublato ap. re. concordia (*r*), vel judicio terminetis, proviſuri, quod (*s*) ſicut emi non potuerit (*t*), ita etiam nec redimi (*u*). Si vero monachi de Cadonio legitime citati ad præſentiam veſtram accedere, & judicio veſtro ſtare contempſerint, & vos prædictos (*x*) monachos de Acra in poſſeſſionem eorum, de quibus [*y*] controverſia vertitur, contradictione (*z*) & ap. ceſ. inducere minime differatis (*aa*), nec ipſos exinde permittatis abſque ordine judiciario moleſtari. Si vero uterque [*bb*] veſtrum his exequendis (*cc*) intereſſe non poterit, alter ea nihilominus exequatur.

## CAPUT XV.

*Idem* (*dd*).

EA, quæ (*ee*) de avaritiæ, & cupiditatis radice procedunt (*ff*), & in ſpeciem ſimoniacæ pravitatis erumpunt, penitus extirpanda ſunt (*gg*), & quæ de tribulis, & ſpinis procedunt, falce Apoſtolici moderaminis ſunt reſecanda. Audivimus autem (*hh*), quod nummos pro criſmate ab eccleſiis auſu temerario [*ii*] extorquetis, quos diverſis nominibus nunc cathedraticum, aliquando paſchalem præſtationem, interdum Epiſcopalem [*kk*] conſuetudinem appellatis. Quia vero ſimoniacum eſſe cognoſcitur (*ll*), & periculum (*mm*) generat animarum, per A. s. m. & m. pr. qua. [*nn*] ab eccleſiis ſub (*oo*) prætextu alicujus conſuetudinis, vel prælationis præſcriptos denarios ulterius nullatenus exigatis (*pp*), pro certo ſcituri [*qq*], quod ſi hoc caſu temerario (*rr*) præſumpſeritis, peculium ordinis, & dignitatis veſtræ [*ſſ*] poteritis non immerito formidare, nihilominus etiam vobis [*tt*] præſentium auctoritate injungimus, ut cum eccleſias ipſas (*uu*) viſitaveritis, ſecundum quod canones præcipiunt, viſitationis officium (*xx*) exerceatis, nec eccleſias viſitatione veſtra gravetis, ut eas magis (*yy*) intuitu informationis, & correctionis (*zz*), quam affectu commenſationis videamini viſitare. Cum

c. 16. eod. & c. 12. de cenſ.



ein. & tres Tarrac. & Raim. Suſpicor Tancredum *manſum*, aut aliam vocem habuiſſe, addit enim; *alias manerium, quod idem eſt*: ſed & in alio veteri ſcholio eſt: *manerium ideſt manſum, ubi erant ruſtici.*

*a* Sic in concil. *Guella*, vet. Tarracon. *Wella*, alter. *Veella*, tertius: hæc omittunt Raim. & Cont.

*b* *Gadonum*, concil. *Genon.* vetus Tarrac. *Gatoitum*, alter. *Gen.* vetus Gregor. *Genen.* alter vetus, & Cont. & alii. *c* *Gadonio*, in concil. ſed poſtea *Cadonio. Cadomo*, in duobus Tarrac. *Cadomo*, *ſive Cadonio*, in duobus vet. Gregor. *Cadanio*, in Barcin. *Cardonio*, apud Cont. & alios. *d* *Canone* pro *cenſu*, concil. *XXV.* pro *XV.* unus Tarrac. *libris* pro *librar.* vetus Gregor. ceteri libri, ut editum eſt.

*e* *De ipſis*, vetus Tarrac. ſolus. *f* *Ipſorum*, olim vetus Gregor. *Prior de Acra*, unus Tarrac. ut editum eſt, alii libri. *g* Sic etiam Raimund. *maunium*, concil. *manſum*, vetus Tarracon.

*h* *De eccleſia*, vetus Tarrac. *de eccleſiam*, olim alter, mox *eccleſiam*, *de* expuncto, non male: *& eccleſiam*, tertius Tarrac. quod etiam placet; id etiam eſt in concil. *eccleſiam*, Barcin. omittunt omnia Raim. & Cont.

*i* Sic in concil. varietas eadem, quæ ſupra, *Cadomo*, & *Cardonio*, & *Cadanio*. Hoc amplius vox *monachis*, ante hæc verba eſt in Barcin. libro, & apud Raimund. Barc. quod placet. *k* *Perſona*, concil. mendoſe.

*l* Sic etiam Raimund. *indeque*, concil. *m* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*n* *Minus quam*, pro *minus*, concil. prioris edit. *minus quam rationabiliter*, Suriana editio: *minus rationabiliter attemptatur*, Barcin. & tres Tarrac. aptius. *o* Sic in concil. *terminandam*, addit vetus Tarrac.

*p* *Mandantes quatenus*, concil. *mandantes quat.* tres Tarracon. *Mandamus quat.* veteres Gregor. *quatenus*, Contius, & alii. *q* Non pauca etiam omittunt Raimund. & Contius, quæ ſunt in concil.

*r* *In concordia*, unus Tarrac. ſolus. *s* Sic etiam concil. *ſcituri quod*, Raimund. apertius: quamvis neutra vox apta mihi videtur. *t* *Non potuit*, vetus Tarrac. & Raim. *non potuerunt jura*, concil. Refertur hoc loco a Tancredo Bernardi Papienſ. opinio, qui dixit hanc fuiſſe locationem.

*u* Vox *ita* non eſt in concil. vox *etiam*, olim in Tarracon. veteri deſiderabatur; *ita nec redimi eccleſia memorata*, Raimund. *x* Vox *&*, non eſt in concil. neque in tribus Tarracon. *vos ipſos*, Raimund.

*y* Sic concil. & Greg. IX. *de qua*, duo Tarracon. quod non æque probo.

*z* *Inducatis*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: *occaſione* &c. conc. non optime.

*aa* *Feſtinetis*, concil. quod nondum placuit. *bb* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.

*cc* Sic in concil. *in*, additur ante hæc verba in uno Tarrac. *dd* Sic etiam Raimund. & Cont. ſed in concil. parte 2. cap. 5. *Idem in concilio Turonen. de eadem re*, & cap. 6. *Idem eidem Epiſcopo*: utraque inſcriptio mendoſa eſt: ſuſpicor ſcribendum, *Idem Archidiaconis per Angliam conſtitutis.*

*ee* Recte Contius ſub hoc titulo addidit a Raim. prætermiſſa. Sed ſub titulo de cenſibus mutam perſonam egit. In concil. multa deſiderantur. *ff* *Proveniunt*, Cont. *gg* Vox *ſunt*, non eſt in tribus Tarrac. *ſunt penitus extirpanda*, Cont. *hh* Vox *autem* neque apud Raim. eſt, neque apud Cont. *Audimus*, eſt in uno vet. Gregor. *ii* Hæc etiam omittuntur ab eiſdem, ut quæ poſtea ſunt, diverſis nominibus.

*kk* *Temporalem*, Barcinon. ſolus. *ll* *Dignoſcitur*, duo Tarracon. *hoc*, additur in Gregor. ante verba edita.

*mm* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. *nn* *V. m. & pr. qua.* vetus Tarrac. *mandamus quatenus*, Raimund. *oo* Hæc etiam ab eiſdem ſunt omiſſa. *pp* *Non ulterius exigatis*, vetus Tarracon. voce *ulterius*, carent Raim. & Cont. *qq* Sic etiam Raim. *&*, ſive *etiam*, addit Barcin. ante hæc verba me non flagitante; *ſcituri pro certo*, vetus Tarracon. *rr* Hæc etiam in omiſſis a Raimund. & Contio numerabimus.

*ſſ* Vox *veſtræ*, ab eiſdem omittitur. *tt* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. debuerunt autem ſub titulo de cenſibus ſcribi: ſunt in concil. d. cap. 6. hoc initio, *Nihilominus*, *& præſentium* &c.

*uu* Vox *ipſas*, non eſt in vet. Tarrac. eſt in concil. *xx* *Viſitatoris officium*, concil.

*yy* Vox *eas*, non eſt in concil. *zz* Sic in concil. *correptionis*, unus Tarrac.

UNED

autem beati Petri denariorum collectionem (*a*) per Archidiaconatus veſtros feceritis, in collectione facienda prædictas [*b*] eccleſias, vel parochias gravare nullatenus præſumatis (*c*), aliter, ſive magis (*d*), quam prædeceſſores noſtri (*e*) ſanctæ recordationis Innocentius, Eugenius Romani Pontifices (*f*) feciſſe noſcuntur; quod ſi temeritate qualibet [*g*] id præſumpſeritis attemptare (*h*), id, quod videmini habere (*i*), auferetur a vobis.

CAPUT XVI.

*Deuſdedit* (*k*).

c. 6. eod. TAnta eſt labes hujus criminis (*l*), quod etiam ſervi adverſus dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem. Item omnis peccator (*m*) miſſam cantare poteſt præter ſimoniacum, quem etiam [*n*] quilibet, ut ab ordine male accepto removeatur, accuſare poteſt, vel etiam meretrix [*o*].

CAPUT XVII.

*Alexander III. Cantuarienſi Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.*

Non ponitur (*p*). CUM clerici veſtræ juriſdictionis, ſicut accepimus, decedentibus eccleſiarum perſonis paciſcuntur (*q*), ipſis eccleſiis majores ſolitis [*r*] ſolvere penſiones, ut facilius eaſdem eccleſias poſſint adipiſci, nos quidem ad tam deteſtabile vitium extirpandum, attentam volumus curam, & ſollicitudinem adhibere. Inde eſt, quod f. t. (*s*) per A. s. pr. m. qua. clericis omnibus veſtris, ne id attemptare præſumant, publice ſub diſtricta pœnitentia [*t*] prohibeatis, & ſi quidem contra prohibitionem veſtram ve. pr. (*u*) a. pos. (*x*) (1) eos eccleſiis [*y*] taliter adeptis quam citius [*z*] ſpolietis, & alias [*aa*] pro tantæ præſumptionis exceſſu ſeveritate eccleſiaſtica puniatis. Ad hoc quia [*bb*] ſunt clerici quidam, qui cum religioſis viris colluſione facta citra auctoritatem dicti Epiſcopi (*cc*) eccleſias, quas tenent, eis conſtituunt cenſuales, ut poſt deceſſum eorum eædem (*dd*) eccleſiæ per repræſentationem eorumdem religioſorum virorum ad filios, vel nepotes clericorum ipſorum poſſunt transferri [*ee*], præſentium auctoritate vobis præcipimus, ut ſi qui clericorum veſtrorum inventi fuerint facere talia, eos a præſcriptis eccleſiis ſub. ap. re. non differatis auctoritate Apoſtolica removere, ne de fraude (*ff*), vel dolo videantur commodum reportare.

CAPUT XVIII.

*Lucius III. Spaloton.* (*gg*) *Archiepiſcopo, pars c. Super eo quod* (*hh*).

DE ſimoniace vero [*ii*] ordinatis juxta poſtulationem tuam certum tibi non poſſumus dare reſponſum, niſi plenius noſceremus (*kk*), qualiter fuerunt (*ll*) ordinati, cum quidam (*mm*), licet ſecundum quandam ſpeciem (*nn*), utpote ignorantibus ordinatis (*oo*), ſimoniace ordinentur (*pp*), in ſuis (*qq*) tamen poſſunt ordinibus remanere, quia ſimoniaci non ſunt. c. 22. eod.

CAPUT XIX.

*Alexander III. Breare † Ricardo* (*rr*).

EX diligenti tua relatione nobis innotuit, quod G. Cant. (*ſſ*) Archidiaconus te multis c. 17. eod.

tis

[1] *Venire præſumpſerint, appellatione poſtpoſita*, forte.

*a Cum autem collectas denariorum beati Petri*, concil. d. cap. 5. ubi præpoſtere duo capita collocata ſunt: *Cum autem propter beati Petri viſitationem, denariorum collectionem*, duo Tarrac. & Barcin. ſic etiam Raim. & Cont. excepta voce *collectionem*, pro qua *collectam*, habent, ut apertiorem. Hæc collectio præſtatio eſt quædam, quam Angli ſolvunt Romanæ eccleſiæ, ut Alanus Anglus ait. *b* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in conc. excepta voce *prædictas*. *c* Sic in concil. *non gravetis*, Raimund.

*d* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. ſint licet in conciliis: *aliter ſive*, in uno Tarracon. deſiderantur.

*e Veſtri tempore*, concil. & Barcin. *prædeceſſores veſtri temporibus deceſſorum meorum*, unus Tarracon. plenius.

*f Et*, addit vetus Tarracon. inter duo nomina ſupraſcripta Pontificum. *Innocentii, Eugenii Romanorum Pontificum*, Barcin. & duo Tarracon. *Eugenii, & Innocentii Romanorum Pontificum*, concil.

*g Aliqua* pro *qualibet*, concil. & vetus Tarracon. *Quod ſi ſecus præſumpſeritis*, Raimund.

*h Contempſeritis*, concil. aliis omiſſis. *i* Verbis evangelii utitur Matthæi cap. 25. & Lucæ cap. 19.

*k* Sic etiam duo veteres Gregor. *Item Dominus dedit*, Barcin. *Deodatus*, Contius, & alii.

*l Simoniæ*, addit vetus Gregor. ſolus. *m* Hoc eſt initium cap. 17. in veteri Tarracon. tantum, cum hac inſcriptione, *Item;* mox ſequitur: *Omnis peccator* &c. *n* Hac voce *etiam*, carent Raim. & Cont.

*o* Vox *vel* non eſt in vet. Gregor. ſolo. *p* Pro his verbis ſcribi debuit, *cap. 6. de pactis, & cap. 11. de cenſibus*, ut ſupra de pactis cap. 6. in hac collect. vide etiam in concil. parte 28. cap. 8. Hoc eſt cap. 18. in vet. Tarracon. *q Paciſcantur*, tres Tarrac. *de*, addunt duo ex eiſdem. *r Solito*, vetus Tarrac.

*s F. v.* vetus Tarr. *t Pœna*, duo Tarrac. *u Venire præſumpſerint*, tres Tarrac. & Barcin.

*x Ap. poſ.* Barcin. & duo Tarracon. *ap. ceſ.* tertius. *y* Vox *eccleſiis*, non eſt in uno Tarr.

*z Quantocius*, unus Tarrac. *aa* Vox *alias*, in vet. Tarrac. non eſt. *bb Quoniam* pro *quia*, duo Tarr.

*cc* Scribendum *diœceſani Epiſcopi*, ut eſt in Barcin. & in tribus Tarrac. *di. Epiſcopi*, eſt in quarto Tarrac.

*dd Eidem*, unus Tarracon. ſolus. *ee Poſſint* pro *poſſunt*, unus Tarracon.

*ff Ne de ſua fraude*, Barcin. & tres Tarracon. Cetera dicta ſunt d. cap. 6. de pactis, quod totidem verbis ſcriptum eſt. *gg Spalat.* vetus Tarrac. *R. Spalaton.* duo alii Tarrac. *Lucius III.* Raim. & Contius, aliis omiſſis. *Spalen. Archiep.* Cont. in marg. Hoc eſt cap. 19. in veteri Tarrac. Vide, quæ diximus cap. 1. de conſanguinitate. *hh* Integra clauſula, ni fallor, eſt ſub titulo de bigamis non ordinandis. *P. c.* SUPER EO, Cont.

*ii* Omittunt quædam Raimund. & Cont. *kk Cognoſcamus*, Raimund. *ll Fuerint*, vetus Tarracon. & Raimund. *ſunt*, duo alii Tarracon. *mm Quod quidam*, vetus Gregor. ſolus.

*nn Simoniæ*, addit Raimund. *oo Ipſis ignorantibus*, Raim. *pp* Vox *ſimoniace*, in uno ſolo veteri Tarrac. non eſt, quod non reprehendo. *qq* Ordinem verborum mutaſſe videtur Raimund.

*rr Bare* pro *Breare*, Barcin. *Batrencardo*, vetus Tarracon. *Ricardo Barre*, duo alii Tarrac. *Idem*, aliis omiſſis, Raim. & Cont. *Baren. Epiſcopo*, Cont. in marg. non recte. Mihi *Barenſi Ricardo*, magis placet, aut quod in veteri Tarracon. eſt. Rectius autem Raim. ordinem mutavit horum capitum, ut Alexandri reſcripta eſſent ante Lucii ſucceſſoris reſcripta. Hoc vero eſt cap. 20. in veteri Tarracon.

*ſſ* Sic vetus Gregor. *Cantuarien.* vetus Tarracon. & alter vetus Gregor. *H.* pro G. Cont. & alii.

tis promiſſionibus illexit (*a*), & quorumdam magiſtrorum (*b*) virorum commonitione [*c*], ac ſollicitudine induxit, ut ei hominium faceres [*d*], & fidelitatem præſtares, ita quidem quod (*e*) ipſe tibi beneficium eccleſiaſticum [*f*] annis ſingulis exhibere deberet [*g*]. Unde (*h*) quoniam hujuſmodi obligatio illicita ſatis, & contra (*i*) ſalutis tuæ, nec non & ſuæ profectum exiſtit, ſicut tua [*k*] diſcretio nequaquam ignorat, a nobis ſuper hoc abſolvi inſtantius, & ſuppliciter (*l*) poſtulaſti, adiiciens, quod ab eo deinceps nil omnino beneficio conſtituto acciperes (*m*). Quo circa nos tuam in hac parte (*n*) petitionem honeſtam, & ſavorabilem attendentes, te a præfati Archiepiſcopi (*o*) hominio [*p*], & fidelitate, præſertim cum hæc taliter præſtita divinis, & humanis legibus contraire noſcantur (*q*), ex beati Petri [*r*], & noſtra etiam [*s*] auctoritate abſolvimus, ita quod ab aliquo Epiſcopo [*t*], ſive ſacerdote diſcreto pœnitentiam inde condignam recipias, & Deo (*u*) ſecundum ejus conſilium ſtudeas reconciliari. Verum (*x*) ne aliqua propter hæc (*y*) nota, vel infamia poſſis reſpergi (*z*), abſolutionis noſtræ litteras tibi duximus indulgendas, quibus contra latrantium morſus tutus, & præmunitus exiſtas, & quaſi in (*aa*) teſtimonium indulgentiæ noſtræ valeas demonſtrare.

## CAPUT XX.

*Idem Strigon. Epiſcopo (bb).*

ETSI quæſtiones tuas de fervore religionis exurgere, & ex intimæ (*cc*) devotionis affectu, quem circa nos, & eccleſiam habes, ad noſtram cognitionem (*dd*) perferre (*ee*) nullatenus ignoremus, non tamen eſt tibi in his (*ff*) ultra, quam oporteat, dubitandum, cum leges humanæ (*gg*) dicant, quod quidam tenui religione (*hh*) ſacramenta etiam neceſſaria (*ii*), & legitima exhibere contemnunt, tenuem enim vocant religionem (*kk*), qui in talibus hæſitant [*ll*], ubi non eſt aliquatenus (*mm*) hæſitandum. Unde Pſalmiſta dicit [*nn*]: *Trepidaverunt, ubi non erat timor* [*oo*]. In hoc autem [*pp*], quod dilectus f. noſter P. (*qq*) tituli s. (*rr*) Laurentii in Damaſo [*ſſ*] presbyter Cardinalis, tunc vero Sancti Euſtachii (*tt*) diaconus, & Apoſtolicæ ſedis Legatus pro electione tua, & ut pallium tibi (*uu*) deferret (*xx*), ad partes illas acceſſit, dilectus filius noſter Alanus frater tuus (*yy*), ejus præſciens neceſ- c. 18. eod.



*a* *Allexit*, duo Tarracon. *induxit*, Raim. & Cont. *b* *Magnorum* pro *magiſtrorum*, Barcin. & tres Tarrac. aptius: multa omittunt Raimund. & Cont. *c* *Commonitionibus*, duo Tarracon.

*d* Sic vetus Gregor. *hominium faciens*, alter vetus: *homagium faceres*, Cont. & alii.

*e* *Ita quod*, duo Tarrac. & Raimund. *f* Sic etiam Raimund. *ipſe tibi e contra eccleſiaſticum beneficium*, duo Tarracon. *g* *Exhiberet*, duo Tarracon. & Raimund. *h* *Verum*, vetus Tarrac. ſolus.

*i* Vox *ſatis*, non eſt in duobus veteribus Gregor. *illicita contra*, Contius, & alii ceteris omiſſis.

*k* Hæc etiam omittunt Raim. & Cont. *l* *Et ſimpliciter*, Barcin. & vetus Tarrac. quod non æque placet.

*m* *Reciperes*, vetus Tarracon. *de*, vero addendum eſt ante hæc verba ex auctoritate trium Tarracon. *de beneficio acciperes conſtituto*, Raimund. *n* Hæc etiam omittunt Raim. & Contius.

*o* Scribendum *Archidiaconi*, ut eſt in Barcin. & tribus Tarrac. & in Gregor. & ſupra ita ſcriptum fuit.

*p* Sic etiam duo veteres Gregor. *homagio*, Cont. & alii: *homagii*, mentio fit cap. 13. de regulis juris, in hac 1. collect. *q* Sic etiam Raimund. *noſcuntur*, vetus Tarrac. *contraria noſcantur*, alter Tarracon.

*r* Vox *ex* non eſt in veteri Tarracon. multa omittunt Raimund. & Contius.

*s* *Te* pro *etiam*, vetus Tarrac. utramque vocem alii duo Tarracon. omiſerunt.

*t* Vox *aliquo* non eſt in Gregor. *u* Hæc etiam omittunt Raimund. & Contius.

*x* *Unde*, vetus Tarracon. ſolus non recte. *y* *Hoc*, tres Tarracon. & Raimund.

*z* Sic etiam Raimund. *in poſterum*, additur ante hæc verba in veteri Tarracon.

*aa* *Et quas in*, duo Tarracon. & Raimund. *bb* Malo *Archiepiſcopo*, ut eſt in Gregor. *Archid.* vetus Tarrac. non recte: tota inſcriptio deſideratur in concil. d. parte 50. cap. 1. Eſt autem hoc *cap.* 21. in veteri Tarr.

*cc* *Exurgere*, & *te eas ex intimæ* &c. concil. plenius: multa omittunt Raim. & Cont. *reſurgere* pro *exurgere*, Barcin. *exſurgere*, vetus Tarracon. *dd* *Devotionem*, concil. *ee* *Perferri*, concil. & Raim. quod nondum prætuli, preſertim addita voce *te*, quæ in conciliis eſt; *proferri*, quoque eſt in veteribus Gregor. non recte.

*ff* Sic etiam Raimund. *in hujuſmodi*, concil. *de hujuſmodi*, vetus Tarracon.

*gg* Primus Alanus attulit conſt. ult. de fide inſtr. in qua hæc verba ſunt: *quidam ſubtili reverentia tenti nec verum ſacramentum præſtare patiuntur.* Alii alia adferunt juris conſt. verba, ſed nemo eadem quibus Pontifex uſus eſt.

*hh* Sic etiam Raimund. *contenti*, additur in concil. *ii* Sic etiam duo veteres Gregor. & pro *etiam*, unus Tarrac. & concil. *neceſſarie*, & *legitime exhibenda*, concil. in marg. vox *etiam* non eſt Contiano, & aliis editis.

*kk* Sic in concil. *talem religionem*, vetus Tarracon. *tenuem religionem vocantes*, Gregor. IX.

*ll* *Quæ in talibus hæſitat*, concil. & Raim. & duo Tarrac. *mm* Hæc vox in vet. Tarracon. ſolo non eſt.

*nn* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil. addita voce *etiam* poſt verbum *Unde*.

*oo* *Trepidaverunt timore* &c. concil. & Complut. pſalm. 13. Græcis, aliis 14. additur autem vox *illic* in pſalmo Τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο, ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβον, οὗ οὐκ ἦ φόβος. LXX. *Dominum non invocaverunt*; *illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Vulg. editio: *Qui devorant populum meum, ut cibum panis, dominum non invocaverunt: ibi timebunt formidine, quoniam Deus in generatione juſta eſt*, Hieronym. Eadem fere verba ſunt pſalm. 52. Græcis 53. aliis. Τὸν κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. ἐκεῖ ἐφοβήθησαν φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος. *Dominum non invocaverunt*; *illic trepidaverunt timore, ubi non fuit timor.* Vulg. editio: *Qui comedunt populum meum, ut cibum panis, Deum non invocaverunt, ibi timuerunt timore, ubi non erat timor*, Hieronym.

*pp* Sic etiam concil. *itaque* pro *autem*, Raim. qui multa omittit, & Contius nihil addit.

*qq* *Dilectus filius noſter Petrus*, concil. *filius* pro *f.* vetus Tarr. *dilectus P.* alii duo Tarrac. & Barcin. aliis omiſſis: *quod P.* Raimund. & Cont. *rr* Scribe *ſancti*, ut eſt in tribus Tarracon. & in concil. in quibus concil. vox *tituli*, deſideratur. *ſſ* Sic in concil. *in Damaſco*, Barcin. & duo Tarrac. mendoſe: fuit autem nomen cujuſdam Pontificis *Damaſus*, qui a B. Hieronymo valde laudatur. *tt* Sic in concil. ſed in marg. prioris edit. *Euſtathii*, non male. *Euſtaſii*, in vet. Tarracon. *Euſtochii*, Barcin. non recte.

*uu* Sic etiam duo Gregor. & *ut tibi pallium*, concil. vox &, non eſt in uno Tarrac. neque apud Cont. & alios. *xx* Sic in concil. *traderet*, Raim. non male. *yy* *Albanus* pro *Alanus*, concil. & duo Tarracon. *I.* ter-

neceſſitatem eidem Cardinali equum unum (*a*) te penitus (*b*) ignorante tranſmiſit, quoniam per (*c*) mare veniens, nullas, aut paucas ſecum adduxerat equitaturas, te nullo modo timere oportet, cum in accipiendis, vel dandis muneribus tria ſunt (*d*) maxime attendenda, perſonæ ſcilicet dantis, & recipientis (*e*), & muneris quantitas, qualitas perſonarum, & donationis tempus, ut a quo, & cui, videlicet an a paupere diviti, vel e contrario (*f*), ſive a divite locupleti datum fuerit, ſollicite conſideremus (*g*), æſtimationem muneris, & donationis tempus attendimus (*h*), magni, vel (*i*) minoris pretii (*k*) res data exiſtat, & an inſtante neceſſitate, ſeu alio tempore conferatur, diligentius inſpiciamus [*l*], quibus ſiquidem ſtudioſius inquiſitis (*m*), in præſcripta quæſtione tua [*n*] nil reprehenſione (*o*) dignum invenimus, quod ſollicitudini tuæ in ſequentibus manifeſtius apparebit. Si enim [*p*] prædictorum Cardinalis, & fratris tui perſonarum qualitatem [*q*] certa conſideratione (*r*) penſamus [*s*], non fuit (*t*) magnum ab eodem fratre tuo Cardinali equum unum tranſmitti, quem etiam joculatori non petenti (*u*) vir tantus, & tam abundans donaret (*x*). Verum, ſi temporis neceſſitatem [*y*] perpendimus, non alia intentione hoc (*z*) conſtat factum fuiſſe, quam ut Cardinali in tali articulo ſubveniretur (*aa*). Quare ſuper hoc (*bb*) in conſcientia tua nullius umquam debet (*cc*) ſcrupulus dubitationis emergere, cum res data modici pretii, quantum ad perſonam dantis, vel accipientis (*dd*) extiterit, nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit [*ee*], quod tibi poſſit, vel debeat quamlibet, vel in modico (*ff*) læſionem inferre, & ſi ante electionis examinationem, & pallii receptionem [*gg*], & te nolente (*hh*), & penitus ignorante ſit factum, equus neceſſitate inſtante [*ii*] tranſmiſſus fuerit, & collatus, nec etiam res tanti pretii reputetur (*kk*), quæ accipientis animum multum movere debeat (*ll*), aut ab honeſtatis propoſito ad aliud declinare (*mm*). Quod autem ſcriptum eſt: *beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere* [*nn*], de illis donis (*oo*) dictum eſt, quæ accipientis animum allicere, vel intervertere ſolent (*pp*), quoniam ſi ipſa etiam [*qq*] per-

tertius Tarracon. *& frater tuus*, Raimund. & Contius aliis omiſſis.

*a* Sic in concil. *ei equum*, vetus Gregor. *unum*, addit alter vetus, & alii editi.

*b* Vox *penitus*, non eſt in Gregor. eſt in concil. *c Quia per*, unus Tarrac. tantum.

*d* Sic multi Gregor. *tria ſint*, concil. & vetus Gregor. & vetus Tarracon.

*e* Hæc non recte edita ſunt, ut erant in uno Tarrac. & in Barcinon. ſed in concil. & in Gregor. & in aliis tribus Tarracon. aptius ſcripta ſunt: *& recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis: qualitatem perſonarum, ut a quo* &c. ſic in concil. *accipientis* pro *recipientis*, eſt in uno Tarracon. *donationis tempus*, eſt in tribus Tarrac. & *qualitas* pro *qualitatem*. *Accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus, qualitas perſonarum, ut a quo* &c. ſic vetus Gregor. & Cont. *& quantitas*, alter vetus.

*f* Sic vetus Gregor. *vel e contra*, unus Tarrac. *vel e converſo*, alter vetus Gregor. & alii editi libri: *an e converſo*, concil. *g* Hæc ſunt in concil. omiſſa ſunt a Raimund. & Contio.

*h* Sic etiam concil. *æſtimatio* &c. Raim. omiſſo verbo *attendimus*; ſunt alia in Contiano, & quibuſdam editis mendoſa. *i Si*, ante hæc verba addunt tres Tarracon. & Barcin. & concil. & Raimund.

*k* Vox *pretii*, in veteri Tarracon. olim non erat. *l* Omittunt hic etiam quædam Raimund. & Cont. quæ exſtant in concil. *diligentius etiam inſpiciamus*, vetus Tarracon.

*m Inſpectis*, concil. altera voce omiſſa. *n* Vox *tua*, in vet. Tarrac. deſideratur: eſt in concil.

*o Nil reprehenſibile*, duo Tarracon. quod non æque placet: *nihil reprehenſibilitate*, concil. quod minime probo ferendum tamen eſt, ſic enim tunc loquebantur. *p* Sic in concil. *Si ergo*, Raimund.

*q Perſonam, & qualitatem*, Raim. non optime. *r Recta* pro *certa*, Barcin. & tres Tarrac. & concil. omittunt hæc Raim. & Contius. *s* Sic in concil. & in Gregor. *penſemus*, duo Tarrac.

*t Non videtur*, Barcin. ſolus. *u Non*, in veteri Gregor. omittitur. Ex Vincentii Hiſpani ſcholio retinenda ea vox eſt, qui & Senecæ verbis utitur, & carmen adfert non ineptum; *Gratius eſt donum, quod venit ante preces.* *x* Sic in concil. *daret*, vetus Tarracon. *forte donaret*, Raimund. *y* Sic Raim. & concil. *ipſius* pro *temporis*, vetus Tarracon. *qualitatem* pro *neceſſitatem*, alter Tarracon.

*z* Sic etiam duo veteres Gregor. *ratione hoc*, concil. vox *hoc* non eſt in Contiano, & aliis editis.

*aa In tali ſubveniretur articulo*, concil. *in articulo ſuæ neceſſitatis ſubveniret*, vetus Tarrac. *ſubveniretur in articulo prænotato*, Raim. *bb* Hæc recte Contius addit prætermiſſa olim a Raim. ſunt autem in conc. *propter* pro *ſuper*, eſt in Contiano. *cc Nullus* pro *nullius*, tres Tarrac. & Cont. *nullus debet umquam*, concil.

*dd* Sic etiam Cont. *&* pro *vel*, duo Tarrac. & concil. *donantis* olim pro *dantis*, unus Tarrac.

*ee* Sic etiam concil. & Cont. *habuit*, tres Tarracon. *ff* Sic in concil. *vel modicam*, vetus Tarrac. *quantamlibet vel etiam in modico*, Ant. Cont. *gg* Sic in concil. & in Contiano, *& ſi ante* pro *&*, unus Tarr. omittit omnia Barcinon. *hh* Sic etiam Cont. *Cum te nolente*, concil. non male.

*ii Cum*, additur ante hæc verba in vet. Tarrac. & in aliis duobus, ſed in altero ut editum eſt olim fuit: *quod*, additur in Barcin. *ut*, in concil. in quibus vox *inſtante* omiſſa eſt, *& equus in neceſſitate*, Cont. voce *inſtante*, omiſſa. *kk* Sic in concil. *reputatur*, vet. Tarrac. vox *pretii* in Contiano deſideratur, quod non reprehendo. *ll* Sic etiam Contius: *deberet*, concil. *mm Declinare*, concil. aliis omiſſis: *alium* pro *aliud*, Tarrac. duo; *quia*, addit Contius non ſine mendo. *nn* Eſaiæ cap. 33. referuntur eadem verba a B. Gregorio homilia 4. in verbis relatis a Burch. lib. 1. cap. 113. & Ivone lib. 3. tit. 9. cap. 5. Panorm. & parte 5. cap. 86. decreti, & Anſelm. lib. 6. cap. 75. & Grat. 1. q. 1. cap. 14. Prophetæ verba hæc ſunt: *Qui ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem; qui proiicit avaritiam, & calumniam, & excutit manus ſuas ab omni munere*: & poſt alia: *Iſte in excelſis habitabit*, Complut. Lat. Πορευόμενος ἐν δικαιοσύνῃ. λαλῶν εὐθεῖαν ὁδὸν, μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, καὶ τὰς χεῖρας ἀποσειόμενος ἀπὸ δώρον. & poſtea: οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς. LXX. *Ambulans in juſtitia, loquens rectam viam, qui odit iniquitatem, & injuſtitiam, & manus excutiens a muneribus*, & poſtea: *hic habitabit in excelſa ſpelunca petræ fortis*, Complut.

*oo Vel de illis bonis*, Barcin. mendoſe. *pp Et invertere*, concil. *vel invertere*, unus Tarrac. & vet. Gregor. *vertere* pro *intervertere*, vetus Tarrac. *mutare*, Barcin. *illicere, vel pervertere ſolent*, tertius Tarracon. *alidere, vel invertere ſolent*, alter vetus Gregor. *pervertere* pro *intervertere*, Cont. & alii, cetera ut edidimus.

*qq* Sic in concil. & in Gregor. vox *etiam* non eſt in duobus Tarrac. *forte & ſi* pro *ſi*, in margine concil.

perſona electi ordinatori, vel conſecratori (*a*) ſuo electuarium, medicinas, aut de optimo vino (*b*), ſive de aliis hujuſmodi, quæ modici pretii fuerint, & quæ (*c*) voluntatem recipientis inclinare vel movere non debeant, offerat, non tamen eccleſia Romana [*d*] accipientem, vel dantem in his delinquere, interpretari conſuevit.

## CAPUT XXI.

*Lucius III.* [*e*]

c. 13. eod. MAtthæus (*f*) Cardinalis ſecreta (*g*) nobis inſinuatione monſtravit, quod cum fuiſſes ad eccleſiæ tuæ regimen de voluntate majoris partis [*h*] fratrum electus, quia paucis [*i*] contradicentibus non valebas debita pace gaudere, quidam amicus tuus de conſcientia tua, & voluntate perturbata (*k*), ei, qui magiſter diſcordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exſolvit, & ſic, quam prius ſuſtinebas (*l*), contradictio conquievit (*m*); nunc autem dubitas, quod non ſis a labe (*n*) ſimoniæ prorſus immunis, donec in adminiſtratione volueris remanere. Quia igitur per jam dictum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis (*o*) conſilium quæſiviſti (*p*), tibi ſignificatione præſentium mandamus [*q*], quod multum tibi conſulis, ſi adminiſtrationem prædictam (*r*) celeriter, ac ſponte dimittis (*s*), illius verbi evangelici (*t*) memor exiſtens: *Nihil prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur* [*u*], *animæ vero ſuæ detrimentum patiatur* (*x*).

## TITULUS III.

## DE PRÆLATIS, NE VICES SUAS [*y*], VEL ECCLESIAS ALIIS SUB ANNUO PRETIO CONCEDANT.

## CAPUT I.

*Alex. III. in conc. Lat.* (*z*) *pars c. Cum ix officiis* (*aa*).

PRæterea, quoniam quidam (*bb*) in quibuſdam partibus ſub prætio iſta tuuntur (*cc*), Ne præl. cap. 1. qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Epiſcopalem juriſdictionem exercent: præſenti decreto ſtatuimus, ut qui id de cetero [*dd*] præſumpſerit, officio ſuo privetur, & Epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittat.

## CAPUT II.

*Idem in concilio Turon.* (*ee*)

QUoniam in quibuſdam (*ff*) partibus (*gg*) cap. 2. eod. De-

*a Offerat*, addit Raimund. ante hæc verba: vocem *vel* concil. &, unus Tarracon. *vel etiam conſecratori*, eſt in altero Tarrac. *b* Sic in concil. *aut de vino*, duo veteres Gregor. aliis omiſſis, *vel* pro *aut*, Contius, & alii: *vel medicinam*, vetus Tarracon. *c* Sic etiam concil. & duo veteres Greg. *fuerunt*, *ex quo*, Cont. & alii, non recte. *d Nec* pro *non*, Barcin. mutatur verborum ordo in conciliis, & in Gregor. pleniuſque in concil. eſt: *non tamen Romana eccleſia dantem, vel accipientem delinquere interpretari conſuevit, niſi iſta intervenirent ex pacto*, concil. *non tamen eccleſia Rom. interpretari conſaevit accipientem in his delinquere, vel donantem*, Raimund. Poſt verba ſupraſcripta eſt in concil. alterius quæſtionis reſponſum multis mendis plenum, quamobrem totidem verbis id referre noluimus: agitur autem de fratre Archiepiſcopi, qui ſecuritatem quandam promiſerat regi pro priori eccleſia, num id noceat ipſi Archiepiſcopo. Adferuntur quædam relata apud Grat. 1. q. 5. cap. 1. 2. & 3. ſi puer ad eccleſiam a parentibus pecunia interveniente offeratur, ad tempus ab eadem eccleſia removendum, ſed poſtea etiam ad eandem aſſumi poſſe. Initium verborum eſt: *De cetero licet ſicut tuæ litteræ continebant* &c. *e* Sic etiam Raimund. & Cont. *Turonenſi Arch.* additur in concil. parte 40. cap. 4. titulo de electionibus in priori editione. *Archiepiſcopo*, in Suriana editione. Hoc autem eſt cap. 22. in veteri Tarrac.

*f* Sic etiam Raimund. *Presbyter*, concil. ego utramque vocem conjungendo ſcribo: *Matthæus presbyter.*

*g* Sic Raimund. *ſua*, concil. *h* Sic etiam Raimund. *majoris*, & *ſanioris*, concil. plenius: *alias ſanctioris*, quod non placet, quæ varietas in Suriana editione omiſſa eſt.

*i* Omittunt quædam Raim. & Cont. quæ ſunt in concil. *paucis tibi contradicentibus*, Gregor. IX.

*k Tamen*, additur in Barcinon. & in tribus Tarracon. & in concil. non eſt in Gregor. in quibus *turbata*, ſcriptum eſt. *l* Hæc ſunt in concil. non ſunt in Gregor. *m* Sic Raimund. *quievit*, concil.

*n* Hæc in concil. non ſunt, habet Raimund. *o* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *ab Apoſtolica ſede*, pro *Apoſt. ſedis*, Barcinon. *p* Sic in concil. & in duobus veteribus Gregor. *requiſiſti*, Cont. & alii, in quibus additur ex aliquo ſcholio, *quid tibi ſit faciendum*: quæ verba in veteribus non ſunt.

*q Reſpondemus* pro *mandamus*, duo Tarracon. *præſentium tibi ſignificatione monſtramus*, concil. *reſpondemus*, Raimund. & Contius aliis omiſſis. *r* Vox *prædictam* eſt in concil. non eſt in Gregor.

*s* Sic in concil. *dimittas*, Raimund. *t Evangelici verbi*, concil. voce *illius* omiſſa: *illius verbi*, Raimund. tertia voce prætermiſſa. *u Nil* pro *Nihil*, conc. & duo veteres Gregor. *Nihil*, Cont. & alii. *Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur?* Matthæi cap. 16. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ; *Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundum totum?* Marci cap. 8. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, *Quid enim proficit homo, ſi lucretur univerſum mundum?* Lucæ cap. 9. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον; In quibuſdam libris eſt apud Matth. ὠφεληθήσεται. & apud Marcum: ὠφελήσει ἄνθρωπος. *x* Sic Matth. Τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; *& detrimentum animæ ſuæ faciat?* Marcus: καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ; *ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat?* Lucas: Ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς.

*y Ne prælati vices ſuas, vel eccleſias aliis ſub annuo pretio concedant*, duo Tarrac. *omittant aliis ſub annuo pretio*, tertius Tarracon. cetera, ut alii duo: *Ne prælati vices ſuas, vel eccleſias ſub annuo cenſu committant. Concedant* pro *committant*, multi Gregor. & Cont. cetera, ut Barcin. *alii concedant*, vetus Gregor.

*z Concilio Lateranenſi*, vetus Tarrac. aptius, & duo veteres Gregor. *III.* in Contiano, & aliis quibuſdam deſideratur. *Alex. III.* Barcinon. aliis omiſſis: addendum autem eſt, *cap.* 15. ex conciliis.

*aa P. c.* CUM. Cont. omiſit Raim. omnia. Integram clauſulam habes ſub titulo de teſtamentis, & in conciliis.

*bb Quidem*, vetus Gregor. ſolus: vox *quidam*, in veteri Tarrac. tantum non eſt.

*cc Conſtituuntur*, Barcinon. ſolus. *dd* Sic vetus Gregor. *qui de cetero id*, concil. vox *id* non eſt in altero Gregor. *qui de cetero hoc*, Cont. & alii. *ee* Sic etiam Raim. & Cont. deſiderant omnia in concil. d. parte 2. cap. 1. titulo de ſimonia &c. neve prælati vices ſuas ad cauſas terminandas, vel regimen eccleſiarum ſub annuo pretio committant, *Idem Winton. Epiſcopo*, *pars cap.* NUNTIUS. vetus Tarrac. mendoſe: eſt enim ea inſcriptio capitis 2. tit. 4. ego editis addo *cap.* 7. ex veteri Pontificali, ſive *cap.* 3. ex hiſtoria Anglica Gull. Neubrigen. erratum autem eſt in ordine horum capitum, ut dicemus cap. 3. *ff* Sic etiam conc. & Raim. *Quia* pro *Quoniam*, Pontif. & Gull. *gg* Sic etiam in concil. & in Gregor. *Epiſcopatibus*, Pontif. & Gull.

UNED

Decani quidam (*a*), vel Archipresbyteri (*b*) ad agendas vices Epiſcoporum, ſeu Archidiaconorum (*c*), & terminandas cauſas eccleſiaſticas ſub annuo pretio ſtatuuntur (*d*), quod ad ſacerdotum gravamen, & ad ſubverſionem (*e*) judiciorum non eſt dubium redundare; id ulterius fieri prohibemus (*f*): quod ſi quis de cetero fecerit (*g*), noſtra auctoritate [*h*] removeatur a clero, Epiſcopus autem [*i*], qui in ſua diœceſi (*k*) hoc ſuſtinuerit, & eccleſiaſtica judicia (*l*) ſua patitur diſſimulatione (*m*) perverti, canonica diſtrictione percellatur [*n*].

### CAPUT III.

*Idem in Turon. conc. reſidens ait* (*o*).

cap. 3. e. QUoniam enormis quædam conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorum patrum inſtitutiones (*p*) invaluit (*q*), ut ſub annuo pretio ſacerdotes ad eccleſiarum regimen ſtatuantur; ne id fiat, modis omnibus prohibemus; quia dum ſacerdotium ſub hujuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

### CAPUT IV.

*Idem Exon. Epiſcopo* (*r*).

cap. 4. e. QUerelam magiſtri W. (*s*) recepimus, quod cum eccleſia (*t*) de Fereleja [*u*] a G. (*x*) perſona ejuſdem eccleſiæ [*y*] ad annuum cenſum per ſeptennium tenendam ſuſcepiſſet, ipſe ſibi [*z*], ante quam eam (*aa*) per ſpatium unius anni tenuiſſet, auferre præſumpſit (*bb*), quamquam idem G. (*cc*) præſtita fide (*dd*) firmaverit, quod uſque (*ee*) ad conſtitutum terminum (*ff*) nullam exinde moleſtiam, vel gravamen ei inferret: ideo tibi per A. s. pr. m. qua. *gg*) ſi tibi conſtiterit ita eſſe, ap. re. (*hh*) diſtricte compellas, ut præfatam eccleſiam præfato V. [*ii*] reſtituat, & uſque ad terminum conſtitutum inter eos, ſecundum quod inter ſe convenerunt [*kk*], eandem (*ll*) permittat pacifice poſſidere.

## TITULUS IV.
## DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR PRO LICENTIA DOCENDI (*mm*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Lateran.* (*nn*)

QUoniam in eccleſia Dei (*oo*), & in iis, quæ ſpectant ad ſubſidium corporis, & in iis, quæ ad profectum proveniunt (*pp*) animarum, indigentibus ſicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus (*qq*) juvari non poſſunt, legendi, & proficiendi opportunitas (*rr* ſubtrahatur; per unamque cathedralem eccleſiam magiſtro, qui clericos ejuſdem eccleſiæ, & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur (*ſſ*), quo docentis (*tt*) neceſſitas ſublevetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque reſtituatur (*uu*) eccleſiis, ſeu monaſteriis (*xx*), ſi retro actis temporibus aliquid in eis ex hoc fuerit (*yy*) deputatum; pro licentia vero docendi, nullus omnino (*zz*) pretium De mag. cap. 1.

exi-

*a* Vox *quidam* non eſt in Pontif. habent ceteri libri. *b Et* pro *vel* Barcin. ſolus.
*c* Sic Pontif. & Raim. *vel* pro *ſeu* Gull. *ſeu Archiepiſcoporum*, concil. quod non æque placet.
*d Conſtituuntur*, Pontif. tantum. *e* Sic in concil. vox *ad* non eſt in Gregor. neque apud Gull. *& ſubverſiones*, Pontif. *f* Sic in concil. & in Gregor. *diſtrictius prohibemus*, Pontif. & Gull.
*g* Sic Raimund. & concil. *ſi fecerit*, Pontif. aliis omiſſis: *qui fecerit*, Gull.
*h* His carent Pontif. & Gull. & Raimund. & Cont. exſtant in concil.
*i* Sic multi Greg. *vero*, vetus Gregor. *quoque*, Pontif. & Gull. *k* Hæc omittunt Raim. & Cont. habent ceteri. *l* Sic Pontif. & Gull. & concil. & duo veteres Gregor. *& eccleſiaſticam juriſdictionem*, Cont. & alii.
*m* Sic omnes præter concil. in quibus eſt: *patiatur diſſimulatione ſua.*
*n* Sic in concil. & in Gregor. *plectatur*, Pontif. & Gull. *o Turonenſi* pro *Turon.* concil. d. parte 2. cap. 2. *Idem*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis: hoc eſt *cap.* 5. dicti concilii in Pontif. caput 1. apud Gullielm. Neubrigen. quod cum hac inſcriptione facit: ſed ordo horum trium capitum mutari debuit: nam concilium Turonenſe antiquius fuit concilio Lateranenſi, & hoc caput prius fuit capite ſecundo: eodem modo erratum eſt in Gregor. & in conciliis. *p* Sic Gull. & Raimund. *conſtitutiones*, Pontif. *inſtitutionem*, concil.
*q Innotuit*, vetus Tarracon. olim. *r* Sic etiam duo veteres Gregor. *Exonienſi Epiſcopo*, concil. parte 28. cap. 1. titulo de pactionibus licitis, & illicitis in rebus eccleſiaſticis, *Exonen. Epiſcopo*, Cont. & alii non recte.
*s* Sic etiam duo veteres Gregor. *Vu.* concil. *Gu.* Contius, & alii.
*t* Scribe *cum eccleſiam*, ut eſt in concil. & in uno Tarracon. & apud Raimund.
*u Ferleja*, concil. *Cepelaja*, vetus Gregor. *Cepelai*, alter vetus. *Fereleri*, unus Tarracon. *Chephalai*, Contius, & alii. *x* Sic in concil. & in Gregor. *ab Aug.* vetus Tarrac. *y* Vox *eccleſiæ*, non eſt in Greg. eſt in conc.
*z* Sic in concil. vox *ſibi* a Raimund. eſt omiſſa. *aa* Sic Raimund. *eam antequam*, concil.
*bb* Sic Raimund. *præſumpſerit*, concil. & tres Tarracon. *cc* Hæc omittunt Raim. & Cont. ſunt in concil.
*dd* Sic Raimund. *præſtita ſibi fide*, concil. *ee Quod inde*, unus Tarracon. ſolus.
*ff Terminum conſtitutum*, concil. *ſtatutum terminum*, Raimund. *gg Ideoque* pro *ideo*, unus Tarracon. *pr.* non eſt in concil. *Ideoque mand. quat.* multi Gregor. vox *ideoque* in uno veteri deſideratur.
*hh Appellatione remota*, concil. vox *tibi* non eſt in Gregor. neque *ap. re.* pro quibus eſt vox *eum* addita. Omnia in Barcin. deſiderantur. *ii W.* tres Tarr. *prædicto Vu.* concil. *dicto W.* duo veteres Tarrac. *dicto Guil.* Contius. *Gu.* alii. *kk Convenerint*, Tarracon. vetus: *convenit*, duo veteres Gregor. *inter eos convenit*, concil. ut in Tarracon. veteri Contius, & alii. *ll* Sic in concil. *ipſum eandem*, Raimund.
*mm* Sic etiam multi Gregor. vox *&* non eſt in uno veteri Gregor. neque in uno Tarracon. *ſcientia* pro *licentia*, idem Tarrac. non optime. *nn* Sic etiam Raimund. adde *cap.* 18. ex conciliis. *Lateranen.* unus Tarracon. & Cont. *oo* Vox *in* recte omiſſa eſt in concil. & in Gregor. & in duobus Tarrac. multa omittunt Raim. & Cont. *pp Veniunt*, concil. *qq Parentibus*, vetus Tarr. ſolus, quod nondum probavi.
*rr* Inepte in Barcin. *proficiſcendi.* Hæc, & alia hujus capitis verba refert Innocent. 3. in concilio generali conſtitutione 11. quæ eſt in 4. collect. & in Gregor. ſub eod. tit. *ſſ* Sic Raim. & Innoc. *aſſignetur*, concil. *tribuatur*, Barcin. *tt* Hæc recte addit Cont. a Raim. prætermiſſa; quæ ſunt in concil. & apud Innocent. *uu Inſtituatur*, unus Tarr. ſolus. *xx Sive* pro *ſeu*, concil. *ſeu magiſteriis*, Cont. quod nondum placuit. *yy Fuit*, unus Tarr. *fuerit*, Cont. aliis omiſſis; *ad hoc fuerit*, concil. aptius.
*zz* Vox *omnino* in Gregor. non eſt: eſt in concil.

UNED

exigat, vel ſub obtentu (*a*) alicujus conſuetudinis, ab eis, qui docent (*b*), aliquid quærat, nec docere quemquam (*c*), qui ſit idoneus, expetita licentia (*d*) interdicat: qui vero contra hoc venire præſumpſerit, ab eccleſiaſtico fiat (*e*) beneficio alienus: dignum quippe eſſe videtur (*f*), ut in eccleſia Dei fructum (*g*) ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit (*h*) docendi licentiam, eccleſiaſticum profectum nititur impedire.

## CAPUT II.

***Alexander III. Winton. Epiſcopo*** (*i*), ***pars c. Nuntios*** (*k*).

c. 2. eod. PRohibeas attentius de cetero, ne (*l*) in parochia tua pro licentia docendi ab aliquo aliquid exigatur (*m*), aut etiam (*n*) promittatur. Si quid vero poſt prohibitionem tuam (*o*) fuerit ſolutum, vel promiſſum, promiſſum remitti (*p*), ſolutum facias ap. ceſ. reſtitui (*q*), ſciens quod ſcriptum eſt, gratis accepiſtis, gratis date (*r*). Sane ſi aliquis (*s*) occaſione hujus prohibitionis (*t*) diſtulerit magiſtros (*u*) in locis congruis inſtituere (*x*), liceat tibi de conceſſione noſtra omni contradictione, & (*y*) ap. poſtpoſita (*z*), ibidem viros providos, & diſcretos aliorum inſtructioni præficere (*aa*).

## CAPUT III.

*Idem.*

QUanto Gallicana eccleſia majorum (*bb*) perſonarum ſcientia, & honeſtate præfulget (*cc*), & eo (*dd*) cautius nititur curare (*ee*), quæ confundere videantur [*ff*] eccleſiaſticam honeſtatem, tanto vehementiori dignos animadverſione eos cenſemus (*gg*), qui nomen magiſtri ſcholarum (*hh*), & dignitatem aſſumunt in eccleſiis veſtris, & ſine certo pretio (*ii*) eccleſiaſticis viris docendi alios licentiam non impediunt (*kk*). Cum autem hæc prava, & enormis (*ll*) conſuetudo, a cupiditatis radice proceſſit (*mm*), & decorem admodum eccleſiaſticæ unitatis confundat (*nn*); providendum vobis eſt (*oo*), & ſummopere ſatagendum, ut conſuetudo ipſa (*pp*) de eccleſiis veſtris extirpetur, cum vobis (*qq*) præcipue, & ſpecialiter adſcribatur, ſi quid in eccleſiis eiſdem (*rr*) laude dignum inveniatur, vel reprehenſione notandum: ſub anathematis ergo (*ſſ*) interminatione curetis (*tt*), ne qui dignitatem (*uu*), ſi dignitas dici poteſt, fingentes [*xx*] pro præſtanda licentia docendi alios, ab aliquo amodo (*yy*) exigere aliquid præſumant; ſed eis diſtricte præcipiatis (*zz*), ut quicumque viri idonei, & litterati volunt regere (*aaa*) ſtudia litterarum, eos ſine (*bbb*) moleſtia, & exactione quali- c. 3. eod.

*a Et ne amplius ſub optentu*, vetus Tarrac. ſolus. *b* Sic vetus Gregor. *bis* pro *eis*, concil. *docentur* pro *docent*, alter vetus Gregor. & Barcin. *ab eis quos docet*, Cont. & alii. *c* Sic Raim. *quempiam*, concil.

*d Petita* pro *expetita*, duo veteres Tarr. *expetita licentia*, *qui ſit idoneus*, concil. *petita licentia illis*, Cont. & alii editi. *e Sit*, vetus Gregor. ſolus. *f Quidem* pro *quippe*, concil. verbum *eſſe*, omittunt Raimund. & Contius. *g* Sic in concil. *fructum*, duo veteres Gregor. altera voce omiſſa: *fructus*, Cont. & alii.

*h* Sic Raim. *divendens*, concil. *i Witon.* vetus Tarracon. & vetus Gregor. *Wingon*, alter vetus Gregor. *Vintonien.* Cont. & alii aptius. *Lunden.* concil. d. parte 2. cap. 17. tit. de ſimonia, & ne merces pro eccleſiæ conſecratione recipiatur &c. vel pro licentia docendi. *k* Sic etiam Cont. hæc omittunt Raim. & concilia: exſtat integra clauſula cap. 3. de decimis hujus collect. *Winton. Epiſcopo* inſcripto, & in concil. parte 4. cap. 3. *l* Sic in concil. *ne de cetero*, vetus Tarracon. *Prohibeas*, *ne*, Raimund. & Cont. aliis omiſſis.

*m Aliquid ab aliquibus exigatur*, vetus Tarracon. *alios aliquid exigatur*, concil. *exigatur aliquid*, Raimund. aliis omiſſis. *n* Vox *etiam*, in uno Tarracon. ſolum omittitur. *o* Sic etiam concil. *poſtea*, Raim. & Cont. ceteris neglectis. *p* Sic in concil. *remitti* pro *miſſum facias*, Raimund.

*q Solutum reddi facias appellatione ceſſante*, concil. Ante verba edita & additur in vet. Tarracon. *& reſtitui ap. ceſ. ſolutum*, multi Gregor. *&*, deſideratur in veteri Gregor.

*r* Sic Matthæi cap. 10. & Raim. *Qui gratis* &c. concil. vide, quæ diximus cap. 8. de ſimonia.

*s* Sic in concil. *ſiquis*, eſt in vet. Tarracon. & in Gregor. *t* Hæc omittunt Raimund. & Contius, ſunt in concil. *u Congruos*, additur in concil. tantum. *x Conſtituere*, vetus Gregor. ſolus.

*y* Hæc etiam Raimund. & Cont. omittunt; ſint licet in concil. *z Appellatione ceſſante*, concil. ut editum eſt, Raimund. *aa* Sic etiam in concil. *providere*, Barcinon. pro *præficere*. *Ibi aliorum inſtructioni præficere viros providos*, *& diſcretos*, vet. Gregor. *aliquorum* pro *aliorum*, alter vetus: *providos*, *honeſtos*, *& diſcretos*, Contius, & alii. *bb* Recte Contius addit omiſſa prius a Raim. quæ ſunt etiam in concil. d. parte 2. cap. 18. *Quanta* pro *Quanto*, vetus Tarracon. non optime. „ Hoc cap. fuit impetratum contra Cancellarium Pariſienſ. „ qui a quolibet docente marcham unam exigebat “, Vincent. *cc* Sic tam conc. quam Cont. *præfulgeat*, vet. Tarrac. *dd* Vox *&* omiſſa eſt a Cont. exſtat in concil. *ee* Sic in concil. *cavere*, Barcin. & Cont. *nitatur curare*, unus Tarracon. *ff* Sic in concil. & apud Cont. *videntur*, duo Tarracon.

*gg* Sic in concil. *eſſe*, additur in duobus Tarracon. ante vocem *eos*. *Dignos eſſe animadverſione cenſemus*, Raim.

*hh* Sic etiam concil. & veteres Gregor. *ſcholarium*, vetus Tarrac. & Cont. & alii: *magiſtrorum*, Barcinon.

*ii* Vox *certo* deſideratur in concil. eſt in Gregor. *ſine pretio certo*, duo Tarracon.

*kk* Scribendum eſt, *non impendunt*, ut eſt in uno Tarracon. & in concil. & in Gregor.

*ll* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *mm Proceſſerit*, Raimund. *ex cupiditatis radice proceſſerit*, concil. *nn Honeſtatis* pro *unitatis*, concil. & Barcin. & vetus Tarracon. & multi Gregor. *confundit*, alter Tarracon. *eccleſiaſticum confundat*, vetus Gregor. *oo Nobis* pro *vobis*, concil. & duo Tarracon. quod non æque probo. Multa omittunt Raimund. & Contius. *pp Iſta*, concil.

*qq Cum nobis*, concil. quod nondum prætuli. *rr Eis*, vetus Tarracon. *ipſis*, concil.

*ſſ* Sic in concil. ante hæc verba addit Raimund. *mandamus*, *quatenus conſuetudine ipſa de veſtris eccleſiis extirpata*; vox *ergo* non eſt in Gregor. *tt Prohibere curetis*, concil. *curetis prohibere*, vetus Tarracon. ſed olim, ut editum eſt; *inhibere curetis*, alter Tarracon. in quo etiam vox *curetis* antiquior altera eſt: *hoc inhibere curetis*, Raimund. *uu* Hæc etiam omittunt Raimund. & Cont. *dignitate*, concil. aptius.

*xx* Malo *fungentes*, ut eſt in concil. *yy Sub aliquo modo*, concil. quod non æque placet.

*zz* Sic in concil. *diſtricte præcipientes*, Raim. aliis omiſſis. *aaa Velint* pro *volunt*, vetus Tarracon. *voluerint*, duo alii Tarrac. & concil. & multi Gregor. *legere* pro *regere*, unus ex veteribus Gregor.

*bbb* Vox *eos*, neque in concil. eſt, neque in Gregor.

UNED

licumque [*a*] ſcholas regere patiantur (*b*): ſi vero noſtræ (*c*) prohibitionis, vel præcepti extiterint tranſgreſſores, eos noſtra auctoritate, & veſtra (*d*) officiis, & dignitatibus ſpolietis. Porro ſi juxta (*e*) mandatum noſtrorum (*f*) corrigere neglexeritis, negligentiam veſtram gravem habebimus (*g*), & moleſtam; & ad eam corrigendam manum extendere compellemur; ita quod ſi velint, in hujuſmodi (*h*) rapacitatis propoſito perſiſtere non valebunt.

## TITULUS V.
## DE JUDÆIS, ET SARACENIS, ET EORUM SERVIS (*i*).

### CAPUT I.

*Ex concilio Maticen.* (*k*)

De Judæis, cap. 1. PRæſenti concilio Deo auctore ſanctimus (*l*), ut nullum (*m*) Chriſtianum mancipium Judæo deinceps ſerviat (*n*), ſed datis (*o*) pro quolibet bono mancipio XII. ſolidis, ipſum mancipium quicumque Chriſtianorum, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſervitium licentiam habeat redimendi, & ſi Chriſtianus (*p*) fieri deſiderat, & non permittitur, ſimiliter faciat (*q*), quia nefas eſt (*r*), quem Chriſtus dominus redemit (*s*), blaſphemum Chriſti in vinculis tenere [*t*].

### CAPUT II.

*Ex geſtis Romanor. Pontificum* (*u*).

TEmpore Zachariæ natione Græci contigit (*x*) plures Venetorum (*y*), hanc Romam in urbem (*z*) adveniſſe negotiatores, & mercimonii nundinas propagantes, multitudinem mancipiorum virilis: s. & fœminei (*aa*) generis emere viſi ſunt (*bb*), quos in Africam ad paganam gentem nitebantur deducere; quo cognito idem ſanctiſſimus Pater fieri prohibuit, hoc judicans (*cc*), quod juſtum non eſſet (*dd*), ut Chriſti abluti baptiſmo, paganis gentibus deſervirent (*ee*), datoque eiſdem Venetis (*ff*) pretio, quod in eorum emptionibus (*gg*) dediſſe probati ſunt, cunctos a jugo ſervitutis redemit, atque more liberorum degendos abſolvit (*hh*). Non ponit.

### CAPUT III.

*Gregorius Venantio Epiſcopo Lunenſi* [*ii*].

MUltorum ad nos &c. & infra (*kk*). Nulli Judæo liceat Chriſtianum mancipium cap. 2. eod. in

*a* Sic in concil. *quacumque*, vetus Tarracon. *quilibet*, vetus Gregor. *qualibet*, alter vetus, & Cont. & alii.
*b* Sic in concil. *permittatur*, vetus Gregor. *permittantur*, alter vetus, & Cont. & alii.
*c* Sic in concil. prioris edit. *veſtræ*, duo Tarrac. & concil. Surianæ edit. *ſiqui vero hujuſmodi*, Raim.
*d* Hæc omittunt Raimund. & Cont. ſunt in concil. *e* Quæ ſequuntur, ab eiſdem ſunt omiſſa, leguntur in concil. *f* Scribe *noſtrum*, ut eſt in duobus Tarracon. & in Barcin. & in conciliis.
*g* Mendoſe in concil. eſt, *habemus*. *h* *Si voluerint in hujuſcemodi*, concil. Surianæ editionis: *hujuſmodi*, erat in priori editione. *i* Tria ultima verba deſiderantur in uno Tarrac. & in uno veteri Gregor. habet alter vetus, & Contius, & alii. *k* *Maticenſi*, duo Tarracon. *Maguntino*, vetus Gregor. *Math.* eſt in altero veteri. *Macien.* habent Cont. & alii: ſed Contius in marg. ſcribit, *Matiſconen. primo cap.* 26. mendoſe ſcribe, *Matiſconenſi cap.* 16. ex conciliis. *l* Ante hæc verba addi potuit: *pars cap.* ET LICET. Integram clauſulam ex concil. infra ſcripſimus: *Et licet quod de Chriſtianis, qui aut captivitatis incurſu, aut quibuſcumque fraudibus Judæorum ſervitio implicantur, debeat obſervari; non ſolum canonicis, ſed & legum beneficio jampridem fuerit conſtitutum: tamen quia nunc ita quorumdam querella exorta eſt quoſdam Judæos per civitates aut municipia conſiſtentes, in tantam inſolentiam, & proterviam prorupiſſe; ut nec reclamantibus Chriſtianis liceat, vel pretio de eorum poſſe ſervitute abſolvi: idcirco præſenti* &c. *Canonibus* pro *canonicis*, eſt in marg. ut docti viri conjectura, quam probo; ſcribi etiam potuit, *beneficiis* pro *beneficio*: illæ duæ voces, *Deo auctore*, a Raim. & Contio ſunt omiſſæ.
*m* Sic etiam Raimund. *quod qui Judæo deinceps debeat deſervire*, concil. prioris edit. *ut nullus Chriſtianus Judæo* &c. Suriana conciliorum editio. *n* *Serviat deinceps*, vet. Tarracon. vox *deinceps*, non eſt in Gregor.
*o* Sic etiam Raimund. vox *ſed* non eſt in concil. prioris edit. eſt in Suriana: *ipſum mancipium quicumque* (*Chriſtianorum*) *Chriſtianus*, concil. vox *mancipium* non eſt in Gregor.
*p* Hæc in concil. non ſunt, habet Raim. *q* *Fiat*, vetus Tarracon. *idem fiat*, Raimund.
*r* *Quod* pro *quia*, vetus Gregor. ſolus. *s* Vox *dominus*, non eſt in Gregor. *quod* pro *quem*, duo Tarrac. *ut quos Chriſtus dominus ſanguinis ſui effuſione redemit*, concil. plenius. *t* *Blaſphemia* pro *blaſphemum*, Barcin. *blaſphemum Chriſti in ſervitutis vinculis detinere*, Raim. *perſecutorum vinculis permaneant irretiti*, concil. Poſt hæc verba additur in concil. *Quod ſi acquieſcere his, quæ ſtatuimus, quicumque Judæus noluerit, quamdiu ad pecuniam conſtitutam venire diſtulerit, liceat mancipium ipſum cum Chriſtianis, ubicumque voluerit habitare*; ſic in priore concil. editione: *ipſum ſuum* pro *ipſum*, eſt in Suriana editione. *u* Exſtat in concil. *in vita Zachariæ Papæ ex libro Pontificali.* *x* *Zacharias natione Græcus ex patre Polycronio ſedit annos decem* &c. Poſt multa. *Porro eodem tempore contigit*, concil. *y* *Veneticorum*, concil. *venatorum*, Barcin. non recte.
*z* *Ad hanc Romanam urbem*, concil. aptius; *hanc in urbem Romam*, vet. Tarr. *Romanam* pro *Romam*, Barcin. *aa* *Fœminini*, vetus Tarr. *virilis ſcilicet, & fœminini*, concil. *bb* *Niſi* pro *viſi*, duo Tarrac. & concil. *cc* *Indicans*, unus Tarr. *hoc fieri prohibuit dicens*, concil. *dd* *Juſtum non eſſe*, concil.
*ee* Sic in concil. *ſervirent*, unus Tarrac. *non deſervirent*, alter. *ff* *Veneticis*, concil. ut ſupra.
*gg* *In illorum emptione*, concil. *hh* Notat Alanus, hæc Pontificem feciſſe ex indulgentia, potuit enim eos in ſervitute retinere, ut cap. proximo. Hæc, opinor, cauſa eſt, cur hæc a Raim. ſint omiſſa.
*ii* *Lucenſi*, duo Tarr. in tertio ea vox deſiderabatur. *Venitio Epiſcopo Elimenſi*, Barcin. mendoſe. *Greg. Epiſcopo Lucenſi*, Raim. *Lunen.* Cont. & in marg. addit, *Venantio, ex epiſt.* 21. *Indict.* 12. *lib.* 3. *regiſtri B. Gregorii*: ſic edita verbis regiſtri confirmantur. *kk* Sic etiam Raim. excepta voce *&c.* Integra clauſula exſtat in regiſtro, & in Contiano libro: *Multorum ad nos relatione pervenit, a Judæis in Lunenſi civitate degentibus in ſervitium Chriſtiana detineri mancipia, quæ res nobis tanto viſa eſt aſperior, quanto a fraternitatis tuæ patientia operoſior. Oportebat quippe te reſpectu loci tui, atque Chriſtianæ religionis intuitu, nullam relinquere occaſionem ſuperſtitioni Judaicæ; ne ſimplices animæ non tam ſuaſionibus quam poteſtatis jure quodammodo deſervirent. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam; ut ſecundum piiſſimarum legum tramitem, nulli* &c. In ſuperioribus verbis hæc varietas eſt: pro illis *a Judæis*, quæ ſunt in veteri regiſtri libro, & apud Contium, in editis vox *A* deſideratur: pro illis *in ſervitium*, quæ in eodem veteri regiſtro ſunt; *ad ſervitium*, eſt in editis, & in Contiano: pro illis *a fraternitatis tuæ patientia operoſior*, quæ habet Contius, eſt in editis: *a fraternitate tuæ patientia opoſior* ſive *oppoſitior*, mendoſe: *operioſior*, in veteri libro, & in altero *operabatur*: forte ſcribendum; *fraternitatis tuæ patientiam operiebatur.*

UNED